The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/ottonisepiscopif45otto

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Canada

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

OTTONIS EPISCOPI FRISINGENSIS CHRONICA SIVE HISTORIA DE DUABUS CIVITATIBUS.

EDITIO ALTERA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1912.

OTTONIS
EPISCOPI FRISINGENSIS
CHRONICA
SIVE
HISTORIA
DE DUABUS CIVITATIBUS.

EDITIO ALTERA.

RECOGNOVIT

ADOLFUS HOFMEISTER.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1912.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC TOMO CONTINENTUR:

Pag.

Praefatio . . . . . *VII—CXIV*

§ 1. *De scriptis Ottonis* . . . . . *VII—X*

§ 2. *De titulo Chronicae* . . . . . *X—XII*

§ 3. *De diversis Chronicae editionibus ab auctore factis* . . . . . *XII—XVI*

§ 4. *De diversis textus formis in codicibus exstantibus* . . . . . *XVI—XXIII*

§ 5. *De codicibus Chronicae* . . . . . *XXIII—LXXXVIII*

§ 6. *De editionibus Chronicae impressis et versione Germanica* . . . . . *LXXXVIII—XCI*

§ 7. *De fontibus Chronicae* . . . . . *XCI—XCVIII*

§ 8. *De expilatoribus Chronicae* . . . . . *XCVIII—CII*

§ 9. *Qui de Ottonis Chronica egerint* . . . . *CII—CIV*

§ 10. *De ratione nostrae editionis* . . . . . *CIV—CXIV*

Ottonis episcopi Frisingensis Chronica sive Historia de duabus civitatibus . . . . . 1—457

Appendices:

I. Continuatio Cuspiniani . . . . . 458—460

II. Continuatio S. Stephani Frisingensis . . . . . 460—463

III. Auctarium Admuntense . . . . . 463—469

IV. Auctarium Neuburgense . . . . . 470—479

V. Auctarium Altahense . . . . . 479—485

VI. Notae S. Lamberti in Karintia . . . . . 485—487

VII. Notae Runenses . . . . . 487—488

VIII. Versus codicis Ienensis . . . . . 488—492

Addenda et emendanda . . . . . 493—496

Index nominum . . . . . 497—561

Index rerum et verborum . . . . . 562—577

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

PRAEFATIO.

De Ottonis Frisingensis episcopi, quem historiae conscribendae artem currente medio aevo ad summum forsitan fastigium provexisse recte b. m. R. Wilmans iudicavit, vita et studiis, de rationibus, quibus in Chronica conscribenda quibusque auctoribus usus sit, deque necessitudine, quae inter varias textus Chronicae formas nobis servatas intercedat, quaeve in rebus publicis et ecclesiasticis senserit vel gesserit, cum in annalibus nostris 'Neues Archiv' quaedam iam exposuerim t. XXXVII, p. 99—161, *plura mox dicturus sim, quibus etiam ea, quae de vita eius in praefatione Gestorum Friderici I. imperatoris post b. m. R. Wilmans a b. m. G. Waitz exposita sunt, et emendentur et augeantur, hoc loco non nisi de libris eius et maxime de Chronicae recensionibus brevier et de codicibus pluribus agemus.*

§ 1. *De scriptis Ottonis.*

Scripta Ottonis haec sunt:

1. *Historia de duabus civitatibus, quam Chronicam appellare consuevimus.*

2. *Gesta Friderici I. imperatoris, quorum libros I. et II. res inde ab Heinrico IV. rege excommunicato usque ad litem Welforum et Babenbergensium de ducatu Baiouariae in curia Ratisponensi a.* 1156. *terminatam et Friderici II. archiepiscopum Coloniensem de regalibus investitum gestis continentes ipse annis* 1157. *et* 1158. *imperatoris iussu copia litterarum adiutus absolvit, libros III. et IV. rerum gestarum seriem usque ad annum* 1160. *prosequentes Rahewinus capellanus eius adiecit*[1]. *In codicibus plerumque liber titulum* Chronica *prae se fert; is, qui nobis tritus est, Gestorum Friderici in codice Vorowiensi saec. XII. ex. (B* 3: Gesta Friderici imperatoris *etc.) et ab Ottone de S. Blasio*[2] *iam usurpatus, tum in editione principe Cuspiniani divulgatus*[3], *ex iis ortus*

1) *Edidit G. Waitz, SS. rerum Germanicarum, Hannoverae* 1884. *Quam editionem retractat B. de Simson.* 2) *C.* 13: sicut in Gestis Friderici imperatoris ab Ottone Frisingensi episcopo plenarie describitur. 3) Ottonis Frisingen. episcopi de gestis Friderici primi Aenobarbi Caes. Augusi libri duo. — *Cf. etiam cod. Guelf. Helmst.* 205, *saec. XV. (A** 2), *ubi epistolae imperatoris ad Ottonem adscriptum est:* Gesta Friderici imperatoris *(ed. Waitz p.* 1, *n.* i; *ed. de Simson p.* 1, *n.* k).

esse videtur, quae Otto ipse scripsit, in epistola ad imperatorem, infra p. 3, *l.* 6: si vestrae placuerit maiestati gestorum vestrorum nobilissimam in posterorum memoriam stilo commendare seriem; *Gesta Frid. I, prol., p.* 9 *(ed. de Simson p.* 12, *l.* 4—5*):* antequam tuorum gestorum seriem attingam; *ib. I,* 70 *fin.:* quia . . . ad tua principaliter gesta venimus; *ib. II, prol.:* dum gestorum tuorum magnificentiam prosequi conor; *Rahew. ib. IV,* 86 *fin.:* de latissimis gestorum tuorum pratis. *Ipse auctor de libro tamquam de 'historia' sua loquitur, ex. gr. I, prol. p.* 9 *(ed. de Simson p.* 12, *l.* 2*):* Hanc ergo tuae nobilitati offero hystoriam; *ib. fin.:* Ac propositae hystoriae . . tale sumatur exordium.

3. *Epistola ad Wibaldum abbatem Corbeiensem a.* 1152. *post Mart.* 9/10. *data, qua,* quomodo ad ascensionem Domini referri valeat, quod in psalmo legitur: 'Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portae eternales', et: 'Quis est iste rex gloriae?' *(Ps.* 23, 7. 8*), Wibaldo quaerente breviter tractatur, servata inter epistolas Wibaldinas, postremum edita a Ph. Jaffé, Bibliotheca rerum Germanicarum I, nr.* 387, *p.* 519 *sq.*

De opere eo, quod Otto a. 1146/47. *finita Historia de duabus civitatibus,* dum spiritus peregrini Dei ad sumenda contra gentes quae orientem inhabitant arma totam pene Hesperiam afflasset, pro pacis iocunditate *'stilo verso' coeperat, sed coeptum proiecerat (Gesta Frid. I, prol., p.* 7 *sq.; ed. de Simson p.* 9 *sq.), diffiniri nihil potest.*

Fragmentum de Hildebrando papa, quod Potthast, Bibl. hist. medii aevi II[2]*, p.* 886, *enumerat, nihil nisi excerpta ex Gestis Friderici l. I. (c.* 1*) et Chronica l. VI. (c.* 35*) esse iam Huber, 'Otto von Freising' p.* 74 *sq. perspexit*[1].

Historiam Austriacam, quam *teste Urstisio*[2] olim Wolphgangum Lazium habuisse ferunt, *a Barnaba de Montalbo aliisque laudari Fabricius*[3] *dicit, ab Ottone ipso indicatam putavit b. m. Wilmans (SS. XX, p.* 12*). Sed verba in Gestis Frid. I,* 10. *de matrimonio parentum auc-*

1) *Gesta Frid. I,* 1. *(et* 2*) primus Benonis cardinalis contra Hildebrandum scriptis subiunxit Orthvinus Gratius in Fasiculo rerum expetendarum ac fugiendarum (*1535*) fol.* 44; *Chron. VI,* 35. *addidit M. Goldast, Apologia pro imp. Henrico IV, Hanoviae* 1611 *(unde 'Hanovre en* 1561' *in 'Hist. littér. de la France' XIII, p.* 284. *corruptum esse videtur), p.* 19, *ubi p.* 18. *titulum habes:* . . . Ottonis episcopi Frisingensis . . . Fragmentum de Hildebrando ab imperatore abiecto et Guiberto in locum eius surrogato. 2) *Germ. hist. illustr. I, p.* 4. 3) *Bibl. lat. med. et infimae aetatis, ed. Mansi V (Patavii* 1754*), p.* 187.

toris: quod alias a nobis plenius dictum est, *cum ad Chron. VII,* 9, *infra p.* 321, *l.* 12—14, *iure retulerit G. Waitz*[1], *non est, cur tale Ottonis opus extitisse putemus.*

'In dialectica quoque ac philosophia opuscula nonnulla edidit' Otto teste Aenea Sylvio in Historia Friderici III. imp.[2]. *Quibus, quamquam a Rahewino (G. Fr. IV,* 14, *p.* 199*) Otto magnis laudibus, eo quod* phylosophicorum et Aristotelicorum librorum subtilitatem in topicis, analeticis atque elencis fere primus nostris finibus apportaverit, *effertur et integra organi Aristotelici versione sua aetate confecta usus esse ex Chron. II,* 8. *probatur, libellos a Chronica et Gestis diversos extitisse et ab Aenea Sylvio visos esse evinci non pro certo cum b. m. R. Wilmans statuerim. Immo de digressionibus philosophicis, quae in Gestis Friderici non semel occurrunt, cogitari posse*[3] *negari non poterit.*

Deperditum Ottonis libellum de natura et miraculis in Chron. VIII, 11 *fin. Schmidlin*[4] *sibi invenisse perperam visus est, cf. p.* 407, *n.* 3; *'N. Archiv' XXXVII, p.* 153 *sqq. Nec minus Vlast. Kybal*[5] *erravit Odonis abbatis Morimundensis (a.* 1160 — † 1161. *Maii* 2*)*[6] *binarium (nr.* 496*) et sermones* 56 *(nr.* 2451*) fortasse Ottonis Frisingensis episcopi opera esse arbitratus.*

Carmen Teutonicum 'Eraclius', ab 'Otte' quodam viro docto conscriptum et ab H. F. Massmann, 'Eraclius', Quedlinburg et Leipzig 1842 *('Bibl. der ges. deutschen National-Literatur' VI), p.* 528. 534 *sqq. Ottoni Frisingensi addictum ab eo prorsus alienum eiusque aetate posterius esse iam viri docti consentiunt*[7]. *Neque magis ad Ottonem Frisingensem referri possunt*[8] *versus* 37 *Ottonis*

1) *Gesta Frid. p. XII, n.* 1. 2) *J. Schilter, Script. rerum German., Argentor.* 1702, *p.* 10; *A. F. Kollar, Analecta monumentorum omnis aevi Vindobonensia II* (1762), *col.* 29 *sq.* 3) *Ita ex. gr. 'Hist. littér. de la France' XIII, p.* 269; *Huber, 'Otto von Freising' p.* 75; *O. Holder-Egger loco infra p. CIII. citato.* 4) *Similiter iam Gaisser, 'Charakteristik des Bischofs Otto von Freisingen' p.* 20, *n.* 1, *sed paululum dubitanter.* 5) *Apud J. Truhlář, Catalogus codicum manuscriptorum Latin., qui in bibl. publ. atque universitatis Pragensis asservantur (I. II.* 1905/06*) in Indice.* 6) *Cf. Fabricius, Bibl. Lat. med. et inf. aet., ed. Mansi V* (1754), *p.* 159. *Odonis Morimundensis sermones in Baioaria saepe inveniuntur, ex. gr. cod. Lat. Monac. nr.* 2637. 2689. 2699. 4596. 7955. 9580. 13080 *etc. Cf. Migne, Patrol. Lat. CLXXXVIII, col.* 1645—1658. 7) *Cf. 'Eraclius, herausg. von H. Gräf', Strassburg* 1883; *Edw. Schröder in 'Götting. gelehrte Anzeigen'* 1884, *p.* 568 *sqq.; F. Vogt in 'Pauls Grundriss der germanischen Philologie' II, p.* 276. 8) *Quod perperam ex. gr. Massmann, 'Eraclius' p.* 534. *fecit. Cf. 'Hist. littér. de la France' XIII, p.* 269 *sq.; Wiedemann, 'Otto von Freysingen' p.* 155.

cuiusdam, quos ex Alano collegit Casp. Barth in Adversariorum commentariorum libr. XXXI, col. 1440—42 *(Francof.* 1624*), repetiit sub titulo 'Ottonis Fragmenta Ethica' Th. J. ab Almeloveen, Epigrammata et Poëmata vetera, Amstelod.* 1694, *p.* 46—52.

§ 2. *De titulo Chronicae.*

Porro de Historia de duabus civitatibus sive Chronica succincte dicendum est. Ipse auctor librum inscripsit: 'Historia de duabus civitatibus'; VIII, prol. in.: Hoc opus nostrum, quod de duabus civitatibus intitulavimus; *cf. III, prol. in.:* de duabus civitatibus usque ad Octaviani Cesaris tempora qualicumque deductam hystoriam eloquio; *I, prol., p.* 9, *l.* 21: de utraque *(sc. civitate)* dicere proposuimus; *cf. etiam V, prol., p.* 228: de duabus civitatibus . . . supra sat dictum puto . . . At deinceps . . . videor mihi non de duabus civitatibus, sed pene de una tantum . . . hystoriam texuisse[1], *et VII, prol., p.* 309: non iam de duabus civitatibus, immo de una pene . . . sed permixta historiam texuisse. *Ita etiam codex B* 1 *habet:* Ottonis episcopi historia de duabus civitatibus *(p.* 6, *l.* 8/9*). Ceteri codices veteres, non ex alio superstite profecti, nullam inscriptionem prae se ferunt*[2], *excepto A* 3 *(saec. XII. post.), qui tamen fortasse ex A* 1 *descriptus est, ubi* Chronica domni Ottonis Frisingensis episcopi *habes (p.* 1, *n.* a*), unde idem ad A* 3* (cronicę) *eiusque numerosam propaginem devenit*[3]. Cronica *habent etiam C* 1 *(saec. XII), C* 3 *(saec. XIII)*[4], *C* 4 *(a.* 1482*)*[4]. *Hoc vocabulo nobis usitato, qui tamen verus titulus putandus non est, ipse Otto in Gestis Frid. I,* 31: ut in prioribus cronicis dictum est, *et antea iam Fridericus I. imperator in epistola ad Ottonem a.* 1157. *usi sunt, Gesta Frid. p.* 1: Cronica, quae tua sapientia digessit vel desuetudine inumbrata in luculentam erexit consonantiam, a dilectione tua nobis transmissa cum ingenti gaudio suscepimus[5]. *In diplomate vero eiusdem*

1) *Et paulo post:* de civitate Christi . . . ceptam hystoriam prosequamur. 2) *In B* 2 *manu saec. XV. (Iohannis Menestarffer) additum est:* Liber de duabus civitatibus, *p.* 6, *n.* d *(et ita B* 2*a). Ita etiam C* 5 *(saec. XIII), p.* 390, *n.* b; de duabus civitatibus liber unus *alia manu A* 1*b.* 3) Cronica *etiam A* 1*β'*, *A* 2*a* (= *C* 6; *cf. p.* 390, *n.* b*), manu recentiore A* 4. Liber cronicarum *A* 3**a*[3] *(saec. XV).* 4) *P.* 11, *n.* b. *Etiam C* 2 *(saec. XV), sed alia manu, p.* 6, *n.* d; *cf. etiam Hermannus Altahensis (B* 4*), p.* 369, *n.* k, *et infra p. LXXXI sq. de codicibus deperditis.* 5) *Cf. etiam*

imperatoris a. 1167. *Aug.* 6.[1] *dato* annales praedecessorum nostrorum, catholicorum imperatorum *laudantur*[2]. *Ipse Otto ad opus suum etiam saepius sub nuda voce 'historiae' respexit; Epist. ad imp. p.* 3, *l.* 20 *sq.:* R., qui hanc historiam ex ore nostro subnotavit, *cf. p.* 2, *l.* 31: nos hanc historiam . . . scripsisse; *ad cancell. p.* 5, *l.* 12: in historia nostra, *l.* 17: haec historia; *I, prol. p.* 8, *l.* 27 *sq.:* necessarium ratus sum ad petitionem tuam . . . historiam texere, per quam *etc.; II, prol. p.* 68, *l.* 24 *sqq.:* Hystoriam enim, in qua civium Babyloniae vicissitudines ac labores civiumque Christi inter eos progressus et profectus texantur, non disputantis more, sed disserentis ordine prosequi intendimus[3]; *VI, prol. p.* 261, *l.* 28: in huius historiae serie[4]; *Gesta Frid. I, prol., p.* 7 *(ed. de Simson p.* 9*):* dum ante aliquot annos priorem hystoriam terminassem; *Gesta Frid. I,* 11 *in.:* quia in priori dicta sunt historia; *Gesta Frid. I,* 21 *in. et* 23 *fin.:* in priore historia dictum; *Gesta Frid. I,* 61 *fin.:* Quod in priori nostra . . . historia plenius dictum est; *bis sub hoc nomine libros I.—VII. libro VIII. opposuit, p.* 34, *l.* 12: terminus hystoriae, *et VIII,* 20, *p.* 420, *l.* 17: ut in historia diximus *(cf. VIII, prol., p.* 392*). Alibi* gestarum rerum ab Adam protoplasto usque ad tempus nostrum seriem *se executurum esse (I,* 1 *in.)*[5], *non semel* ad ostendendas mutabilium rerum miserias *(II,* 43 *fin.)*[6], mutationes rerum *(V,* 36 *fin.),* ob ostendendam rerum mutationem *(Epist. ad canc. p.* 5, *l.* 28 *sq.) vel* de mutatione rerum *se scripsisse dicit: Epist. ad imp. p.* 1, *l.* 6 *sq.:* liber, qui ante aliquot annos de mutatione rerum a nobis . . . conscriptus est; *II, prol. in. p.* 67: promisisse me recolo de rerum mutatione ac miseriis scripturum[7]; *cf. etiam VII,* 34, *p.* 369, *l.* 3 *sqq.:* mutabilium rerum ab Adam usque ad presentem annum . . . seriem qualitercumque percensui multiplicesque mortalium miserias involvi. *Nec tamen 'De mutatione rerum'*

versus Scheftlar. v. 11, *infra p. XXXV; Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 345: Ottonem, qui fuit episcopus Frisingensis, qui et chronicam conscripsit et usque ad tempora huius Friderici perfecit.

1) *Stumpf nr.* 4088; *cf. infra p.* 288, *n.* a. 2) *Ipse Otto librum suum cum annalibus libri Esther (*6, 1, *cf.* 2, 23*) comparavit, infra p.* 1, *l.* 17. 3) *Cf. ib. p.* 67, *l.* 20 *sq., infra n.* 7. 4) *Cf. etiam I,* 5, *p.* 43, *l.* 20: humanae miseriae hystoriam a Nino incipiamus. 5) *Cf. epist. ad imp. p.* 1, *l.* 12 *sq.:* antiqua regum seu imperatorum gesta vos velle cognoscere. 6) *Cf. II,* 32 *fin.* 7) *Pergit:* Quam quidem hystoriam *etc. Cf. etiam II,* 30, *p.* 101, *l.* 17 *sq.; IV,* 31 *fin.*

cum Wilmans[1], *Mone*[2], *Büdinger*[3], *Hashagen*[4], *Schmidlin*[5], *aliis pro vero titulo ab auctore ipso libro imposito habendum est, quamvis alia manu in A* 1*b* *(saec. XV.) additum sit:* Otto Frisingensis de mutatione rerum libri VII[6].

§ 3. *De diversis Chronicae editionibus ab auctore factis.*

Historiam de duabus civitatibus Otto hortatu fratris Isingrimi[7] *composuit intra a.* 1143. *et* 1146, *a Ragewino capellano suo ex ore suo subnotatam*[8]. *A.* 1143. *in prologo libri II. occupatus*[9] *VI,* 27, *antequam Heinricus II. a.* 1146. *Mart.* 12. *inter sanctos referretur, libri VII. c.* 13. *Conrado I. archiepiscopo Salzburgensi superstite (†* 8./9. *April.* 1147*)*[10], *c.* 29.—33. *post iter Italicum autumno a.* 1145. *(c. Nov.* 18*)*[11] *susceptum, c.* 34. *ante diem* 11. *Sept.* 1146[12], in ipso quadragesimali et penitentiali tempore[13], *ut videtur, mense Martio mediante*[14], *libri VIII. c.* 7. *et* 8. resurrectionis tempore, *id est paschali (*1146. *Mart.* 31*)*[15] *scripsit, toto libro, antequam exeunte a.* 1146. *et ineunte a.* 1147. *in itinere crucis et mentes et manus occuparentur, absoluto*[16].

Isingrimum monachum quendam S. Stephani Frisingensis[17] *fuisse R. Wilmans putavit*[18], *rectius Georgium H. Pertz*[19]

1) *'Archiv' X, p.* 133, *n.* 1. 2) *F. J. Mone, 'Quellensammlung zur Badischen Landesgeschichte' I* (1848), *'Einleitung' p.* 10—12. 3) *Qui id secundae editioni tribuit; 'Entstehung des* 8. *Buches', in 'SB. der Wiener Akad. der Wissensch., phil.-hist. Cl.' XCVIII, p.* 332 *sq., 'Universalhistorie II', in 'Denkschriften der Wiener Akad. der Wissensch., phil.-hist. Cl.' XLVI, p.* 39. 4) *'Otto von Freising' p.* 34. 5) *'Die geschichtsphilos. und kirchenpolit. Weltanschauung Ottos von Freising' p.* 38. 6) *Similiter etiam catalogus librorum SS. Udalrici et Afrae August. saec. XVII/XVIII. in cod. Lat. Monac. nr.* 4414: Historia de mutatione rerum; *cf. p. XXX.* 7) *I, prol., p.* 8, *l.* 28; *cf. III, prol. p.* 129, *l.* 23. 8) *P.* 3, *l.* 20 *sq.* 9) *P.* 68, *l.* 11 *sqq.; cf. VII,* 26, *p.* 352. 10) *P.* 324, *l.* 25 *sq.* 11) *VII,* 32, *p.* 362; *cf. VII,* 29 *fin.* 12) *P.* 368, *n.* 4. 13) *Cf. p.* 368, *l.* 10. 14) *Cf. p.* 369, *l.* 6 *sq. et n.* 3. 15) *P.* 400, *l.* 28. *et n.* 4. 16) *Gesta Frid. I, prol., p.* 7 *sq. (ed. de Simson p.* 9 *sq.):* Fateor, dum ante aliquot annos priorem hystoriam terminassem, spiritusque peregrini Dei ad sumenda contra gentes, quae orientem inhabitant, arma totam pene Hesperiam afflasset, pro pacis iocunditate, quae orbi momentanee tunc arriserat, stilum vertere cogitaram, iamque scribere coeperam, sed, quo instinctu nescio, . . . coeptum proieci opus. 17) *Cf. Monumenta Boica IX, p.* 432; *H. Gentner, 'Geschichte des Benedictinerklosters Weihenstephan' in 'Beyträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbisthums München und Freysing, herausg. von M. v. Deutinger', VI* (1854), *p.* 235, *nr.* 47. *p.* 236, *nr.* 68. 18) *SS. XX, p.* 91, *n.* 11. 19) *SS. XVII, p.* 312.

de Isingrimo abbate Ottenburano cogitasse F. L. Baumann, 'N. Archiv' VI, p. 600—602, *evicit. Isingrimus iste,* per omnia inutilissimus Frisinginsium famulus, *ut ipse scribit, de familia nobili vel illustri Frisingensi ortus esse videtur; monachus SS. Udalrici et Afrae Augustensis a.* 1145. *Ruperto abbate die* 15. *Aug. mortuo in abbatem Ottenburanum electus et exeunte anno* regi Counrado Aquisgrani presentatus non sine omni curiali exactione regalibus investitus *est*[1]; *a.* 1178. *mente alienatus a.* 1180. *Dec.* 12. *obiit. Scripsit annales maiores a.* 1121—1168. *et notitias breves a.* 1145—1157. *amplectentes; necrologium etiam Ottenburanum, cui ad d.* 22. *Sept.* Otto episcopus *inscriptus est, componendum curavit*[2]; *multa bona monasterio in vario ecclesiae ornatu, etiam* in libris *fecit*[3].

Haec prima Chronicae, ut ita dicam, editio a. 1143—1146. *absoluta aetatem non tulit. Fortasse praeter ipsius auctoris atque Isingrimi exemplar nullum umquam exstabat; Isingrimi codicem si quis a.* 1152, *cum abbas cum Conrado episcopo Augustensi ad sedem apostolicam profectus esset, cum ipso monasterio Ottenburano*[4] *igne consumptum esse contenderit, prorsus non reicimus.*

Secundam editionem a. 1157. *(post Mart.)*[5] *Friderico I. imperatori, fratris uterini filio, petenti per Rabotonem abbatem S. Stephani Frisingensis et Ragewinum capellanum suum Otto transmisit, in universum, auctore ipso testante, non mutatam neque ultra terminum ante* 11 *annos libro* in miseria *impositum, excepto pontificum et imperatorum catalogo, productam, epistolis tantum dedicatoriis ad imperatorem et ad Reinaldum cancellarium, quibus rationem operis et intentionem scribendi patefaceret et, cancellario ut benevolo interprete uteretur, peteret, additis. Sed mediis annis opus suum auctor non prorsus intactum reliquerat, additis hic illic maxime iis, quae in itinere crucis a.* 1147—48. *vel ipse viderat vel ab aliis facta audierat: I,* 26, *p.* 59, *l.* 13. *de Ulixibona Sarracenis ablata (a.* 1147. *Oct.* 24*); V,* 18, *p.* 247 *sq. de Theodosia virgine Constantinopoli passa; verisimiliter etiam IV,* 18 *fin., p.* 207. *de cultu s. Ambrosii Thessalonicensi; quibus nescio an addendum sit I,* 12 *fin.,*

1) *Ann. Isingr. min., SS. XVII, p.* 315; *Chron. Ottenbur., SS. XXIII, p.* 618. 2) *MG. Necrol. I, p.* 99. 113. 3) *Chron. Ottenbur., SS. XXIII, p.* 619, *l.* 12 *sq.* 4) *Ann. Isingr. mai., SS. XVII, p.* 313; *a.* 1153. *Ann. min., ib. p.* 315; septimo anno prelationis sue *Chron. Ottenbur., SS. XXIII, p.* 618 *sq.* 5) *P.* 3, *n.* 7.

p. 50, *l.* 2 *sq. de Coloso Rhodi civitate, et VIII,* 18, *p.* 417, *l.* 5—8 *(*10*). de valle Iosaphat*[1]. *Alia num post a.* 1147. *addita sint, in dubio relinquamus oportet: VII,* 23, *p.* 347, *l.* 1 *sqq. de Rogerio Siciliae rege*[2], *quae Otto etiam a.* 1145. *in Italia sibi relata ponere potuit; III,* 43, *p.* 176, *l.* 20 *sq. de* 9 *Thebaeis Bunnae martyrio coronatis; III,* 14, *p.* 152, *l.* 9—13. *de virga S. Petri Treveris et Coloniae monstrata*[3]. *Paululo fidentius I,* 25, *p.* 57, *l.* 8 *(vel* 6*)* — 13. *de urbe Xantensi (cf. I,* 26, *p.* 59, *l.* 14; *III,* 43, *p.* 177, *l.* 2—3*)*[4] *ad iter a.* 1151. *retulerim, quo Otto una cum Conrado III. rege inferiores Rheni partes usque ad Noviomagum adiit*[5]. *Ac fieri quidem potuit, ut etiam pauca rationem operis clarius ostensura a.* 1157. *imperatoris causa adicerentur, neque vero certi quicquam de iis diffiniri potest. At si recte V. Cl. E. Bernheim, 'Mitteil. d. Inst. f. Oesterr. Geschichtsforsch.' VI, p.* 34 *sq. finem prologi libri VII, p.* 309, *l.* 18 — *p.* 310, *l.* 5. *postea insertum statuerit, de fine prologi libri II, p.* 68, *l.* 23 *sqq., idem coniciendum est. Quae tamen intacta mittamus necesse est. Certe non est, cur VII,* 16, *p.* 331, *l.* 14 *sqq. de pacto Wormatiensi cum eodem viro clarissimo*[6] *postea additum putemus*[7].

Editionem secundam, ut ita dicam, id est eam Chronicae formam, qua Otto librum suum imperatori a. 1157. *obtulit, in codicibus classis B et maxime in B* 1 *exstare V. Cl. H. Bloch optime statuit*[8]. *Nam et Gotifredus Viter-*

1) *Nihil constat de VII,* 7 *fin., quod huc retulit Wilmans, 'Archiv' X, p.* 143, *n.* 2; *neque de VII,* 3 *(et VIII,* 20, *p.* 420, *l.* 19*) certum iudicium ferri licet, cf. p.* 312, *n.* 6; *nec minus incertum I,* 6, *p.* 45, *l.* 16—17. *vel VII,* 5 *in., p.* 314, *l.* 31. *Cf. infra p. XCVII.* 2) *Verba Bernhardi Clarevallensis p.* 347, *n.* 1. *allata ad a.* 1150. *pertinent.* 3) *Cf. III,* 43, *p.* 176 *sq. de sancto Gereone martyre; IV,* 28, *p.* 221, *l.* 2—3. *de* 11000 *virginum Coloniae martyrizatis; VII,* 12, *p.* 323, *l.* 19 — 22. *de magnitudine ac decore Coloniae.* 4) *Cf. A. Hofmeister in 'Historische Aufsätze, Festgabe für Karl Zeumer', Weimar* 1910, *p.* 93. *et n.* 2. 5) *Gesta Frid. I,* 68; *Schrörs et Clemen in 'Annalen d. hist. Ver. f. d. Niederrhein' LXXXI, p.* 71 *sqq.; Stumpf nr.* 3581 *(cf. nr.* 3579*).* 6) *E. Bernheim, 'Zur Geschichte des Wormser Concordates', Göttingen* 1878, *p.* 60 *sq., n.* 81; *cf. G. Wolfram, 'Friedrich I. und das Wormser Konkordat', Marburg* 1883, *p.* 124. 172 *sqq.* 7) *Hofmeister in 'Zeitschrift f. Kirchengeschichte' XXIX, p.* 71 *sqq.; cf. etiam D. Schäfer, 'Zur Beurteilung des Wormser Konkordats', 'Abhandlungen der Königl. Preuss. Akad. d. Wissensch.', Berlin* 1905, *p.* 80 — 83; *H. Bresslau, 'Aufgaben mittelalterlicher Quellenforschung, Rektoratsrede', Strassburg* 1904, *p.* 22. 29. 8) *'Die elsässischen Annalen der Stauferzeit' in 'Regesten der Bischöfe von Strassburg' I,* 1 (1908), *p.* 191. *Ea, quae W. Gundlach, 'Heldenlieder der deutschen Kaiserzeit' III, p.* 272 *sq., n.* 1, *de libro VII. in editione secunda toto fere omisso profert, longius a recto tramite aberrasse vel obiter inquirenti patet.*

biensis, cum imperatoribus Friderico I. et Heinrico VI. artissime coniunctus, Ottonis libri textu B 1 *simili usus est, qui et alibi Alsatiae, ubi in castro Hagenau copiosa imperatorum opera collecta bibliotheca a Gotifredo laudatur*[1], *et Lotharingiae tritus erat*[2]; *et ea, quae in B non leguntur, ab auctore ex consilio a.* 1157. *deleta esse putanda sunt: VI,* 20, *p.* 283, *l.* 1 — *p.* 284, *l.* 11. *invectio in gentem Wittelsbachicam; VII,* 20, *p.* 340, *l.* 2—4. *de titulo sepulcrali Lotharii imperatoris*[3]. *Invectio num ab Ottone ipso scripta esset, vix iure nonnulli homines docti Bawari dubitaverunt*[4], *quos refutaverunt prae aliis Wilmans, 'Archiv' XI, p.* 50 *sqq., S. Riezler in 'Jenaer Literaturzeitung'* 1877, *p.* 703 *sq.*[5]. *Nam et invectionem ipsius Ottonis tempore scriptam esse patet neque aeque acerbissimae inimicitiae cum palatinis Wittelsbachicis episcopis Frisingensibus, qui Ottoni successerunt, fuisse traduntur*[6]. *Invectio non post a.* 1156, *quippe quo Otto palatinus comes senior, qui vivus hic memoratur, diem obiret, scripta est omniaque, quae de malitia et tyrannide eius in ecclesiam dicuntur, optime in contentiones gravissimas, quas inter Ottones episcopum et palatinum, advocatum Frisingensem, de iure ministerialium et aliis de rebus fuisse novimus*[7], *quadrant, quippe quae usque eo processerint, ut Otto filius Ottonis palatini comitis episcopum a.* 1150, dum missarum sollemnia celebraret, gravibus contumeliis afficeret et reverentia Dei postposita inhoneste *tractaret*[8]. *Quapropter a Conrado rege proscriptus*[9] *castro*

1) *Cf. infra p.* 471. 2) *Cf. de Albrico p. C; de Neuburgensibus qui videntur p.* 470. 3) *Casui fortasse tribui possunt II,* 28, *p.* 100, *l.* 18 *sq.:* si venisset *in B* 1. 2 *omissum, et II,* 34, *p.* 108, *l.* 21: iterum *in A. C omissum, quae verba in archetypo fortasse supra lineam vel in margine suppleta erant.* 4) *Ex. gr. H. Scholliner, 'Vollständige Reihe der Voreltern Otto des Grossen', in 'Neue historische Abhandlungen der churf. Baierischen Akademie der Wissenschaften' III, München* 1791, *p.* 207, *n.* e; *K. H. von Lang in 'Aufsess, Anzeiger für Kunde des deutschen Mittelalters'* 1832, *p.* 75; *P. Wittmann, 'Die Pfalzgrafen von Bayern', München* 1877, *p.* 237—244. 5) *Cf. etiam W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II*[6], *p.* 272. 6) *Cf. C. Th. Heigel et S. Riezler, 'Das Herzogthum Bayern zur Zeit Heinrichs des Löwen u. Ottos I. von Wittelsbach', München* 1867, *p.* 256, *ubi tamen, quod ad Ottonem nostrum pertinet, perperam ad Albertum episcopum refertur.* 7) *Cf. F. H. Graf Hundt, 'Bayrische Urkunden aus dem* 11. *und* 12. *Jahrh., Die Schirmvögte Freisings', in 'Abhandl. der histor. Cl. der königl. bayr. Akad. der Wissensch.' XIV,* 2 (1878), *maxime p.* 40 *sq.; M. Fastlinger, 'Die Ahnherrn der Wittelsbacher als Vögte des Freisinger Hochstifts', in 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbistums München und Freising' X, p.* 140—160. 8) *Eugenii papae III. epistolae ad Eberhardum archiepiscopum Salz-*

suo Kelheim obsidione clauso ad deditionem a. 1151. *coactus est*[1]. *Quae cum ita sint, valde ut Wilmansio, qui invectionem ab auctore hac re graviter laeso tunc demum libro insertam esse putavit (SS. XX, p.* 110*) assentiar, moveor, ita tamen, ut eam a.* 1151. *additam a.* 1157. *in libro imperatori mittendo deletam putemus, quoniam Ottone seniore palatino mortuo Otto filius eius inter primos imperatoris familiares primus fere esset*[2], *qui etiam a Raheewino Frisingensi laude celebratur.*

§ 4. *De diversis textus formis in codicibus exstantibus.*

Ponamus igitur B 1, *sublatis mendis peculiaribus suppletoque libro octavo, eam libri formam, qua a.* 1157. *imperatori missus est. Quacum in maioribus nonnullis, quae diximus (p. XV), B* 2 *convenit, ceterum non semel recedens potiusque cum codicibus A faciens, ita ut absque ullo dubio appareat B* 2 *et A ex eodem archetypo* X_1 *profectos esse*[3], *qui ea, quae editioni anni* 1157. *peculiaria sunt, non praeberet. Statuamus igitur oportet archetypum* X_1[4], *postquam ex eo recensio A et deinde, adiectis additamento in I,* 1. *et notitia de schismate anni* 1159. *in fine catalogi (p.* 387, *l.* 5*), B* 3 *descripti sunt, ex textu B* 1 *simili mutatum esse, quem (vel ipsum B* 2*) secutus aliquis etiam in B* 3 *invectionem in gentem Wittelsbachicam VI,* 20. *et fortasse VII,* 20 *fin. (cf. p.* 340, *n.* *) *erasit.*

Iam, quid iudicii de codicibus A ferendum sit, inquiramus. Ac primum quidem, quomodo inter se cohaereant, dicendum est.

burgensem a. 1150. *Nov.* 21. *et ad Conradum III. regem, Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 9412. 9412*a, P. F. Kehr, Reg. pont., Germania pontif. auct. A. Brackmann I (*1911*), p.* 364, *nr.* 4. *p.* 334, *nr.* 14, *Pez Thesaurus anecdot. noviss. VI,* 1, *col.* 393, *Meichelbeck, Historia Frisingensis I,* 1, *p.* 370; *cf. Wattenbach, 'Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen' XIV, p.* 58 *sq.* 182. 195. 9) *Haud dubie etiam ab Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo excommunicatus; cf. Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 9412.

1) *Gesta Frid. I,* 69. *Causa proscriptionis non dubia, etsi his verbis:* ob filiorum suorum excessus *latenter tantum indicata est. De coniuratione quadam palatinorum cum Welfis inita, de qua cogitaverunt Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 884, *et S. Riezler, 'Geschichte Baierns' I* (1878), *p.* 651, *nusquam traditur. Cf. etiam C. Th. Heigel et S. Riezler, 'Das Herzogthum Bayern zur Zeit Heinrichs des Löwen und Ottos I. von Wittelsbach' p.* 77. 2) *Cf. Bloch l. c. p.* 191. 3) *Infra p. LXI.* 4) *vel alium ex eo descriptum* X_2, *si medium inter B* 2 *et* X_1 *interponere malueris.*

Sunt quae, ut codices A 2, *A* 3, *A* 3* *(II,* 15 — *IV,* 19*), A* 4 *ex A* 1 *descriptos putemus, vel maxime nos inducant. Neque enim paucis locis in A* 1 *genuina verba primo recte posita postea ita mutata, ut in A* 2—4 *legun-* 5 *tur, aut perperam scripta postea recte correcta sunt, cum A* 2—4 *vel aliqui eorum easdem vel similes mendas praebeant, aut ea quidem A* 1 *habet, ex quibus lectio codicum A* 2—4 *facile oriri potuerit*[1].

Quae omnia casui tribui nullo modo possunt neque 10 *his omnibus locis communem archetypum ad litteram in A* 1 *exscriptum esse facile mihi persuadeo, quamquam aliis locis, non quidem numero, sed gravitate carentibus, mendae codicis A* 1 *in A* 2—4 *vel aliquibus eorum, repetitae non sunt*[2].

Et aliud restat gravissimum, rationem dico, qua cata- 15 *logus pontificum et imperatorum ordinatus sit. Qua codices A* 4 *et multo magis etiam A* 3 *ex archetypo ad unguem cum A* 1 *conveniente descripti esse probantur. Catalogus in A* 1 *ut in archetypo* X_1 *tres paginas amplectitur, in quaternis columnis scriptus, prima et tertia pontificum, secunda* 20 *et quarta imperatorum. Sed in A* 1, *cum formae archetypo minoris esset, nomina* 8 *pontificum Eugenii I. — Iohannis V.*

1) *Ex. gr. p.* 1, *n.* c; 59, *n.* x; 88, *n.* s; 107, *n.* s; 166, *n.* p; 199, *n.* i; 205, *n.* i; 312, *n.* a; 1, *n.* d; 2, *n.* b. d; 18, *n.* e; 29, *n.* b; 39, *n.* l; 41, *n.* i; 45, *n.* k; 64, *n.* c; 66, *n.* a; 73, *n.* r; 81, *n.* e; 83, 25 *n.* o; 87, *n.* f; 92, *n.* i; 93, *n.* c; 96, *n.* n; 99, *n.* u; 102, *n.* g; 110, *n.* l; 114, *n.* b; 115, *n.* a; 117, *n.* m; 118, *n.* a, *l.* 45; 121, *n.* o; 123, *n.* i; 133, *n.* g; 140, *n.* m; 146, *n.* a; 148, *n.* u; 150, *n.* c; 153, *n.* w; 159, *n.* n; 161, *n.* t; 164, *n.* d; 166, *n.* i. k; 179, *n.* a; 182, *n.* k; 195, *n.* v; 197, *n.* i; 206, *n.* w; 215, *n.* h; 223, *n.* b; 226, *n.* b; 229, *n.* l; 232, 30 *n.* t; 235, *n.* x; 241, *n.* o; 252, *n.* a; 267, *n.* t; 269, *n.* g; 274, *n.* h; 278, *n.* k; 281, *n.* c; 291, *n.* i; 293, *n.* c; 298, *n.* h; 320, *n.* b. o. p; 322, *n.* p; 323, *n.* s; 339, *n.* a; 342, *n.* r; 367, *n.* k; 395, *n.* c; 397, *n.* i; 399, *n.* q; 401, *n.* f; 414, *n.* k; 416, *n.* z; 420, *n.* p. q; 421, *n.* i; 423, *n.* n; 438, *n.* n; 449, *n.* a. c. g. h. i. k; 453, *n.* k; 455, *n.* d.

35 2) *Ex. gr. p.* 5, *n.* b; 25, *n.* o; 32, *n.* k; 39, *n.* f; 40, *n.* q; 41, *n.* d; 46, *n.* b; 54, *n.* o; 57, *n.* g; 61, *n.* e; 63, *n.* e; 78, *n.* g; 108, *n.* f; 117, *n.* d; 119, *n.* k; 133, *n.* e; 154, *n.* r; 155, *n.* d; 164, *n.* i; 169, *n.* v; 178, *n.* f; 192, *n.* p; 209, *n.* o; 210, *n.* e; 211, *n.* a; 218, *n.* u; 230, *n.* k; 232, *n.* a. q; 235, *n.* h; 239, *n.* w; 244, *n.* p; 40 250, *n.* f; 256, *n.* v; 259, *n.* g; 266, *n.* f; 270, *n.* q; 275, *n.* n; 277, *n.* h; 278, *n.* g; 289, *n.* k; 291, *n.* c; 302, *n.* b. k. m; 303, *n.* d. f. l; 305, *n.* a; 308, *n.* b; 311, *n.* n. s; 317, *n.* a* (orientalis *in A* 1 *in margine inferiore f.* 99[r]. *suppletum, sed bibliopegi culpa abscisum esse putaverim)*; 322, *n.* q; 323, *n.* b. r; 327, *n.* r; 328, *n.* b; 342, *n.* o; 346, *n.* f; 354, 45 *n.* g; 369, *n.* d. e; 370, *n.* a; 371, *n.* m; 381, *n.* f; 392, *n.* f. m. o; 393, *n.* c; 394, *n.* m; 395, *n.* g; 396, *n.* c; 398, *n.* k; 400, *n.* b; 410, *n.* g; 421, *n.* h; 428, *n.* d; 429, *n.* f. m; 430, *n.* m; 436, *n.* b; 438, *n.* c; 440, *n.* d. g; 441, *n.* b; 443, *n.* l; 450, *n.* b. k; 453, *n.* g; 454, *n.* n.

et Constantini (Pogonati) imperatoris, quorum prima et secunda secundae paginae (f. 114^{v}*) columnae non, ut in archetypo, capaces erant, neglegenter praetermissa*[1] *et similiter in prima et secunda tertiae paginae (f.* 115^{r}*) columnis nomina* 17 *pontificum Iohannis XVI. — Nicolai II. et trium imperatorum Heinrici I. (II.), Conradi I. (II.), Heinrici II. (III.) prius omissa in margine suppleta sunt*[2]. *Quocum, ut de A* 2, *qui catalogum in universum mutatum et ampliatum exhibet, taceam, A* 3 *et A* 4 *ita conveniunt, ut uterque priore loco eosdem pontifices et imperatores omittat, postea tamen in A* 4 *aliunde pontificibus suppletis, secundo loco in A* 4 *omnes et pontifices et imperatores recto ordine in textu collocati, in A* 3 *vero pontificibus suo loco textui insertis imperatores omissi sint. Itaque omnes classis A codices ad unum A* 1 *redire valde verisimile mihi quidem videtur, ita ut ea, quae A* 2—4 *rectius quam A* 1 *habent, vix aliter ac bene coniciendo restituta esse putanda essent. Sed, non omni prorsus dubio remoto, variam lectionem codicum A* 2, *A* 3 *et, ubi ad rem facere videbantur, etiam A* 3* *et A* 4 *quam plenissime enotavi, per se cuique iudicandi libertate relicta. Rationem, qua in archetypo catalogus in tres paginas distributus erat, accuratissime servavit B* 2, *quem cum classe A ita cohaerere, ut ex eodem archetypo* X_1 *descriptus sit, supra p. XVI. diximus.*

Restat, ut, quae ratio inter X_1 *et B* 1 *et C intercedat, paucis prosequamur. Multis locis, ubi A. B* 2 *et B* 1. *C inter se discrepant, lectionem A. B* 2 *depravatam esse facile patet*[3]. *Perpaucis tantum A. B* 2 *lectioni B* 1. *C praestat: p.* 7, *n.* b; 162, *n.* s; 239, *n.* x; 305, *n.* c[4]. *Sed facile mendum vel in B* 1 *et in C idem eodem loco irrepere vel in* X_1 *erratum facile tolli potuit. Neque ea, quae restant, quominus* X_1 *ex archetypo X cum B* 1. *C fere conveniente minus diligenter exscriptum esse statuamus, impediunt. Ne unus quidem locus in iis invenitur, qui ingenium auctoris certo sapiat*[5]. *E contra iis locis, ubi varia lectio*

1) *P.* 380, *n.* b. d. 2) *P.* 383, *n.* c, *l.* 49; 384, *n.* f. 3) *Ex. gr. p.* 17, *n.* f; 29, *n.* o; 31, *n.* p; 56, *n.* h; 73, *n.* l; 89, *n.* w; 101, *n.* w; 106, *n.* n; 113, *n.* e; 126, *n.* v; 128, *n.* w; 141, *n.* d; 143, *n.* r; 161, *n.* e; 169, *n.* c; 184, *n.* d; 186, *n.* b; 190, *n.* h; 191, *n.* f. t; 227, *n.* c. v; 240, *n.* q; 295, *n.* o; 297, *n.* s; 306, *n.* a*; 368, *n.* m; 370, *n.* z; 376, *n.* b. 4) *Dubia sunt p.* 40, *n.* o *(cf. Addenda);* 49, *n.* h. i; 166, *n.* r; 169, *n.* a, *ubi lectionem A. B* 2 *non suo iure in textu positam esse si quis contenderit, non contra ibo.* 5) *Gravissimos affero: p.* 77, *n.* r; 92, *n.* *; 126, *n.* f; 152, *n.* l; 155, *n.* f; 244, *n.* q; 300

iam in X extitit, ostenditur X_1 *non prius ex X descriptus esse, quam is, qui in B* 1. *C vel B* 1 *transiit, textus constitutus iam erat*[1]. *Habuit X in I,* 1, *p.* 42, *l.* 4—5: coram Domino, *et superscriptum:* vel contra Dominum, *et idem* X_1 *(cf. A* 1. *B* 2*); I,* 10, *p.* 48, *l.* 29: Assyrio V^0, *superscriptum:* vel Ario, *idem* X_1 *(cf. A* 1. *B* 2*); III,* 11, *p.* 146, *l.* 34: XXX^0IIII^0, *superscriptum:* vel III^0, *idem* X_1 *(cf. B* 2*); IV,* 18, *p.* 206, *l.* 2: regula stringor, *superscriptum:* vel religione ligor, *idem* X_1 *(cf. B* 2*); VII,* 2, *p.* 311, *l.* 35: Rutenorum, *superscriptum:* vel Scytharum, *et* Scytharum *solum, ut videtur,* X_1.

Ponamus igitur X eam libri formam, quam auctor ipse iterum atque iterum retractatam post se reliquit. Unde quomodo codices nobis servati profecti sint, hoc stemmate ostenditur:



Auctori omnia tribuenda sunt, quae simul in B 1 *et C, nec minus ea, quae in B* 1 *et* X_1 *vel in C et* X_1 *inveniuntur. De iis, quae unus tantum vel B* 1 *vel C praebet, aeque certo diffiniri non potest; ea vero, quae* X_1 *peculiaria habet, cur auctori tribuantur, non esse modo dixi. Ea, in quibus*

n. o; 323, *n.* k; 329, *n.* d; 330, *n.* b; 365, *n.* m. *Scrupulum unus movet locus VII,* 23, *p.* 346, *n.* **, *si verba* ac Brunonem archiepiscopum effossos *in B* 1 *sola neglegentia scribae excidisse putanda non sunt; nam ea, quae A. B* 2 *habent, e casu oriri non potuerunt.*

1) *Quod etiam ex p.* 269, *n.* p *patet:* onusti *X (B* 1. *C),* onusti, *superscr.* vel ditati X_1 *(et ita B* 2*),* ditati *A.* 2) *Id est exemplar Friderico imperatori a.* 1157. *transmissum.* 3) *Infra* § 8.

A et C contra B 1 *et B* 2 *faciunt*[1], *ab auctore quidem scripta, sed in editione secunda imperatori missa mutata esse putanda sunt*[2], *nisi leviora quaedam casui tribuere malueris*[3]. *Eos vero locos, quos aut A aut B* 2 *solus praebet, ab auctore alienos esse iure negari non poterit. Ex iis plurimos socordia scribarum depravatos esse facile apparet*[4]; *paucissimos tantum ex consilio mutatos esse negari non potest; in A: p.* 90, *n.* **; 103, *n.* h; *fortasse etiam p.* 114, *n.* l *et p.* 228, *n.* *; *in B* 2: *p.* 37, *n.* * *et continuatio catalogi p.* 387. *post mortem Ottonis facta, quae etiam in B* 3 *exstabant et ipso ad* X_1 *redeunte, ita ut* X_1[5], *postquam ex eo archetypus A descriptus est, his duobus locis auctus esse putandus sit.*

Genuinus textus, qualis in X vel in exemplari imperatori transmisso (F) exstabat (servatus in B 1*), in patria auctoris, in Baioaria et Austria, integer servatus non est. Fortasse ipsum autographum X ex Ottonis ore a Rahewino subnotatum in incendio, quo a.* 1159. *Apr.* 5. *tota civitas Frisingensis penitus cum omnibus ecclesiis cum ornamentis suis sedeque ipsa et palatio consumpta est*[6], *interiit. Id quidem certo certius constat omnes, quorum nos quidem notitiam pleniorem habemus, Austriae et Baioariae codices ad apographum minus diligenter confectum* X_1 *redire, ex quo invectio in gentem Wittelsbachicam VI,* 20. *ad numerosam codicum A propaginem devenit*[7]. *Sed Ottone palatino a.* 1180. *in ducem Baioariae promoto eique a.* 1183. *mortuo filio parvulo Ludewico I. duce substituto, erant, qui talia acerbissime in dominos suos dicta aegre ferrent, monachi, ni fallor, S. Stephani Frisingensis, et saeculo XII. nondum expleto, cum ex codice Scheftlariensi (A* 3*) hanc Chronicae partem in suos usus transscriberent (A* 3*), *omissa invectione locum, quo gentis Wittelsbachicae res bene gestas laudibus plurimis usque ad a.* 1183. *prosequerentur, insererent*[8]. *Ex hoc*

1) *Nullius momenti ii loci rarissimi sunt, ubi A et B* 1 *contra B* 2 *et C stant: p.* 13, *n.* g; 51, *n.* l; 100, *n.* v; 189, *n.* h; 198, *n.* w. 2) *P.* 283, *n.* *; 340, *n.* *; *vide supra p. XV.* 3) *Ex. gr. p.* 36, *n.* s; 100, *n.* *; 108, *n.* l; 142, *n.* k; 154, *n.* w; 210, *n.* q; 239, *n.* p; 245, *n.* m; 261, *n.* c; 316, *n.* g; 320, *n.* k; 353, *n.* i. 4) *Quod etiam p.* 92, *n.* d *et p.* 162, *n.* ** *evenire potuit, p.* 7, *n.* * *evenit.* 5) *Aut alius* X_2 *ex* X_1 *descriptus, ex quo codices B* 2 *et B* 3 *profecti sint.* 6) *Rahew. Gesta Frid. IV,* 15. 7) *De B* 2 *et B* 3 *vide in § 5, p. LXI. et LXVI sq.* 8) *Cf. p. XXXVIII. De* sequenti opere, *ubi Ottonis palatini, I. ducis Baioariae, et filii eius res gestas expressius declaraturos se esse dicebant (p.* 283,

codice interpolato A 3* *multi codices prodierunt, omnes additamentum Wittelsbachicum VI,* 20. *exhibentes. Sed in aliquo codicis A* 3* *apographo saeculo XII. exeunte vel XIII. incunte confecto, cui cum Salzburgensibus aliqua necessitudo intercedere videtur, A* 3**b*, *ad quod deperditum tres saeculi XV. codices redeunt, ea loci post additi pars, quae res auctoris aetate posteriores tradit, deleta est (cf. p.* 282, *n.* o*). Quam breviorem interpolationis formam auctori a Theodoro Wiedemann perperam tributam, a Rogerio Wilmans iure abiudicatam esse ex stemmate codicum, quod infra* § 5. *versus finem (p. LXXXV) habes, facile patet.*

Superest, ut de codicibus C paucis disseramus, quos ad exemplar aliquod ex auctoris autographo X diligentissime descriptum redire ex summa necessitudine, quae inter eos et textum B 1 *intercedit, patet. Neque enim C, cum invectionem in gentem Wittelsbachicam VI,* 20. *et verba de titulo sepulcrali Lotharii imperatoris VII,* 20 *fin. habeat*[1], *ex exemplari imperatori a.* 1157. *transmisso profectum esse videtur. Codices C permultis locis textum decurtatum aut ampliatum aut mutatum exhibent*[2]. *Cum epistolas dedicatorias ad imperatorem et ad cancellarium libro a.* 1157. *praemissas omittant, fieri potuit, quod tamen non affirmamus, ut eorum archetypus ex autographo X ante a.* 1157, *antequam editio secunda imperatori mittenda absoluta esset, descriptus esset.*

Sed utcumque res se habet, ad primam Isingrimo missam editionem C non redire constat, cum ex iis, quae post a. 1147. *addita esse ostendimus, omissis quidem V,* 18, *p.* 247, *n.** *de Theodosia virgine martyre, et IV,* 18, *p.* 207, *n.** *de Ambrosio confessore*[3], *ea, quae I,* 26, *p.* 59, *l.* 13. *de Ulixibona leguntur, habeat*[4]. *Itaque, quamquam inter ea, quae C peculiaria habet, sunt, quae ab auctore ipso aut addita aut deleta putare non absonum videatur, tamen, cum alia ab auctore aliena facile intellegantur*[5], *certi quicquam diffiniri*

l. 24 *sq.), nihil constat. Additamentum Wittelsbachicum prius nulla iusta causa suadente Rahewino tribuebatur; cf. H. Scholliner in 'Neue historische Abhandlungen der Baierischen Akademie der Wissensch.' III,* 1791, *p.* 205. 218. 220, *n.* g.

1) *Etiam p.* 100, *n.** *et p.* 108, *n.* 1 *cum A contra B facit; cf. supra p. XX, n.* 2. *et* 3. 2) *Quorum maiora in notis asteriscis signatis, minora in notis litteris signatis posuimus.* 3) *Omissus etiam est finis VII,* 7, *p.* 317, *n.* ***. 4) *Exstant praeterea dubia supra p. XIII sq. allata.* 5) *Ex. gr. VII,* 23, *p.* 346, *l.* 5. *verba:* et usque hodie premit, *quae post a.* 1154. *scripta non esse patet, in C omissa, cum in A et B exstent, ab auctore deleta esse non videntur.*

non potest[1]. *Immo constat textum C compluribus locis interpolatum et ex consilio ab aliis mutatum esse. Quod in monasterio Weingartensi vel Zwifaltensi ante vel non multo post a.* 1167. *evenisse videtur, quippe quo tempore interpolatus Ottonis textus in priore loco sancto iam in Historia Welforum conficienda adhibitus sit. Extitisse tunc temporis non solum locos libri VII. a quodam partis Welficae homine interpolatos*[2], *sed etiam totius libri eandem fere formam, quam in C habemus, excerpta eodem fere tempore in monasterio Zwifaltensi cum gente Welforum artissime coniuncto*[3] *confecta (C* 1*) probant*[4].

Textus C interpolatus in monasterium S. Blasii delatus saec. XIII. ineunte hic illic leviter retractatus[5] *et continuatione usque ad a.* 1209. *auctore Ottone de S. Blasio auctus est (C* 3. 4*). Ex alio exemplari C paulo post monachi qui videntur Neuburgenses Alsatiae inferioris codicis B* 1 *lacunas supplere temptaverunt. Aliud monachis Schirensibus a.* 1510. *praesto fuit, cum codicem A* 2*a ex A* 2 *transscribebant; aliud eodem saeculo XVI. a Runensibus in emendando codice A* 1 *in auxilium vocatum est.*

Itaque tria, ut ita dicam, exemplaria authentica, ipsius videlicet auctoris curis confecta, statuenda sunt:

I) Editio prima Isingrimo missa, deperdita (I).

II) Autographum auctoris inter a. 1147. *et* 1157. *non paucis locis ab ipso auctum, quorum unus VI,* 20. *in editionem secundam receptus non est (X).*

III) Editio secunda a. 1157. *Friderico I. imperatori missa, ex consensu B* 1 *et B* 2 *ac B* 1 *et C restituenda (F).*

Quibus omnibus deperditis, 8 *(vel* 9*) textus formae inter se discrepantes in codicibus usque ad nos pervenerunt:*

1) *Praeter quod VI,* 36, *p.* 306, *n.* * *et VII, prol., p.* 308, *n.* *, *cum etiam in B* 3 *initio scripta fuisse asseruntur, quodammodo ad X referenda esse et ita ad auctorem aliqualiter pertinere negari vix poterit, nisi* X_1, *unde B* 3 *et B* 2 *profectos posuimus, ut ex textu B* 1 *simili, ita etiam ex textu C mutatum esse contenderis. Alia, ex. gr. II,* 6, *p.* 74, *n.* b, *ita facillime expediri videntur, ut verba* Unde Iuvenalis — nolo *in autographo in margine addita putemus et in archetypo C non suo loco inserta.* 2) *VII,* 23, *p.* 345, *n.* * *et* **. 346, *n.* *; *VII,* 25, *p.* 349, *n.* * *et* **. 350, *n.* * *et* **; *VII,* 26, *p.* 351, *n.* ***. 352, *n.* **. 3) *Welfi advocatiam Zwifaltensis monasterii tenuerunt; cf. Ortliebi Chron. Zwivalt. I,* 15. 19, *SS. X, p.* 81. 84; *Bertholdi Chron. Zwivalt. c.* 34. 36. 37, *SS. X, p.* 114 *sq. Cf. Chr. F. Stälin, 'Wirtembergische Geschichte' II, p.* 268. 4) *De fine libri VII. cf. in § 5, p. LXX sq.* 5) *Cf. in § 5, p. LXXI.*

1. *Textus codicis B* 1, *sine invectione VI,* 20. *et VII,* 20 *fin., libro VIII. carens: apographum editionis secundae mancum, mendis non carens.*

2. *Textus codicis B* 2, *sine invectione VI,* 20. *et VII,* 20 *fin., cum additamentis I,* 1. *et in fine catalogi de schismate a.* 1159: *ad apographum* X_1 *autographi X neglegenter factum et interpolatum ac postea secundum editionem secundam F mutatum rediens.*

3. *Textus codicis B* 3 *deperditi, cum invectione VI,* 20. *et additamentis VI,* 36. *et VII, prol., sed his tribus postea erasis; etiam cum additamentis I,* 1. *et in fine catalogi de schismate a.* 1159: *ad idem apographum* X_1 *autographi X neglegenter factum et interpolatum necdum secundum editionem secundam mutatum rediens.*

4. *Textus codicum A, cum invectione VI,* 20. *et VII,* 20 *fin.: ad apographum apographi* X_1 *nondum interpolati aut mutati satis neglegenter factum et quibusdam locis ex consilio mutatum rediens.*

5. *Textus codicum A* 3* *et A* 3**a*, *cum additamento Wittelsbachico VI,* 20.

6. *Textus codicum A* 3**b*, *ubi maior additamenti Wittelsbachici pars omissa est.*

7. *Textus codicum C* 1 *et C* 2, *quibus etiam C* 7 *deperditus adscribendus est, totus retractatus et in libro VII. ab homine partis Welficae interpolatus: ex apographo autographi X diligentissime facto, sed postea a Weingartensibus vel Zwifaltensibus, ut videtur, retractato et interpolato profectus.*

8. *Textus codicum C* 3 *et C* 4, *hic illic retractatus et continuatione S. Blasii auctus: profectus ex apographo S. Blasii ad idem apographum autographi X retractatum et in laudem Welfonum interpolatum redeunte.*

8*a*. *Textus codicis C* 4, *qui nonnullas notas marginales, ex parte sane ex archetypo descriptas, Chronicae insertas praebet.*

§ 5. *De codicibus Chronicae.*

Codices primo loco positi, A signati, textum veterem, qualis inde a saeculo XII. in Baioaria et Austria legebatur, plurimis locis corruptum, nonnusquam etiam leviter ex consilio mutatum (supra p. XX) exhibent.

A 1) *Codex Runensis nr.* 39, *membranaceus in* 4⁰, *saec. XII, foliorum* 135, *quatuor vel pluribus manibus*

scriptus, ab iisdem vel certe coaevis scribis emendatus, postea manu saec. XVI. ex codice classis C iterum correctus (A 1'). In marginibus variis saec. XIII.—XVI. manibus notae adscriptae sunt, quarum complures saec. XVI. nomina propria secundum Iustinum emendare conantur, semel quoque ad Marcellinum (f. 42[r], *III,* 3 *fin.) et ad Iosephum aliosque auctores remittunt, aliae erasae sunt. Quas omnes, utpote nullius momenti, perpaucis exceptis negleximus. Ottonis libro VIII. absoluto sequitur f.* 135.[v] *versus:* Perscripto libro sit laus et gloria Cristo, *alia manu coaeva repetitus, et:* Amen. *Sequuntur:* Contra caducum morbum. Talem aut minorem — intemptata nocebit, *et notae Runenses, infra in appendice p.* 487 *sq. editae. Codex ante annum* 1190. *aut certe* 1197. *scriptus est, cum in fine catalogi imperatorum nomen Heinrici VI. manu paulo recentiore suppletum sit, vide infra p.* 386, *l.* 1. *Folio* 1.[r] *manu recenti adscriptum est:* Catalogo Runensi inscriptus[1]. *Quem codicem optimae notae ipse Berolini contuli.*

Ex A 1 *descripti sunt A* 1*a et A* 1*b.*

A 1*a) Codex Sanctae Crucis nr.* 197. *membranaceus in fol. min., saec. XII. exeuntis, foliorum* 160. *Marginibus manus complures saec. XIII. et recentiores notas adscripserunt, quarum, quae alicuius, etsi minimi momenti esse videbantur, paucas infra attulimus. Post finem libri VIII. in fol.* 160[v]. *versus* Perscripto libro *etc. et alia quaedam spatium c.* 4 — 6 *linearum tenentia erasa sunt.*

Ante a. 1197. *scriptus esse videtur, absque dubio, antequam in fine catalogi imperatorum in A* 1 *Heinricus VI, hic omissus, adderetur. Fol.* 1[r]. *manu saec. XIII. vel XIV. adscriptum est:* Iste liber est sancte Marie in Sancta Cruce[2]. *Cf. Xenia Bernardina II,* 1, *p.* 168; *W. Wattenbach*[3], *'Archiv' X, p.* 597. *Scripturae specimen dedit Wattenbach, SS. XX, tab.* 2, *nr.* 5. *Is, quamquam paucis locis*

1) Epistola Friderici imperatoris ad Ottonem Frisingensem episcopum *codex signatus est in catalogo iussu Bartholomaei de Grudenegg abbatis Runensis (a.* 1559—1577*) a.* 1568. *confecto; cf. P. Ant. Weiss, 'Die Bibliothek des Zisterzienser-Stiftes Reun in der* 2. *Hälfte des XVI. Jh.', in 'Beiträge zur Erforschung Steirischer Geschichte' XXXV ('N. F.' III),* 1906, *p.* 264. *De hoc codice egerunt P. Ant. Weiss, in 'Beiträge zur Kunde Steiermärkischer Geschichtsquellen' XII (*1875*), p.* 38 *sq.; Xenia Bernardina II,* 1, *Wien* 1891, *p.* 29 *sq.; cf. W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 625. 2) *In catalogo librorum S. Crucis a.* 1374. *confecto, quem vulgavit P. Gabriel Meier O. S. B. in 'Archiv für Oesterreich. Geschichte' XC (*1901*), p.* 416, *legitur:* in 3. latere in 6. assere: Ottonis 2[a] pars, *neque tamen, si Gabrieli Meier credis, codex A* 1*a in ipso sancto loco scriptus est.* 3) *Qui eum saec. XIII. ineunte scriptum esse dixit.*

leviora codicis Runensis menda vel non vel a scriba correcta habet, quin ex A 1 *descriptus sit, iure dubitari posse non puto; vide imprimis V,* 23, *p.* 250. *l.* 20, *n.* m, *ubi A* 1*a* Virgilius *habet, et catalogum pontificum et imperatorum, non in columnis respondentibus, sed pontificibus et imperatoribus alternatim positis scriptum, ubi A* 1*a imperatores Heinricum (II.), Conradum (II.), Heinricum (III.), in A* 1 *in margine suppletos (infra p.* 384, *n.* f*), perperam ante Arnolfum collocatos, signis postea recto ordine restituto, post Nicolaum II. papam habet. Hunc codicem ipse Berolini contuli.*

Ex A 1*a descripti vel profecti sunt A* 1*a, A* 1*a′, A* 1*β, A* 1*β′, A* 1*γ.*

A 1*a) Fragmenta in duobus foliis manu saec. XII. exeuntis scriptis, codicis Zwettlensis nr.* 116 *(saec. XIV; cf. Xenia Bernardina II,* 1, *p.* 343*) tegumento allitis, servata* [1].

A 1*a′) Codex Zwettlensis nr.* 284, *membranaceus in* 4⁰, *saec. XIII. prioris, foliorum* 187, *a duobus vel compluribus scribis neglegentissime scriptus, ut verba Latina hic illic vix recognoscantur. In fine catalogi imperatorum ad nomen Friderici I. adscriptum est:* Anno Domini M⁰C⁰XLVI⁰. *Libro VIII. absoluto sequuntur f.* 187ʳ. *versus eadem manu eodemque atramento, quibus et praecedentia, scripti:* Perscripto libro sit laus et gloria Christo *(ut in A* 1*), et:* Post scriptum librum scriptor pulcre bibe [2] vinum. Amen [3].

1) *Quae a P. Benedicto Hammerl archivario et bibliothecario Zwettlensi a tegumento codicis nr.* 116. *soluta descripsit V. Cl. M. Tangl a.* 1907. *Quae continent libri VI. c.* 6: copiam accepit *(p.* 26⁸, *l.* 24*)* — *c.* 7: origine Arnolfum *(p.* 269, *l.* 11*); c.* 8: (Nor)thmanni Lodewici regnum *(p.* 269, *l.* 23*)* — Christianum fecit *(p.* 270, *l.* 7*); c.* 18: relictis sibi *(p.* 279, *l.* 7*)* — *c.* 19: Boemi, resistentes *(p.* 280, *l.* 6*); c.* 19: (in)greditur totamque *(p.* 280, *l.* 20*)* — Huius consilio *(p.* 280, *l.* 37*). In c.* 19. *verba* Luduico — iniuriam *(p.* 280, *l.* 13—14*), quae in A* 1*a in textu omissa, in margine inferiore f.* 113ʳ. *suppleta sunt, perperam post* Berengario tyranno multipliciter *(p.* 280, *l.* 31—32*), in quibus* (multipliciter pre[mebatur]) *f.* 113ʳ. *in A* 1*a finit, inserta sunt. — Cf. J. von Frast in 'Archiv für Kunde Oesterreichischer Geschichtsquellen' II,* 1849, *I, p.* 398; *W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen im MA.' II*⁶, *p.* 271. 2) biue *corr.* bibe *c.* 3) *Sequitur manu fortasse alia, sed coaeva:* Marcus. Lucas. Matheus. Iohannes. Elyon Flaghion Arguenon. Etamon, *et in infima pagina:* Si in luno(?) pars sit quedam pars cum Christo male credam quod sit plena gratia, *et inter haec et praecedentia manu saec. XIV. exeuntis:* Hic annotantur singulorum fratrum nomina emittencium pro dispersione sub anno etc. M⁰LXXXXIII⁰ *(*1393. *legendum)* Luce ewangeliste *(= Oct.* 18.*) etc., et eadem manu f.* 187ᵛ: Anno Domini millesimo CCCᵐᵒ nonagesimo tercio tempore dispersionis fratrum in Zwetla numero XVIII⁰ perceptum fratris Ottonis cellerarii e festo omnium sanctorum usque omnium sanctorum *etc. In catalogis librorum Zwettlensium duobus antiquissimis saec. XII.*

Ex A 1*a descriptus esse probatur eo, quod VII,* 21. *verba:* quondam pariter — Colomanni *(p.* 342, *l.* 2—3*), quae in textu libri A* 1*a omissa in margine inferiore fol.* 129ʳ. *suppleta sunt, A* 1*a' post* sororem *(p.* 342, *l,* 13*), in qua voce f.* 129ʳ. *in A* 1*a desinit, collocata habet; in catalogo pontificum et imperatorum, ut in A* 1*a non in columnis respondentibus, sed continuis pontificibus et imperatoribus alternatim positis scripto imperatores* Heinricus I. *(II.),* Conradus I. *(II.),* Heinricus II. *(III), ut in A* 1*a, ante* Arnolfus — Otto *(III.) post Nicolaum papam II. inserti sunt. Hunc codicem ipse Berolini examinavi et ex parte contuli.*

A 1*β) Codex Londiniensis Musei Britannici Addit. nr.* 15 824, *chartaceus in* 4⁰, *foliorum* 107 *(rectius* 108, *cum f.* 29. *bis numeretur), quem a.* 1484. *Vindobonae scriptum esse subscriptio scribae in calce libri docet, f.* 106ᵛ: Litteris exarata est presens reverendissimi patris ac domini domini Ottonis quondam Fresingensis ecclesie presulis dignissimi[1] Cronica per manus Iohannis Zanntner[2] ex Patavia anno dominice incarnacionis MCCCC octogesimo quarto Vienne feliciter expleta; *a.* 1846. *Iun.* 13. *a librariis Asher emptus Museo Britannico illatus est. In marginibus notae omni pretio carentes manu saec. XVI. inc. adscriptae sunt. Libro VIII. absoluto sequuntur f.* 106ʳ. 106ᵛ, *omnia eadem manu, qua et praecedentia, scripta:* De Romanis denique seorsum imperatoribus hic notatur condicionis humane miseria — quemadmodum latius supra scripsi et in processu huius libri experieris.

Anno milleno centeno terque triceno
Hiis sexaginta commisces et bene disces,
Austria quod tota flet principibus viduata,
Posthac cornuto discet servire tributo[3].

Litteris — expleta *(supra l.* 15—20*).*

(in cod. nr. 84*) et saec. XIII. (in cod. nr.* 24*) hic codex non invenitur; cf. Xenia Bernardina III, p.* 187 *sq. De hoc codice egit Stephanus Rössler abbas Zwettlensis, Xenia Bernardina II,* 1, *p.* 395 *sq.; cf. 'Archiv' VIII, p.* 728. 1) *Sequitur* p *c.* 2) *Ita* (zanntn') *c. secundum Levison; perperam* Zauntner *Pertz (SS. XX, p.* 104*),* Zanutii *'Catalogue of Additions to the Manuscripts in the British Museum'* 1846—47 *(*1864*), p.* 36. 3) *Hi versus exstant eodem fere modo corrupti in Auct. Vindob. a.* 1260, *SS. IX, p.* 724, *et in cod. palat. Vindob. nr.* 3354 *(Sal.* 425*) saec. XV. (a.* 1457*), in fine, W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 562 *sq.; rectius eos habent Ann. Stad. a.* 1246, *SS. XVI, p.* 371, *et maxime Detmarus Lubic. §* 250, *'Chron. d. deutschen Städte XIX, Lübeck I', p.* 90, *cf. p.* 144. 326; *Herm. Korner, Chron. novella ed. I. Schwalm, Göttingen* 1895, *p.* 17. 168; *Ann. Hamburg., 'Quellensammlung der Gesellsch. für Schleswig-Holst.-Lauenb. Gesch.' IV, p.* 424. *Vide etiam cod. A* 1*β'.*

F. 107. *notitias quasdam de annis regni et sepulcris regum Teutonicorum manu saec. XVI. scriptas pretio carentes exhibet. Conspectus capitulorum non omnes simul libro I, sed singuli singulis libris praemissi sunt. Catalogum regum, pontificum, imperatorum, ut in A* 1*a non in columnis respondentibus, sed continuis pontificibus et imperatoribus alternatim positis scriptum, suo loco post librum VII. omissum iam f.* 53. 54. *inter libros III. et IV. habet, cui manus saec. XVI. prioris numeros pontificum et alia quaedam adscripsit*[1], *quae et pontifices ab Alexandro III. usque ad Martinum IV. addidit. Hunc codicem ex A* 1*a profectum esse apparet*[2], *sed quominus A* 1*β immediate ex A* 1*a descriptum esse putemus, necessitudo, quae inter A* 1*β et A* 1*β′ intercedit, prohibet, qua, ut inter A* 1*a et A* 1*β. β′ codicem quendam, propter p.* 408, *n.* a, *infra n.* 2, *non ante saec. XIV. scriptum, nunc deperditum, interponamus, adducimur. Hunc codicem examinavit et ex parte contulit W. Levison.*

A 1*β′) Codex Claustroneoburgensis nr.* 691, *chartaceus in fol., quem, exceptis iis, quae Ottonis Chronicam praecedunt et f.* 52^{v}: monstraretur *(Otto III,* 6, *p.* 142, *l.* 33*)* — *f.* 58^{r}: subtilius eam *(Otto III,* 22, *p.* 162, *l.* 10*), scripsit a.* 1512 *(Ottonis Chronicam) et a.* 1514 *(Chronicon Vatzonis) Georgius Leb canonicus, qui etiam in marginibus multas notulas adscripsit*[3]. *Post quatuor folia, quorum duo vacua sunt, incipit:* Cronica Frisingensis episcopi, *quam sequitur tractatus, in paucis verbis ab A* 1*β recedens:* De Romanis denique seorsum imperatoribus — Postea inceperunt paulatim provincie se subtrahere et rebellare.

Anno millesimo centeno terque tricena*(!)* — Post hoc cornuto discet servire tributo[4]. Deo gratias 1512.

1) *Ad* Constantinus, *p.* 378, *l.* 3: gloriosissimus imperator; *post* Gelasius, *p.* 379, *l.* 1, *supplet.* Anastasius; *ad* Severinus, *p.* 379, *l.* 23: Severus; Marinus, *p.* 382, *l.* 9, *mutat.* Martinus 2^{v}; Marinus, *p.* 383, *l.* 7, *mutat.* Martinus 3^{9}; *ad* Fridericus I^{9}, *p.* 385, *l.* 15: Suevorum dux. 2) *Quod probatur ex. gr. iis quae sequuntur: p.* 2, *l.* 13: cogitationes *Otto,* cogitatione^{t} *A* 1*a,* cogitacionem *A* 1*β; I,* 1, *p.* 38, *l.* 3: refluxiones *Otto,* reflexiones *corr.* refluxiones *A* 1*a,* reflexiones *A* 1*β; IV,* 19, *p.* 208, *l.* 14: improvidus *Otto,* im- *delet. A* 1*a,* providus *A* 1*β; ib., p.* 210, *l.* 12: intimavit *Otto,* demandavit *superscripto* t intimavit *A* 1*a,* demandavit *A* 1*β; VIII,* 12, *p.* 408, *l.* 2, *n.* a: heretici *manu saec. XIV. supra lin. add. A* 1*a, quod in textu habet A* 1*β; in catalogo pontificum et imperatorum* Heinricus primus *(II.),* Conradus primus *(II.),* Heinricus secundus *(III.), ut in A* 1*a, ante* Arnolfus — Otto *(III.) post Nicolaum papam II. inserti sunt.* 3) *In fronte codicis legitur:* Can. Reg. Claustroneoburgensi Bibliothecae inscriptus 2. Iunii 1656. 4) *Supra p. XXVI.*

Georgius Leb canonicus *(f.* 122^{v}*). In f.* 126^{r}. *item manu Georgii Leb, non alia, sequitur:* Cronica ducum Austrie, *tum alia, quae habes 'Archiv' X, p.* 593. *A* 1*β'* *ad A* 1*a redire proximeque ad A* 1*β accedere nec tamen, quod b. m. Wilmans statuit, ex eo descriptum esse ex iis quae sequuntur patebit. A* 1*β' quidem cum A* 1*β congruit, conspectibus capitulorum singulis singulis libris praemissis et catalogo pontificum et imperatorum pontificibus et imperatoribus alternatim positis scripto, neque tamen aeque omnia eius menda exhibet*[1]. *In prologo libri I. post* possimus *(p.* 10, *l.* 17*) sequitur:* Hic nota lector, quod scriptor libri dominus Otto fuit sciencie eminentis studens Parisiensis, porro[2] monachus Morimundensis — plures, *ad verbum cum iis conveniens, quae paulo ante in A* 1*a duabus manibus saec. XII/XIII. et saec. XIII. ex. vel XIV. in margine adscripta sunt (infra p.* 3, *n.* *). *Statuamus igitur oportet codices A* 1*β et A* 1*β' ex codice quodam deperdito, non ante saec. XIV. ex A* 1*a profecto, descriptos esse. Codicem A* 1*β' examinavit et ex parte contulit V. Samanek.*

A 1*γ) Codex coenobii Scotorum Vindobonensis deperditus non ante saeculum XIV. scriptus (propter p.* 408, *n.* a*), quem Cuspinianus editionis suae fundamentum posuit a.* 1514[3]. *Ut codicem Scotorum Vindobonensem, non codicem*

1) *Ex. gr. p.* 2, *l.* 13: cogitacionem *A* 1*β*, cogitaciones *recte A* 1*β'*; *VIII, prol., p.* 391, *l.* 5: katholicorum *A* 1*β*, catholicam *recte A* 1*β'*; *ib., p.* 393, *l.* 2: inchoatum *A* 1*β*, inchoatam *recte A* 1*β'*. *Catalogum regum, pontificum, imperatorum, ut A* 1*β, inter libros III. et IV. sub numero* 46. *habet, omissis tamen iis, quae manu saec. XVI. prioris in A* 1*β addita diximus. Imperatores Heinricus I. (II.), Conradus I. (II.), Heinricus II. (III.), ut in A* 1*a et A* 1*β, ante Arnolfum, cuius nomen hic omittitur, et sequentes usque ad Ottonem III. post Nicolaum papam II. inserti sunt. VIII,* 12, *p.* 408, *l.* 2 *(n.* a*)* heretici *in textu invenitur.* 2) primo *A* 1*a*. 3) *Epistola Cuspiniani ad d. Iacobum de Bannisiis, d.* 1514. *Mart.* 1, *in editione Ottonis f. Aa III.* Cuius exemplaris indicium, *secundum Pithoeum,* sibi deberi Aventinus in Annalib. Boiorum gloriatur. — *Cum de ratione, qua editio princeps ex codice Scotorum Vindobonensi et ex codice quodam S. Trudperti in Nigra Silva confecta sit, alibi pluribus disputemus, hic pauca, quibus Cuspinianum a codice quodam ex A* 1*a profecto pendere pateat, afferre sufficiat: p.* 5, *l.* 23: primos *A* 1*a. Cusp.,* primo scilicet *Otto; I,* 4, *p.* 41, *l.* 16: illorum *A* 1*a. Cusp.,* eorum *Otto; II,* 12, *p.* 81, *l.* 23, *n.* k: Domine audivi auditionem tuam et timui *A* 1*a. Cusp.* (auditum tuum), auditionem tuam et timui *om. Otto; II,* 25, *p.* 95, *l.* 32: detionem *A* 1*a*, ditionem *Cusp.*, deditionem *Otto; V,* 23, *p.* 250, *l.* 20, *n.* m: Virgilius *A* 1*a. Cusp.*, Robertus *Otto; V,* 36, *p.* 260, *l.* 27, *n.* o: ad suam ditionem *A* 1*a (*ad *supra lin. suppl.). Cusp.,* in suam ditionem *Otto; VII, prol. p.* 309,

S. Trudperti, sub signo A 1*γ inter codices A ponamus, eo movemur, quod cum, quos novimus, omnes monasteriorum Austriae et Bavariae codices ad A (vel B* 2*) pertinent, tum in ipso monasterio Scotorum Vindobonensi ipso saeculo XV. codex aliquis cum A* 1*a arte coniunctus in A* 1*γ′ exscriptus esse videtur.*

A 1*γ′) Fragmentum saec. XV. in codice monasterii Scotorum Vindobonensi nr.* 395. *chartaceo*[1], *fol.* 90ᵛ. —92ᵛ. *sub nr.* 18. *exstans, quod Ottonis libri III. c.* 10. *et* 11. *integra complectitur, subscriptis his verbis:* Hec ex cronica Ottonis episcopi Frisingensis, fratris carnalis fundatoris Heynrici Scothorum Wyenne. *Textum fragmenti a B, C, nec minus ab A* 2. 3. 3*. 4 *alienum ad A* 1 *redire nec tamen ex A* 1 *immediate descriptum esse facile patet, sed sunt quae ad A* 1*a nos remittant*[2]. *Itaque A* 1*γ′ ex A* 1*γ descriptum esse putaverim. Hoc fragmentum descripsit V. Samanek.*

A 1*b) Codex Romanus Barberinus Latinus nr.* 2596 *(olim signatus* 1968, *XXXIII* 116*) bibliothecae Vaticanae, chartaceus in* 4⁰, *saec. XV*[3]. *In folio textui praeposito tribus manibus ab ea, quae textum scripsit, diversis scriptum est:* Otto Frisingensis de mutatione rerum libri VII *(prima manu),* ab orbe condita*(!)* usque ad Christi annum 1146 *(secunda manu).* De duabus Civitatibus liber unus *(tertia manu). Catalogum imperatorum claudit* Heinricus Vᵘˢ, *eadem manu qua et praecedentia scriptus (v. infra p.* 386, *l.* 1*). Ea, quae A* 1 *post librum VIII. absolutum habet, desunt. Sed A* 1*b, ab A* 1*a*

l. 9, *n.* i*: stravit *A* 1*a. Cusp.,* percussum *Otto; VII,* 5, *p.* 315, *l.* 16: frequenter *om. A* 1*a. Cusp.; VII,* 15, *p.* 329, *l.* 4: finitimis locis *A* 1*a. Cusp.,* locis *om. Otto; VIII,* 12, *p.* 408, *l.* 2, *n.* a: heretici *manu saec. XIV. supra lin. add. A* 1*a, in textu Cusp. (cf. A* 1*β. β′); VIII,* 19, *p.* 418, *l.* 1: uelocitate *A* 1*a. Cusp.,* celeritate *Otto; VIII,* 20, *p.* 420, *l.* 29, *n.* p: Qđ *delet. et* Potest *in margine supplet. A* 1*a,* Potest *Cusp.,* Potuit *Otto (de varia codicum A lectione vide p.* 420, *n.* n*); VIII,* 26, *p.* 433, *l.* 5: diuinitate *A* 1*a. Cusp.,* identitate *Otto.*

1) *Cf. P. Alb. Hübl O. S. B., Catalogus codicum manuscriptorum qui in bibliotheca monasterii B. M. V. ad Scotos Vindobonae servantur, Vindobonae et Lipsiae* 1899, *p.* 423 *sqq.* 2) *III,* 10, *p.* 146, *l.* 24: in cruce *A* 1*a. γ′ (et A* 3*), in crucem *Otto; III,* 11, *p.* 147, *l.* 9, *n.* d: propter haec *A,* propter hoc *recte A* 1*a (corr. ex* hęc*). γ′; ib., p.* 147, *l.* 10—11, *n.* f: prophetis *A* 1, phyłis *in loco raso A* 1*a,* phylosophis *recte A* 1*γ′.* 3) *Saec. XV. ex. vel XVI. in. eum scriptum esse dixit L. Bethmann, 'Archiv' XII, p.* 385.

alienus, ex A 1 *descriptus esse probatur*[1]. *Hunc codicem examinavit E. Perels a.* 1905, *ex parte contulit F. Schneider.*

A 2) *Codex Hannoveranus bibliothecae regiae XIII.* 774[2] *(olim Scrin. I,* 9*), olim monasterii SS. Udalrici et Afrae Augustanus, membranaceus in* 4⁰, *saec. XII, foliorum* 129, *qui in dicto monasterio*[3] *inter annos* 1165. *et* 1167, *ante diem* 24. *Oct., scriptus esse videtur et ibidem fortasse etiam saec. XVII/XVIII. servabatur, quamvis b. m. Wilmans in folio ultimo, ubi multa hodie erasa legi non iam possunt, manu saec. XV. scriptum invenire sibi visus sit:* Iste liber est sancti Iohannis ewangeliste in Michelvelt[4]. *Quod admodum dubium nos mittamus oportet. Certo in catalogo librorum monasterii SS. Udalrici et Afrae August., cod. Lat. Monac. nr.* 4414 *(Aug. S. Ulr.* 114*), chartac. saec. XVII/XVIII. f.* 21. *sic legitur:* Ottonis episcopi Frisingensis historia de mutatione rerum ad Fridericum imp. Ms. in fol.⁰ in membrana, *quae verba ad codicem A* 2 *referenda esse negari posse vix putaverim. Sed circa finem saec. XVIII. non iam ibi extitisse videtur, cum P. Placidus Braun in Notitia historico-litteraria de codicibus manuscriptis in bibliotheca liberi ac imperialis monasterii ordinis S. Benedicti ad SS. Udalricum et Afram Augustae extantibus, vol. I — VI, Aug. Vind.* 1791—1796, *eius nullam mentionem faciat. Conspectus capitulorum et liber VIII. desunt. Catalogus pontificum et imperatorum, in Anastasio IV. et Friderico I, omisso Adriano papa IV, desinens, alia manu f.* 117—129, *in quaternione uno, folio singulari, binione uno scriptus est, omissis regibus Italiae, Latinis, Romanis usque ad Tarquinium Superbum. Qui catalogus ad Ottonis quidem catalogum quodammodo redire negari non potest, sed aliunde interpolatus vel mutatus, singulis pontificibus singulis ex brevi quadam paparum usque ad Leonem papam IX.*

1) *Ex. gr. his locis: II,* 8, *p.* 76, *l.* 9: perfectum philosophum *Otto,* perfectum (iformet *linea subterducta delet.*) philos. *A* 1, perfectum in philos. *A* 1*b; V,* 23, *p.* 250, *l.* 20, *n.* m: Robertus *Otto,* Virgilius *A* 1 *(manu paululo recentiore in loco raso).* 1*b; VI,* 18, *p.* 278, *l.* 18, *n.* k: ingenia *Otto,* ingenta *A* 1, ingenica *A* 1*b* (ingenita *A* 3. 4)*; VI,* 36, *p.* 305, *l.* 1, *n.* a: *pro numero habet A* 1: Prologus VIImi libri, *A* 1*b:* Prologus; *ib., p.* 305, *l.* 17: sigcant (= significant) *recte A* 1 *(-c- valde litterae -r- similis),* sigrat (= signarant) *A* 1*b.*
2) *E. Bodemann, 'Die Handschriften der königl. öffentl. Bibliothek zu Hannover', Hannover* 1867, *p.* 149. 3) *Cf. etiam p.* 177, *n.* m.
4) *Monasterium [dioc. Bamberg.] a meridie Bayreuthi situm; cf. Huschberg, 'G. d. d. Hauses Scheyern-Wittelsbach' p.* 269. *Wilmans.*

historia petitis notitiis adiectis[1], *quas edidit J. G. Eccardus, Corpus historicum medii aevi II (*1743*), col.* 1629—1640[2]; *cf. infra p.* 375, *n.* g. *Inter f.* 125. *et* 126. *exciso folio pontifices Leo II. — Paschalis, imperatores Iustinianus II.* 5 *— Theodosius III. desunt. Catalogi prior pars in quatuor columnis scripta est, ita ut primam et tertiam pontifices, imperatores secundam et quartam teneant, inde a f.* 120ᵛ. *in tribus columnis, in prima pontifices, in secunda imperatores, in tertia episcopos Augustanos continens, quibus sub-* 10 *inde quarta apposita est abbatum SS. Udalrici et Afrae Augustanorum cum notis historicis, quae edita sunt bis, SS. XIII, p.* 278—280 *(Catalogus episcoporum Augustensium et abbatum S. Afrae) et SS. XIV, p.* 556—559 *(Chronicon breve episcoporum Augustensium et abbatum* 15 *S. Afrae). Episcoporum catalogus prima manu usque ad Conradum (*1162—† 24. *Oct.* 1167*), abbatum usque ad Odalricum, a.* 1165. *electum, scriptus est, alia manu Hartwicus episcopus (*1167. *Nov.* 1. — † 1184. *Ian.* 25*), Heinricus et Manegoldus abbates additi sunt. Qua de causa iure* 20 *b. m. R. Wilmans intra annos* 1165—1167. *eum exaratum esse statuit. Scripturae specimen habes (a G. H. Pertz factum) SS. XX, tab.* 2, *nr.* 1. *Hunc codicem accuratissime contulit G. H. Pertz a.* 1819, *ipse Berolini denuo contuli.*

Ex A 2 *descripti sunt A* 2*a et A* 2*b.*

25 *A* 2*a) Codex Monacensis Latinus nr.* 1209 *(Bav.* 209*), olim Schyrensis, chartaceus in fol., a.* 1510. *per monachum Schyrensem conscriptus*[3], *foliorum* 214, *quocum eodem tegumento compactus est liber*[4] *impressus:* Homeri poetarum clarissimi Odyssea de erroribus Ulyxis. Impress. 30 Argentorati 1510[5]. *F.* 1ʳ, *minio, manu ea, quae codicem scripsit:* Cronica Othonis Frisingensis episcopi per libros octo divisa seu distincta, in fine libri septimi Addiciones temporum modernorum usque ad annos millesimum tricentesimum quartum inclusive continens, hic invenitur, et

35 1) *Ad sequentes usque ad Calixtum II. pontifices anni pontificatus adduntur.* 2) *Ex quo partem repetiit L. Duchesne in notis ad Petri Guillelmi librum pontificalem, 'Le liber pontificalis' II, p.* 199 *sqq., qui de origine indoleque huius catalogi breviter disputavit ibidem p. XV sq.* 3) *Alia manu ac cetera scripta esse videntur f.* 5ʳ — *f.* 8ᵛ: dicere pos- 40 simus *(p.* 10, *l.* 17*).* 4) *Cui manus saec. XVI, codice ipso paululo recentior, inscripsit:* Monasterii Schyrensis ord. S. Benedicti. 5) *Cf. Catalogus codicum manu scriptorum bibl. reg. Monacensis, ed. alt., III,* 1, *p.* 239; *H. Simonsfeld in 'Historische Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet' (*1886*), p.* 223—227.

in fine omnium illorum Octavus liber istius Cronice tractans de resurrectione mortuorum et fine utriusque civitatis[1], scilicet mundi et Dei, ponitur consequenter pro conclusione. 1510; *deinde manu paulo recentiore:* Per monachum Schyrensem conscriptus est iste liber. *F.* 1ᵛ. *vacat.* *F.* 2ʳ. *manu ea, quae codicem scripsit:* Dom. Caes. Maximiliano Imp. Augusto Conradus Peutinger Augustanus felicitatem *(minio).* Illustris marchio orientalis Leupoldus — Hec que cesar Othoni episcopo rescripsit et in manibus nostris ante paucos dies fuerunt ea ipsa[2] maiestas tua modo principis ipsius responsionem benigne, ut solet, audiat[3]. Fridericus — porrigimus, *id est epistola Friderici I. imperatoris Ottonis Frisingensis Gestis Friderici praemissa*[4]. Finit feliciter Epistola Friderici imperatoris ad reverendum dominum Othonem episcopum Frisingensem missa. *F.* 4ᵛ. *vacat.* *F.* 5ʳ *sqq.: Ottonis Chronica, omissis conspectu capitulorum, ut in A* 2, *et catalogo regum, pontificum, imperatorum.* *F.* 131ᵛ. *libro VII. absoluto, minio:* Librum octavum huius operis de Antichristo resurrectioneque mortuorum et de fine utriusque civitatis tractantem reperies in fine huius voluminis, *et inferius, item minio:* Hec infra collecta atque conscripta sunt per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Hermannum abbatem monasterii sanctorum Thebeorum Mauricii et sociorum eius Altache inferioris post finem Cronice Ottonis. *F.* 132ʳ. *eodem modo:* Addiciones modernorum temporum assignatur[5] per aliqua tempora. Anno incarnacionis Domini MCXLVI, ab Urbe condita MDCCCCXVIII, Cunradi nonagesimi tercii ab Augusto nono, Eugenii tercii summi pontificis[6], *et sequuntur Annales SS. Udalrici et Afrae Augustenses (ed. Ph. Jaffé, SS. XVII, p.* 428 *sqq., hoc codice non adhibito), plerumque ex Hermanno Altahensi exscripti:* Hiis temporibus Rogerius Syculus — *f.* 164ᵛ: anno vite sue LXX[5], *ad quae in margine minio adscripta sunt:* Hucusque Hermannus cronicam produxit, et dominus Heinricus Steor[7] capellanus predicti abbatis subsequencia hic infra fideliter prosequendo usque ad anno[5] scilicet MCCCI. continuavit[8];

1) ciuitatis *in marg. suppl. c.* 2) *Hic plura omissa c.* 3) *Haec impressa legis in editione principe Ligurini, impr. per M. Erhardum Oeglin civem August. a.* 1507. *Apr., f. L VI*ᵛ. 4) *Impressa ibidem f. M I*ʳ — *M II*ʳ. 5) *Ita c.* 6) *Ex Ottonis Fris. Chron. VII,* 34. 7) Ster *c.* 8) *Cf. SS. XVII, p.* 408, *l.* 18 *sq.* (= 433, *l.* 21).

in textu sequitur: ℭ Anno Domini M⁰CC⁰LXXIII⁰ mortuo Richardo Romanorum rege — *f.* 182ᵛ: racio in extremi iudicis *(SS. XVII, p.* 434, *l.* 36*), post quae minio:* Hucusque producta est pars Cronice a Heinrico Steoro[1]. Cetera que secuntur apponenda sunt pro futuris temporibus. ℭ Unde tantum pauca hic notamus, scilicet ego frater Ulricus Welliḡ et confrater meus Chunr(adus), professi monasterii sanctorum Udalrici et Affre in Augusta ordinis S. Benedicti, ne desidie et inercie arguamur operam dedisse *(= SS. XVII, p.* 434, *l.* 37—41, *paucis mutatis). F.* 183ʳ: Anno ab incarnacione Domini M⁰CCC⁰I⁰ Bonifacius papa — *f.* 189ᵛ: Dat(um) Avinionī IIII. [Kal.] Febr., pontificatus nostri anno secundo *(= SS. XVII, p.* 434, *l.* 42—436, *l.* 39*); tum minio:* Hucusque deducta est cronica cum addicionibus certis hic fideliter completis[2]. *F.* 190ʳ: Liber octavus et ultimus Cronice reverendi domini Ottonis episcopi Frisingensis, tractans de fine mundi, scilicet de Antichristo resurreccioneque mortuorum et de fine utriusque civitatis, feliciter hic incipit *(minio), quo absoluto sequitur f.* 212ᵛ: Amen, *et minio:* Hec scripta pro laude Dei omnipotentis ac utilitate et salute lengencium[3] finem habent; pro quibus ipse scriptor petit pro se humiliter exorari.

ℭ Hec infra transsumpta ex hystoria seu cronica ducum Austrie de reverendo domino Ottone Frisingensi episcopo cronographo libri presentis hic apponuntur in wlgari. Otto der furst sůn des heiligen sant Leupolds — *f.* 213ʳ: und als man saget, so tůt der benant sãlig byschoff Ott vil zeichen. 1510.

Ottonis Chronicam in A 2*a ex A* 2 *descriptam inesse primus perspexit H. Simonsfeld, in 'Historische Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet', Hannover* 1886, *p.* 224[4]; *liber VIII. ex codice quodam classis C additus est,*

1) Stero *c.* 2) *In margine inferiore f.* 184ᵛ. *et f.* 185ʳ. *alia manu saec. XVI. scriptum est:* Anno M⁰CCCLXXXVIII. In vigilia conversionis s. Pauli *(Ian.* 24*)* castrum Peysennperg nobilis Wilhelmi de Seveld fuit circumvallatum a Weylheimensibus et quinta die sequenti datum fuit in manus dominorum ducum Bavarie. Et dominica die subsequenti *(perperam)* qua cantatur *Invocavit* comburebatur et in *(?ᵐ c.;* secundum *Oefele, Simonsfeld)* solum frangebatur et hoc fuit ipso die Iuliane virginis *(Febr.* 16*). Eadem edidit Oefele, SS. rerum Boicarum II (*1763*), p.* 344, *in Compilatione chronologica ex schedis Gewoldi descripta.* 3) *ita c.* 4) *Vide etiam ex. gr. in A* 2*a I,* 8: occiso viro Nino; *II,* 14: voluit miseriam; *III,* 11: XIIIIᵃ Sibilla; *IV,*

vide infra sub C 6. Annales SS. Udalrici et Afrae Augustenses descriptos esse puto ex codice membranaceo nunc deperdito, quem in catalogo librorum ipsius monasterii saec. XVII/XVIII. in codice Monacensi Latino nr. 4414 *(Aug. S. Ulr.* 114*) exstante f.* 21. *memoratum esse annotavit Ph. Jaffé SS. XVII, p.* 420. *et n.* 5; *uterque enim verba* licet indigni *(SS. XVII, p.* 434, *l.* 41, *cf. supra p. XXXIII, l.* 9*) omisit. Hunc codicem ipse Berolini examinavi et Ottonis librum octavum (= C 6) priorumque librorum partes contuli.*

A 2b) Fragmentum saec. XVI in. in codice Monacensi Lat. nr. 4351 *(Aug. S. Ulr.* 51*), chartaceo, saec. XV, qui Chronicam Urspergensem continet*[1]. *Memoratur in catalogo librorum monasterii SS. Udalrici et Afrae, cod. Monac. Lat. nr.* 4414. *saec. XVII/XVIII. f.* 21: Verba Ottonis Frisingensis episcopi de civitate Augusta ex l. 3 et de bello S. Udalrici contra Ungaros. Ms., *et apud P. Plac. Braun l. c. II, p.* 91. *In folio ultimo (*263*) manu saec. XVI. in., quam num recte Conradi Peutinger putaverit b. m. Abel, nescio, scripta sunt:* Verba Ottonis Frisingensis episcopi de civitate Augusta ex libro tercio *(minio).* Augustus per Claudium et Drusum — appellatum monstrant *(III,* 3. *p.* 139, *l.* 22 — 140, *l.* 18*).* Otto Frisingensis ibidem *(minio).* Anno ab incarnacione Domini DCCCCLV Hungarorum gens sevissima — mendicando transigant *(VI,* 20, *p.* 281, *l.* 13 — 284, *l.* 11*). Haec, quin ex A 2, quocum singulis locis ad litteram conveniunt:* et *p.* 139, *n.* n; Augustensem urbem *p.* 281, *n.* l; addicta *p.* 283, *n.* a. *descripta sint, non dubito. Ipse Berolini contuli.*

A 3) Codex Monacensis Lat. nr. 1003 *(Bav.* 3; *Scheftl.* 124*), membranaceus in fol. min., foliorum* 143, *saec. XII. posteriore iussu Heinrici prepositi (*1164 — † 3. *Iul.* 1200*)*[2] *a Fritilone canonico Scheftlariensi scriptus*[3]. *Libro octavo absoluto sequuntur f.* 140^{v}. *versus:*

20: decidere suasit *(omisso* cepit*); IV,* 21: nobilitatis dictos, *et infra p.* 47, *n.* a; 83, *n.* o; 147, *n.* c; 210, *n.* x. y; 211, *n.* o.

1) *Cf. O. Abel, 'Archiv' XI, p.* 77 *sqq.; SS. XXIII, p.* 333. *Catalogus codicum manu scriptorum bibl. regiae Monacensis, ed. alt., III,* 2 *(*1894*). p.* 177. 2) *Catal. praepos. Scheftlar., SS. XVII, p.* 348; *P. P. Lindner, Monasticon Metropolis Salzburgensis antiquae (*1907*), p.* 215. 3) *Cf. Catalogus codicum mss. bibl. reg. Monac., ed. alt. III,* 1 *(*1892*), p.* 220. *Scripturae specimen habes SS. XX, tab.* 2, *ad p.* 50. *Catalogus pontificum et imperatorum non in columnis respondentibus, sed pontificibus et imperatoribus alternatim positis scriptus est.*

Hac ex scriptura, lector, si sit tibi cura,
Presulis Ottonis perpendito vim racionis.
Hic in lege studens Domini, vir ad omnia prudens,
Ingenio clarus cor habebat ad ocia rarus;
5 Se moderans eque discebat nocte dieque,
Hic non paucorum penetrans secreta librorum
Plene profecit, se vivo pane refecit,
Magnus progenie, maior virtute sophie.
Hic tantus talis vir sanguinis imperialis,
10 Presul prefatus a cesare sepe rogatus
Hoc opus aptavit, cronicas quod iure vocavit,
Nomina nam regum notat et moderamina legum.
Scriptoris nomen Fritilo, sit muneris omen
Ipse Dei natus, cum quo sit et ipse beatus,
15 Sit pater Heinricus, vir religionis amicus,
Celorum cives[1] factus de paupere dives,
Sintque sui secum, quod Christus iudicet equm[1],
Ad regnum celi qui tendunt corde fideli.

Sequitur ex Honorii Augustudunensis libri De imagine mundi editione tertia[2], *f.* 141[r]: [H]ii sacerdotes prefuerunt populo Dei sub lege usque ad Christum. Aaron *etc.* Iulius Cesar occiditur, primus monarchos — *f.* 142[v]: Conradus dehinc secundum ait[3] annum, indictione II. Reliquum sexte etatis Deo soli patet. De Romanis pontificibus[4]. Petrus apostolus annis XXV, menses II, dies III. — *f.* 143[v]: Eugenius[4]. *Sequitur manu alia,*

1) *Ita c.* 2) *Migne, Patrol. Lat. CLXXII, col.* 179 *sqq.; cf. R. Wilmans, SS. X, p.* 127. 133, *n.* t. 3) *I. e.* agit. 4) *Haec in editione Honorii non habentur. Sequuntur in A* 3: [R]ogo autem te, lector, si tamen pre (pro *A* 3*) domina invidia audeas (audias *Honor.*), ne huius opusculi laborem vilipendas. Ego quippe (quippe *om. A* 3*) vigilavi, ut tu dormias (dormires *A* 3*), ego laboravi, ut tu quiescas. Tuus solummodo labor erit, ut perlegendo intelligentia replearis et scientia preditus clarus ab omnibus habearis. Si autem, quod magis spero, tabido corde et nebulosa facie his flosculis (floculis *A* 3*) ornate comptis (c̄tis *A* 3; c̄te *A* 3*; contextis *Honor., Pithoeus, Urst., Wilmans)* lividum dentem inprimis ac rosigerum sertum candulis *(sic A* 3. 3*; candidulis *Honor.)* liliis conexum venenata lingua carpis, invidia quidem te ut proprium servum caligini ignorancie involvit, me autem benivolencia per lumen ad gloriam et honore[m] (et hon. *om. A* 3*) perducet. Explicit forma. *Quem epilogum primus vulgavit P. Pithoeus a.* 1569. *in fine editionis suae ex A* 3*$a^{4\beta}$, *libro octavo subiunxit Urstisius, ab Ottone alienum recte cognovit b. m. Wilmans, SS. XX, p.* 103: *nam verba sunt Honorii Augustudunensis ex initio libri de luminaribus ecclesiae, Migne, Patrol. Lat. CLXXII, col.* 197, *desumpta, quae etiam, ut hic in A* 3, *ita in codice E* 19. *seminarii presbyteralis Brixinensis*

coaeva: Liber iste pertinet ad monasterium sancti ac preciosi martyris Dyonisii, quod dicitur Sceftelaren, quem scripsit eiusdem loci canonicus nomine Fritilo obtentu et iussione patris ac magistri Heinrici prepositi, *postque pauca erasa sunt.*

Pauca in textu Chronicae alia vel aliis manibus scripta esse videntur, quorum nihil nisi id quod sequitur commemoratione dignum est. Nam f. 95^{v}. *inde a versu* 23. *usque ad finem (v.* 35*) verba:* eterno anathemati — appellatus est *(VI,* 20, *p.* 282, *l.* 9 — 284, *l.* 14*) alia manu in loco raso scripta sunt, id est erasis quibusdam genuinus Ottonis textus integer restitutus est; cf. infra p. XXXVIII. Hunc codicem in Ottonis textu constituendo pretii vel minimi ipse Berolini contuli.*

Ex A 3 *ea desumpta esse videntur, quae sub signo* Sc = *Sc[eftelariensis] in exemplari editionis Cuspinianeae olim a K. H. de Lang possesso adnotantur, et complura, quibus saec. XV. exeunte Vitus Arnpeck vel alius aliquis codicem A* 3$^{*}a^{4\beta}$ *emendare conatus est.*

Ex A 3 *maiore ex parte descriptus est A* 3*.

A 3**) Codex Monacensis Lat. nr.* 1001 *(Bav.* 1; *Weihensteph.* 61*), membranaceus in fol., saec. XII. ex., foliorum* 154, *duabus vel pluribus manibus scriptus*[1].

Codicem A 3* *monasterii Weihenstephanensis esse, non semel monachi compluribus antiquis manibus testati sunt*[2]. *In tegumenti anterioris parte interiore legitur:* Weyhensteuen attineo, *et:* O si Cronica Iordanis a nobis dudum mutuata talia manifesta signa habuisset hic et infra, forte restituta fuisset nobis, modo perdita est[3]; *in tegumenti*

Honorii libro de imagine mundi subiuncta et alibi per se scripta inveniri dicit I. A. Endres, 'Honorius Augustodunensis', Kempten et München 1906, *p.* 69, *n.* 4.

1) *Cf. Kiefhaber, 'Archiv' IV, p.* 511—515; *Catalogus cod. mss. bibl. reg. Monac, ed. alt., III,* 1, *p.* 220. *Parum diligenter b. m. Wilmans, 'Archiv' XI, p.* 47 *sqq., de hoc codice egit, qui id unum recte perspexit A* 3* *nullo modo ab ipso auctore Rapotoni abbati S. Stephani, id quod Christ. baro ab Aretin, 'Beyträge zur Geschichte u. Literatur' IV. München* 1805, *p.* 180, *putavit, quem secuti sunt Hohenecicher, 'Archiv' I, p.* 169 *f., Huber, 'Otto v. Freising' p.* 64, *Wiedemann, 'Otto v. Freysingen' p.* 112. 158, *dono datum esse posse.* 2) *In scedula membranacea tegumento anteriori allita legitur:* Cronica Ottonis episcopi. *et litteris cursivis additum:* Frisingen[sis]. 3) *In catalogo librorum Weihenstephanensi saec. XII. (cod. Monac. Lat. nr.* 21521*) nominatur:* Chronica Iordanis, *qui codex deperditus esse videtur; cf. Th. Mommsen, MG. Auct. antiquiss. V, p. LXX.*

posterioris parte interiore: Weyhensteuen attineo, *et:* Conventus cenobii Weyhensteuen possessores mei sunt; *in ultima pagina (f.* 154ᵛ*):* Attineo monasterio Weyhensteuen, *et:* Weyhensteuen, *et:* possessores mei sunt fratres cenobii Weyhensteuen.

F. 1ʳ: Incipiunt cronicę[1] Ottonis episcopi *(minio, cf. A* 3, *infra p.* 1, *n.* a*).* Domino suo Friderico *etc.* — *f.* 30ʳ: Unde hee due *(II,* 15, *p.* 84, *l.* 1*), in margine minio:* verte tria folia; *sequitur eadem manu:* Epistola Iohannis presbiteri[2], qui est rex regum et dominus dominantium (ȡ *c.*) *(minio).* Presbiter Iohannes potentia et virtute Dei — *f.* 32ᵛ, *l.* 12: habebit palatium illud a Deo *(§* 78*)*[3]*; reliqui* 20 *versus f.* 32ᵛ. *vacant, quaternione finem habente. F.* 33ʳ, *incipiente quaternione quinto alia manu alioque atramento:* castissime Iudith et Lucrecia *(II,* 15, *p.* 84, *l.* 2*)* — *f.* 72ᵛ: Epyphanius respondit *(IV,* 19, *p.* 209, *l.* 6*), quaternione nono finito. F.* 73ʳ, *incipiente quaternione decimo, priore rursum manu:* se nec cum eo manere *(IV,* 18, *p.* 209, *l.* 6 — 7*) etc. Libro octavo absoluto sequuntur, ut in A* 3, *f.* 150ᵛ. *versus* 12: Hac ex scriptura — moderamina legum, *f.* 151ʳ. *incipiente ex Honorii Augustudinensis De imagine mundi editione tertia cum epilogo, f.* 153ᵛ: Rogo — perducet, *omnia eadem manu. F.* 153ᵛ.— *f.* 154ʳ. *manu saec. XIV: Continuatio S. Stephani, quam vide infra p.* 460—463. *Catalogum imperatorum, ut in A* 3 *non in columnis respondentibus, sed pontificibus et imperatoribus alternatim positis scriptum, manibus saec. XIII. continuatum usque ad* Karolus[4] *vide p.* 386, *l.* 4 *sq. Marginibus multa variis variorum temporum manibus adscripta sunt, quorum pauca, quae alicuius momenti esse videbantur, enotavimus. Ea quae priore manu*[5] *satis neglegenter scripta sunt, qua-*

1) ę *erasum.* 2) *Quam edidit F. Zarncke in 'Abhandlungen der Königl. Sächs. Ges. der Wissensch.', XVII, 'Phil.-hist. Cl.' VII (*1879*), hoc codice non adhibito, qui tamen bonas lectiones praebet, ex. gr.* § 6: Pegma, sexarcham. *Initium quamvis cum recensione interpolata A a Zarncke signata maxime conveniat, tamen A* 3* *recensioni interpolatae B, in cuius quibusdam codicibus idem invenitur, ascribendus est.* 3) *In iisdem verbis desinit cod. Monac. Lat. nr.* 5251 *(Chiems. canon.* 1*), saec. XII/XIII. (= B* 6 *apud Zarncke p.* 885*), quem cum A* 3* *aliqua necessitudine coniunctum esse nonnullis locis patet.* 4) *Karolus I, comes Andegavensis, rex Siciliae?* 5) *vel compluribus manibus persimilibus, in quibus discernendis vel valde laboranti certum vix iudicium liceat, sed cf. infra p. XXXVIII. Specimen scripturae dedit b. m. Wilmans SS. XX, tab.* 2, *nr.* 3.

terniones scilicet I—IV, X—XIX[1], *quin ex A* 3 *descripta sint, iure dubitari nequit*[2]. *Sed ea quae manu omnino alia alioque atramento, et accurate quidem et in universum diligenter, scripta esse diximus, quaterniones scilicet V—IX, non ad A* 3, *sed ad eius archetypum redire aeque patet, cum nec lacunae nec mendae, quibus A* 3 *peculiaribus laborat, hic, paucissimis exceptis locis, quos casui facile tribuas*[3], *occurrant*[4].

Hunc codicem ipse Berolini contuli, ad textum Ottonis genuinum restituendum fere inutilem, sed ad historiam, ut ita dicam, textus cognoscendam gravissimum, quippe qui f. 100[v]. *additamentum Wittelsbachicum primus exhibeat (VI,* 20, *p.* 282, *n.* **), *et ita quidem, ut ibi locos rasos et manum quibusdam locis aliam*[5] *deprehendas, quae omnia in varia lectione p.* 282 *sq. plenius enotavimus. Interpolatorem ipsum hic in ipso opere deprehendisse mihi videor, qui fortasse etiam in A* 3, *unde cetera, quae praecedunt quaeque subsequuntur, descripta sunt, simile quid temptavit, quae ut codice A* 3 *possessoribus reddito rursum delerent, canonicos Scheftlarienses toto loco eraso genuinum Ottonis textum integrum alia manu restituisse putaverim, ita ut ex uno A* 3*

1) *XIX. decem foliis constat.* 2) *Ex. gr. p.* 5, *l.* 11—13: (imperi)alibus — parentes *om. A* 3*, *quae spatium unius versus tenent in A* 3; *I,* 26, *p.* 59, *l.* 7, *n.* e: v̊ mulieres *A* 3*, v̊ *alio atram. supra lin. A* 3; *II,* 14, *p.* 83, *l.* 5, *n.* b: vel cuius vel saxeum *Otto, secundum* vel *erasum A* 3, *om. A* 3*; *V,* 4, *p.* 235, *l.* 24—25, *n.* x: primo heremita, post abbas clarus habebatur *Otto,* primo hab. her. post abbas clarus, hab. *in margine suppl. A* 3, primo hab. her. post abbas clarus *A* 3*; *V,* 30, *p.* 255, *l.* 20, *n.* o: DCC°XC°VIIII° *Otto,* DCC°XX°VIIII° *mut.* DCC°LXX°VIIII° *A* 3, *et ita A* 3*; *V,* 32, *p.* 257, *l.* 22, *n.* h: in *erasum A* 3, *om. A* 3*; *VI,* 2, *p.* 262, *l.* 31, *n.* q: LXX^{us}III^{us} *Otto, mut.* LXX°II° *A* 3, *et ita A* 3*; *VII, prol., p.* 309, *l.* 3, *n.* b: gladio *supra lin. add. A* 3, *in textu A* 3*. 3) *Ex. gr. p.* 101, *n.* a; *p.* 117, *n.* m; *p.* 183, *n.* p; *p.* 203, *n.* g. 4) *Cf. ex. gr. p.* 85, *n.* l; *p.* 91, *n.* o; *p.* 97, *n.* x; *p.* 98, *n.* g; *p.* 99, *n.* m; *p.* 100, *n.* c; *p.* 113, *n.* b; *p.* 121, *n.* n; *p.* 122, *n.* n; *p.* 132, *n.* d. i. w; *p.* 134, *n.* d; *p.* 136, *n.* a; *p.* 141, *n.* a; *p.* 144, *n.* b. o; *p.* 152, *n.* i; *p.* 155, *n.* x; *p.* 164, *n.* b. d. m; *p.* 168, *n.* i; *p.* 173, *n.* e. g; *p.* 175, *n.* g; *p.* 179, *n.* n; *p.* 191, *n.* r; *p.* 193, *n.* b; *p.* 195, *n.* v; *p.* 196, *n.* i; *p.* 202, *n.* d; *p.* 204, *n.* m. 5) *Quae etiam f.* 78[r·v] *(IV,* 31, *p.* 223, *l.* 17—33: nemo — rotatus*), f.* 86[r] *(V,* 11, *p.* 243, *l.* 32—42: Dagoberto — rediit*), f.* 92[v] *(VI, prol., p.* 261, *l.* 16—28: Beatus — poterit*), f.* 118[v] *(VII,* 21, *p.* 342, *l.* 6 — *p.* 343, *l.* 4: Proinde — tradiderant*), et fortasse etiam f.* 3[r] *(p.* 6, *l.* 12—17: a sapiente — potest*), f.* 30[v] *(Epist. Ioh. presb. §* 3—7: et de nostris — habundantia nostra*), f.* 81[r] *(V,* 2, *p.* 231, *l.* 27: normam — *V,* 3, *p.* 232, *l.* 13: senatorem nobi[lissimum]*), f.* 102[r] *(VI,* 24, *p.* 287, *l.* 24 — *p.* 288, *l.* 17: celebrataque — ad Dominum*), occurrere videtur.*

codice, id est ex uno S. Stephani monasterio additamentum ad hominum pervenisse notitiam facile pateat.

Ex A 3 descripti vel derivati sunt A 3*a*[1], *A 3*a*[2], *A 3*a*[3], *A 3*a*[4α], *A 3*a*[4β], *A 3*a*[4γ], *A 3*a*[5], *A 3*b*[1], *A 3*b*[2], *de quibus infra p. XL sqq. plura dicuntur.*

A 4) Codex Admuntensis nr. 164 *(*16*), membranaceus in fol., saec. XII, foliorum* 126*, quem ita optime descripsit b. m. Wilmans, SS. XX, p.* 103 *sq.*[1]*: 'pulcherrime scriptus et litteris initialibus miniatis atque illuminatis ornatus, textum minime purum, sed a librario usquequaque aut decurtatum aut depravatum exhibet, ita ut haud magnum fructum inde percipere liceret. Hunc codicem saepissime ab Admuntensibus lectum et relectum fuisse probant notae posteriores margini adscriptae et additamenta', quae, omissis nonnullis prorsus inutilibus, in unum collecta et ad fontes, unde hausta sint, redacta infra p.* 463—469. *edidi*[2]. *In tegumento anteriore manu recentiore scriptum est:* Cronica Ottonis Frisingensis episcopi. *F.* 1[r]: Domino suo Friderico *(p.* 1*, l.* 1*) etc. F.* 100[r]. *capitulo* 34. *libri VII. post* sustentaretur *complura ex Ottonis Gestorum Friderici libro I. subiuncta sunt, quae infra p.* 369*, n.* * *enotavimus. F.* 106[v]: *Catalogus pontificum et imperatorum ex alio catalogo correctus vel interpolatus, pontificum eadem manu usque ad Alexandrum III. et item eadem fortasse usque ad Lucium III. papam, imperatorum manu saec. XIII. ex. vel XIV. usque ad Fridericum II. et Heinricum VII. productus est; cf. infra p.* 386. *F.* 126[r.v]. *alia manu fortasse paululo recentiore habes:* Fridericus Dei gratia Romanorum imperator — super caput nostrum effudit, *id est imperatoris epistolae Ottonis Gestis Friderici praepositae partem priorem usque ad p.* 3*, l.* 13. *ed. Waitz (p.* 4*, l.* 1. *ed. de Simson), ex codice aliquo recensionis B desumptam*[3]. *Scripturae specimen dedit Wilmans, SS. XX, tab.* 3. *ad p.* 89*, nr.* 6. *Hunc codicem ipse Berolini contuli.*

1) *Cf. etiam 'Archiv' XI, p.* 30; *W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 635. — *In catalogo librorum Admuntensium a.* 1370*, quem e codice nr.* 589. *edidit P. J. Wichner, 'Beihefte zum Centralblatt für Bibliothekswesen' I,* 4 *(*1889*), p.* 14*, inter 'libros Hystoriographorum' penultimo (*15.*) loco ponitur:* Item Cronica. Ottonis Frisingensis. Incipit. Domino suo. 2) *Quibus adde: p.* 175*, l.* 18 *(pro* ex pago*):* ex quo- *in textu, et* -dam oppido *in margine A* 4. 3) *F.* 126[v]. *in parte infima, manu saec. XIV.* 10 *versus nullius momenti:* Istos etherifer — animat alma polos. Amen.

Sequuntur codices additamentum Wittelsbachicum exhibentes, ex A 3 descripti vel profecti, quorum nullus, ipso A 3* excepto, saeculo XV. antiquior est.*

*A 3*a*[1]) *Codex Monacensis Lat. nr.* 1207 *(Bav.* 207, *Tegerns.* 198*), chartaceus in fol., a.* 1479. *scriptus; cf. Catal. cod. mss. bibl. reg. Monac., ed. alt., III,* 1, *p.* 239. *In tegumenti anterioris parte interiore manu fere coaeva scriptum est:* Iste liber attinet Tegernsee monasterio. *Sequitur indiculus eorum, quae libro continentur.*

Ottonis Cronica alia manu ac praecedens Bedae Historia Anglorum scripta est, incipiens f. 113[r], *minio:* Incipit Cronica domni Ottonis magni episcopi Frisingensis. Prologus *(nigro atramento superscr.:* Epistola*)* eiusdem ad domnum Fridericum primum imperatorem, *et nigro atramento:* Domino suo Friderico triumphatori Romanorum imperatori *etc. Libro octavo absoluto alia manu sequuntur f.* 230[v]. *versus:* Hac ex scriptura *etc., ut in A 3*, tum ex Honorii Augustudunensis De imagine mundi editione tertia, in parte posteriore iis, quae in A 3* leguntur, pleniora, cum epilogo:* Rogo — perducet. Explicit forma, *et minio:* 1479 [1]; *tum f.* 237[r.v]. *epistolae Friderici I. imperatoris Ottonis Gestis Friderici praepositae initium:* Fridericus *(minio superscr.* primus*)* Dei gratia Romanorum imperator — de manu nostra suscepit etc. *(p.* 1, *l.* 25. *ed. Waitz, l.* 26. *ed. de Simson), in iisdem verbis, in quibus et codex Monac. Lat. nr.* 19411 *(Tegerns.* 1411, *olim E* 33*) saec. XII. (= B*), finem habens, et minio:* 1479. *F.* 248[v]. *absoluta Bulla Aurea anni* 1356. *sequitur* Explicit 1479. *F.* 249[v]. *ultimo, genealogia Habsburgorum a Rudolfo I. rege usque ad Philippum (Pulchrum, a.* 1478. *Iul.* 22. *natum) Teutonice scripta et stirps gentis Babenbergensis a 'N. duce Suevie', patre Adalberti primi marchionis Orientalis et Ernusti ducis Sueviae usque ad Ottonem episcopum Frisingensem.*

Catalogus pontificum et imperatorum post Ottonis librum paulo ampliatus et mutatus, neque ut in A 3 in columnis continuis, sed respondentibus scriptus, cum non ultra Adrianum IV. et Fridericum I. productus sit, A 3*a*[1] *fortasse, ut item A 3*a*[2], *non ex ipso A 3*, sed ex eius apographo saec. XIII. priore confecto descriptus, sed A 3*a*[1] *ad ipsum A 3* vel accuratius eius exemplum coaeva manu correctus est. Interdum manu saec. XVI. notae marginales*

1) *Idem annus* 1479. *etiam f.* 147[r]. *post* Explicit liber 2[o], *et f.* 198[r]. *post* Expl. liber VI[tus] *adscriptus est.*

adspersae sunt, quas neglexímus. Hunc codicem ipse Berolini examinavi et ex parte contuli[1].

*A 3*a*[2]*) Codex Monacensis Lat. nr.* 1208 *(Bav.* 208*), olim Wessobrunnensis, chartaceus in fol., foliorum* 150, *a.* 1487.[2] *compluribus manibus neglegenter scriptus. Numeri capitulorum plerumque omissi sunt. Libro octavo absoluto sequuntur, ut in A 3*, versus:* Hac ex scriptura *etc., ex Honorii Augustudunensis De imagine mundi editione tertia cum epilogo:* [R]ogo — perducet. Amen, *et:* 1487. *Catalogus imperatorum et pontificum post Ottonis librum VII, cum non ultra Adrianum IV. et Fridericum I. productus sit, A 3*a*[2] *fortasse, ut A 3*a*[1]*, non ex ipso A 3*, sed ex eius apographo saec. XIII. priore confecto descriptus est. Hunc codicem ipse Berolini examinavi et ex parte contuli*[3].

*A 3*a*[3]*) Codex Monacensis Lat. nr.* 1002 *(Bav.* 2, *Frising.* 177*), membranaceus in fol., foliorum* 83, *saec. XV. poster. (intra annos, ut videtur,* 1453. *et* 1473*) ornatissime scriptus*[4]. *F.* 1[r]: Incipit liber Cronicarum editus a venerabili Ottone Fris(ingensis) ecclesie episcopo *(minio).* Domino suo Friderico *etc. Capitulorum conspectus non in unum collectus est, sed sua quemque librum capitula praecedunt, aut ante*[5] *aut post*[6] *prologos collocata.*

Libro octavo absoluto f. 80[v]. *sequuntur, inverso ordine quam in A 3*, ex Honorii Augustudunensis De imagine mundi editione tertia, nonnullis mutatis vel suppletis, cum epilogo:* Rogo — perducet. Amen, *et versus:* Hac ex scriptura — moderamina legum *(f.* 82[r]*). F.* 82[v]: De prosapia Ottonis episcopi *(minio).* Fuit in partibus Austrie marchio quidam famosus, vir quidem nobilis et illustris, nomine Liupoldus — Hec de Liupoldo marchione et Ottone Frisingensis ecclesie episcopo scripta sufficiant, *hausta ex Continuatione Claustroneob. I, SS. IX, p.* 610,

1) *Ex A 3*a*[1] *id desumptum esse videtur, quod sub signo* M. S. Tegernseen *in exemplari editionis Cuspinianeae olim a K. H. de Lang possesso ad VI,* 20. *adnotatur.* 2) *Perperam* 1485. *SS. XX, p.* 114. *Cf. Catal. cod. mss. bibl. reg. Monac., ed. alt., III,* 1, *p.* 239; *H. Simonsfeld in 'Histor. Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet'* (1886) *p.* 223. — *III, prol. (p.* 129, *l.* 23*) littera* S *vocis* Sponsionis *atramento subnigro forma maiore scripta est et in ea:* Von scheirn dy illuministen. 3) *A 3*a*[2] Copia Wessesprunnensis *esse videtur, quae in exemplari editionis Cuspinianeae olim a K. H. de Lang possesso ad VI,* 20. *allegatur.* 4) *Cf. Catal. cod. mss. bibl. reg. Monac., ed. alt., III,* 1, *p.* 220. 5) *Ita l. III, IV, V, VII.* 6) *Ita l. I, II, VI, VIII.*

addito post liberalibus studiis sufficienter eruditus *(cf. SS. IX, p.* 610, *l.* 20*)*: ut in presenti opusculo et in aliis scriptis suis patet, *et loco SS. IX, p.* 610, *l.* 30—611, *l.* 1 *sqq. in eum, quem Wilmans, 'Archiv' XI, p.* 58. *enotavit, modum corrupto; cf. infra A* 3*$a^{4\beta}$. *F.* 82^{v}. *incipit series episcoporum Frisingensium (edita SS. XXIV, p.* 317 *sq); cf. A* 3*$a^{4\beta}$. *Versus de episcopis Frisingensibus cum in Friderico de Montalban (a.* 1279. *Apr.* 18 — † 1282. *Dec.* 8*) desinant*[1], *et catalogus pontificum et imperatorum post Ottonis librum VII. cum eadem manu usque ad Fridericum II, omissis iis, quae A* 3* *alia manu addita exhibet, productus sit, A* 3*a^{3} *non ex ipso A* 3*, *sed ex apographo eius saec. XIII. posteriore, non post a.* 1282, *confecto descriptus esse videtur. Hunc codicem ipse Berolini examinavi et ex parte contuli*[2].

Ex A 3*a^{3} *descriptus est*[3] *A* 3*$a^{3\alpha}$.

A 3*$a^{3\alpha}$) *Codex Stuttgartensis bibliothecae regiae nr.* 101, *chartaceus in fol., foliorum* 131, *saec. XV. ex. vel XVI. in., de quo cf. W. von Heyd, 'Die historischen Handschriften der Königl. öffentl. Bibliothek zu Stuttgart', Stuttg.* 1889—90, *p.* 40 *sq.*[4]. *Quem codicem ipse Berolini examinavi.*

A 3*$a^{4\alpha}$) *Codex Giessensis nr.* 176 *(Senkenbergianus nr.* 42*), chartaceus in fol., saec. XV, de quo cf. I. V. Adrian, Catalogus codicum mss. bibl. acad. Gissensis, Francof. ad M.* 1840, *p.* 60 *sq.; F. Guil. Otto, Commentarii critici in codices bibl. acad. Gissensis, Gissae* 1842, *p.* 40 *sq.; R. Wilmans, 'Archiv' XI, p.* 62 *sq. Folia non numerantur.*

Continet Ottonis Chronicam subsequentibus versibus: Hac ex scriptura — moderamina legum, *et ex Honorii Augustudunensis De imagine mundi editione tertia cum epilogo:* Rogo — perducet. Explicit forma, *Ottonis et Rahewini Gesta Friderici (= A* 1, *ed. Waitz p. XXVII; A**1, *ed. de Simson), in quorum fine legitur:* Finis Cronic(orum).

1) *Nomina episcoporum usque ad Iohannem (IV. Tulbeck, a.* 1453. —1473*) adnotantur.* 2) *A* 3*a^{3} *idem codex esse videtur, ex quo exemplari editionis Cuspinianeae olim a K. H. de Lang possesso pauca sub signo* ♃, *Fr[isingensis], adscripta sunt, quique ibidem ad VI,* 20. Copia Frisigensis *nominatur.* 3) *Nam in Honorii De imag. mundi libello Bonifacius IV, Deusdedit, Bonifacius V. pontifices in A* 3* *omissi, in A* 3*a^{3} *alia manu suppleti, in A* 3*$a^{3\alpha}$ *in textu inveniuntur. Chronica Ottonis absoluta eadem, quae in A* 3*a^{3}, *sequuntur.* 4) *F.* 1: Chronica Ottonis episcopi Frisingensis; *f.* 2^{r}: Sum Petri Venetscheri, *cuius manu f.* 1. *nonnulla ex Trithemio de Ottone adscripta sunt.*

Sequitur Constitutio de expeditione Romana[1], *subsequente notitia:* Dedic monasterii in Aquis CCC^{ti} episcopi interfuerunt; *tum genealogiae principum Ascaniorum et Zolrensium*[2] *et Annales Bawarici a.* 1100 — 1322 *(perperam* M^{0}CCC^{0}XVI.*), quos G. Waitz 'Burghausenses' dixit*[3], *cum subscriptione:* Anno Domini etc. LXX. per Erasmum Sayn de Frisinga[4]; *deinde manu omnino diversa et in* 5 *foliis peculiaribus tractatus* De progenie soldanorum; *postremo manu ea, quae Ottonis Chronicam ex parte cor-* 10 *rexit et notas quasdam marginales adiecit*[5], *conspectus capitulorum omnium Chronicae librorum antea suo loco omissus. Catalogus pontificum et imperatorum eadem manu usque ad Adrianum IV. et Karolum (I. regem Siciliae) productus est, unde A* 3*$a^{4\alpha}$ *vel potius eius archetypum non ante saec.* 15 *XIII. ex. ex A* 3* *descriptum esse patet.*

Diversis manibus[6] *notae marginales nullius momenti adiectae sunt*[7]. *A* 3*$a^{4\alpha}$ *eundem codicem esse, qui olim inter libros Raimundi Kraft de Dellmensingen, consulis Ulmensis servabatur, ea quae I. G. Schelhorn, Amoenitates Literariae* 20 *III (*1725*), p.* 36 *sqq., de codice Kraftiano exposuit, probant. Cuius codicis collatione Ulmae facta usus est a.* 1728. *G. Chr. Ioannis in paranda nova Historicorum Germaniae illustrium Urstisii editione, quae nunquam typis expressa exstat in codice Monacensi Lat. nr.* 709 *(et* 710*), quem ipse* 25 *Berolini evolvi. Bibliotheca Kraftiana c. a.* 1739. *publice venumdata*[8] *codex A* 3*$a^{4\alpha}$ *ad Henr. Chr. de Senkenberg (†* 1768*) devenit, cuius filius R. C. de Senkenberg a.* 1802. *libros suos bibliothecae universitatis Giessensis legavit. Hunc codicem ipse Berolini examinavi et ex parte contuli.*

30 *Ex A* 3*$a^{4\alpha}$ *descriptus quidem codex bibliothecae principis de Thurn et Taxis Ratisponensis nr.* 182, *olim Neresheimensis, chartaceus saec. XVI. inc.*[9], *sed perperam SS. XX,*

1) *MG. Constit. I, p.* 661, *nr.* 447. 2) *MG. SS. XXIV, p.* 77 *sq.* 3) *MG. SS. XXIV, p.* 61 *sq.* 4) *Unde num totum co-* 35 *dicem a.* 1470 *(potius quam* 1370*) scriptum esse elici possit, nescio.* 5) *Ex. gr. ad VI,* 20 *(p.* 282, *l.* 4*):* Comit. de Schwrn gesta et quomodo ex sobole eadem moderni nostri principes processerint statim folio verso reperies; *V,* 14 *in.:* Iuxta registrum hic est defectus in uno capitulo. 6) *Inter quas num Viti Arnpeck manus deprehendatur,* 40 *viris doctis Monacensibus inquirendum relinquam oportet. Cf. infra de A* 3*$a^{4\beta}$ *et A* 3*$a^{4\gamma\gamma}$. 7) *Ex. gr. ad I,* 28 *(p.* 62, *l.* 23*):* Item quidam miser dixit: Si foret hic codrus, essem nunc codrior illo, idest infelicior. 8) *Ita Veesenmeyer, bibliothecarius Ulmensis, vide Waitz, Gesta Friderici p. XXVII.* 9) *Ottonis Gesta Friderici ed. Waitz p. XXVII* 45 *(A* 1*a); ed. de Simson: A**1*a*.

p. 114. *allatus est, cum, testante V. Cl. Rübsam*[1], *serenissimi principis de Thurn et Taxis archivi et bibliothecae praefecto, omissa Chronica nihil nisi Ottonis et Rahewini Gesta Friderici et alia quaedam contineat.*

A 3*$a^{4\beta}$) *Codex Guelferbytanus Helmstadensis nr.* 205, *chartaceus in fol., saec. XV, non ante a.* 1473. *scriptus*[2], *olim Viti Arnpeck, canonici Frisingensis et parochi Landshutensis, rerum Bavaricarum scriptoris († post a.* 1495*)*[3], *fuit, quem totum codicem, excepta* Hystoria Friderici, *scripsisse nec nego neque affirmo, quippe qui facultatem conferendi codicis cum aliis ab eodem viro docto scriptis non habuerim; postea ad M. Flacium Illyricum († a.* 1575*) devenit, qui eum P. Pithoeo utendum misit, qui in editionis suae fine de eo retulit et ex eo epilogum:* Rogo — perducat*(!)*. Explicit forma, *libellum De prosapia Ottonis:* Fuit — sufficiant, *lectionem genuinam* Berengarium *(V, prol., p.* 237, *l.* 23*), additamentum Wittelsbachicum (VI,* 20*) primus publici iuris fecit. In fronte codicis superiore legitur:* Vitus Årnpekch, *in fronte inferiore:* Cronica Ottonis; *in margine superiore f.* 1^{r}. *manu Flacii:* Chronica Ottonis Frisingensis. *Libro octavo absoluto sequuntur f.* 98^{r}. *versus:* Hac ex scriptura — moderamina legum, *tum:* Rogo — perducat*(!)*. Explicit forma; *f.* 98^{v}: *ex Honorii Augustudunensis De imagine mundi editione tertia; f.* 102^{r}: De prosapia Ottonis episcopi Frisingensis. Fuit — sufficiant, *paucis ab A* 3*a^{3} *recedentibus; f.* 103^{r}—104^{v}: Epistola Iohannis presbiteri, qui est rex regum et dominus dominantium, *in iisdem verbis, in quibus A* 3*, *finiens, quocum etiam ex. gr. in locis supra p. XXXVII, n.* 2. *allatis convenit. F.* 107^{r}. *incipiunt Gesta Friderici sub titulo:* Cronica Ottonis Frisingensis episcopi eiusque abbreviatoris Ragewini *(=* A^{*}2 *in Gestis Friderici ed. de Simson, A* 2 *ed. Waitz). F.* 173^{r}—207^{v}. *alia manu:* Hystoria Friderici imperatoris huius nominis primi, ducis Suevorum, et parentele sue etc., *ex Chron. Urspergensi desumpta*[4]. *F.* 208^{v}, *novo quater-*

1) *Et ita iam Ph. Jaffé, qui codicem a.* 1858. *inspexit, SS. XX, p.* 114, *n.* 63. 2) *De quo cf. O. von Heinemann, 'Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel,* 1. *Abt. Die Helmstedter Handschriften' I, Wolfenbüttel* 1884, *p.* 185 *sq., nr.* 238. 3) *De quo cf. M. v. Deutinger in 'Beyträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbisthums München und Freysing' III (*1851*), p.* 468 *sqq.; G. Leidinger, 'Ueber die Schriften des Bayr. Chronisten Veit Arnpeck', München* 1893. *Cf. supra de A* 3*$a^{4\alpha}$, *p. XLIII, n.* 6, *et infra de A* 3*$a^{4\gamma\gamma}$, *p. XLVII.* 4) *Cf. O. Abel, 'Archiv' XI, p.* 82; *SS. XXIII, p.* 333.

nione coepto, 14 *versus de sancto Corbiniano:* Mittit hic presulem — a demone curat; *tum:* [C]unradus Dei gracia quam humilis huius ecclesie sacrista — antistite Ottone de Diezzen oriundo gubernante sedem istam feliciter. Amen. Sicut in exordio mundi etc ut in, *reliqua parte huius columnae vacante, quod est initium Gestorum episcoporum Frisingensium, SS. XXIV, p.* 318, *quae hic f.* 209 r. *incipiunt in versibus:* Per seriem talem *etc., usque ad Fridericum de Montalban, ut in A* 3*a3, *deductis*[1], *usque ad a.* 1473. *producta, eadem, qua Ottonis Chronica, manu exarata. Catalogus pontificum et imperatorum post Ottonis librum VII, in quo primo omnes imperatores, deinde omnes pontifices deinceps positi sunt, aliunde non paucis locis interpolatus, cum ultra Adrianum IV. et Fridericum I. productus non sit, nescio, an re vera A* 3*a4β *propter Gesta Friderici et libellum De prosapia Ottonis*[2] *non ex ipso A* 3*, *sed ex eodem, ex quo et A* 3*a4α *et A* 3*a4γ, *eius apographo descriptus iudicandus sit. Manu, quae scribae esse videtur, ab initio usque ad finem Chronicae ex aliis codicibus, inter quas A* 3 *fuisse videtur, plurima correcta sunt. Indidem, ex A* 3, *eadem manu ad VI,* 20. *in schedula margini inferiori f.* 66 r. *allita genuinus Ottonis textus:* partim heredibus eius cum castro Skirensi relicta eterno anathemati ab episcopis abdicata — Rex igitur Otto inde digrediens etc. *(p.* 282—284*) additus est*[3]. *Eadem vel aliis, quas certo discernere vix possis, manibus multae notae marginales adiectae sunt*[4]. *Nonnullae notae item iam in A* 3* *manu saec. XV. adscriptae sunt. Hunc codicem ipse Berolini examinavi.*

A 3*a4γ) Codex Sancti Pauli in valle Lavantina Karinthiae nr. XIX* $\frac{c}{74}$, *olim S. Blasii in Silva Nigra, chartaceus, fol. mai., foliorum* 187, *saec. XV., una eademque manu satis diligenter scriptus. In dorso tegumenti:* Ottonis Frisingensi *(!)* Chronicon. *F.* 1 r: Incipiunt cronice Ottonis episcopi *(minio).* Domino suo Friderico *etc. Libro octavo absoluto sequuntur f.* 102 r. *versus:* Hac ex scriptura — moderamina legum; *tum ex Honorii Augustudunensis De imagine mundi editione tertia, cum epilogo (fol.* 104 r*):* Ego

1) *Cf. SS. XXIV, p.* 315. 2) *Et epistólam Iohannis presbyteri, cf. infra de A* 3*a4γ. 3) *Cf. etiam infra de A* 3*a4γγ. 4) *Ex. gr. ad V,* 14 *in.:* Iuxta registrum est hic defectus in uno capitulo, sed in (?) nullo exemplari reperi aliter quam hic (quam hic *linea perducta deleta); cf. supra de A* 3*a4α, *p. XLIII, n.* 5.

autem te lector — perducet. Explicit forma. *F.* 104^{v}: Epistola Iohannis prespiteri, qui est rex regum et dominus dominancium incipit feliciter *(minio), in iisdem, in quibus A* 3*, *verbis finiens, quocum etiam in locis supra p. XXXVII, n.* 2. *allatis convenit, addito:* Deo gracias. Amen *(minio). F.* 107—109. *vacant. F.* 110^{r}—183^{r}. *sequuntur Ottonis et Rahewini Gesta Friderici secundum recensionem, quam G. Waitz A signavit*[1]*:* Prohemium sequentis operis incipit *(minio).* Fridericus Dei gratia Romanorum imperator *etc., f.* 113^{r}: Cronica Ottonis Frisingensis episcopi eiusque adbreviatoris Ragewini incipit *(minio).* Omnium qui ante nos *etc. F.* 183^{v}: *Karoli Magni Constitutio de expeditione Romana, MG. LL. Constitut. I, p.* 661, *nr.* 447. *F.* 185—187. *vacant. Quae cum ita sint catalogusque pontificum et imperatorum cum eadem manu usque ad Adrianum IV. et Karolum (I. Andegavensem, regem Siciliae) productus sit, A* 3*$a^{4\gamma}$ *magis ex apographo codicis A* 3* *eodem, ex quo A* 3*$a^{4\alpha}$ *et fortasse A* 3*$a^{4\beta}$ *pendere videntur, quam ex ipso A* 3* *descriptum esse putaverim. A* 3*$a^{4\gamma}$ *eundem esse codicem, qui a.* 1787. *Augustae Vindelicorum in bibliotheca Zapfiana exstitit, ex iis patet, quae enotavit G. W. Zapf, 'Merkwürdigkeiten der Zapfischen Bibliothek,* 1. *Band,* 1. *Stück', Augsburg* 1787, *p.* 1—5. *Antea etiam anno* 1783. *in bibliotheca collegii societatis Iesu Augustae servabatur*[2], *quo a.* 1715.[3] *cum bibliotheca Peutingeriana devenerat. Ipsum Konradum Peutinger possessorem huius codicis fuisse notae illius manu non paucae marginibus adscriptae testantur*[4]. *Anno* 1792. *codex A* 3*$a^{4\gamma}$ *ex bibliotheca Zapfiana iam ad Sanctum Blasium in Nigra Silva transisse videtur, ubi P. Aemil. Ussermann, Germaniae sacrae prodromus II (*1792*), p.* 452. *librum Chronicae*

1) *Codex ipse 'A' signatus in nova editione Gestorum Friderici, quam curavit B. de Simson. Cf. 'N. Archiv' XXXVI, p.* 683 *sq.* 2) *Cf. F. A. Veith, Historia vitae atque meritorum Conradi Peutingeri IC^{ti} Augustani. Augustae Vindelicorum* 1783, *p.* 55: Ottonis Frisingensis Chronica lib. VIII. et de gestis Friderici imperatoris lib. IV. — *Duos Ottonis codices inter libros Peutingerianos in collegio soc. Iesu August. servatos significat Chr. G. von Murr, 'Journal zur Kunstgeschichte und zur allgemeinen Litteratur' XIII, Nürnberg* 1784, *p.* 314: Chronica Ottonis Episcopi, *et p.* 315: Chronica Ottonis Frisingensis, *quem exscripsit Hirsching, 'Versuch einer Beschreibung sehenswürdiger Bibliotheken Teutschlands' II,* 1, *Erlangen* 1787, *p.* 91, *qui p.* 105. *codicem A* 3*$a^{4\gamma}$ *iterum inter libros Zapfianos enumerat. De altero codice Peutingeriano nihil constat.* 3) *'Allgemeine deutsche Biographie' XXV, p.* 567. 4) *Quas indicaverunt iam Veith p.* 82, *Zapf p.* 5.

manuscriptum commemorat, quoniam veterem Sancti Blasii codicem a. 1768. *flammis consumptum esse crediderim*[1]. *Quo monasterio a.* 1803. *sublato cum ipsis sancti loci monachis et magna thesaurorum parte a.* 1809. *ad Sanctum Paulum Karinthiae translatus est*[2].

Hunc codicem a V. Cl. M. Tangl indicatum ipse Berolini examinavi.

Ex A 3*$a^{4\gamma}$ *descriptus esse videtur A* 3*$a^{4\gamma\gamma}$.

A 3*$a^{4\gamma\gamma}$) *Codex* Monacensis *Lat. nr.* 7839 *(Inderstorf.* 439*), chartaceus in fol., foliorum* 143[3], *saec. XV. ex., in fine mutilus, ubi folium ultimum lacerum in verbis (VIII,* 17 *in., p.* 414, *l.* 19 *sq.):* Quid vero sibi vult, cum dicitur: Iudicium (sedit *om. A* 3*, *alia manu in margine supplet. A* 3*$a^{4\gamma\gamma}$), cum ad iudicium vel in iudicio sede(re), *finit: reliquam partem iam a.* 1840. *deperditam testatur notitia folio* 143^{r}. *adscripta. De scriba et primis codicis possessoribus notae marginales manu Viti Arnpeck scriptae referunt, f.* 67^{v}: Hunc librum scripsit Hainricus Mair bedellus iuratus spectabili et egregio utriusque iuris doctori Hainrico Baruther, post cuius obitum iure hereditario ad manus Hainrici Baruther canonici S. Andree *(Frisingensis)* nepotis sui pervenit. Qui dictum librum vendidit confratri suo Petro Kalbsor arcium liberalium magistro, canonico prefate ecclesie collegiate; *f.* 69^{r}: Vitus Arnpekch pro tempore plebanus ecclesie collegiate S. Andree montis Frisingensis hunc librum a venerabili viro magistro Kalbsor, canonico dicte ecclesie, parata pecunia comparavit Anno etc. XC primo; *f.* 70^{r}: Hunc librum Vitus Arnpekch primissarius altaris S. Iohannis baptiste siti in ecclesia parochiali S. Martini in Landshuet Frisingensis diocesis per donacionem inter vivos pro sui memoria donavit monasterio B. Virginis canonicorum regularium in Undenstorf, anno Domini 1491; *f.* 107^{v}: Ego Vitus Arnpekch presbiter do hunc librum monasterio in Undenstorf 1491. *Alia quoque multa Vitus Arnpeck marginibus adscripsit, qui textum Ottonis etiam, ut in A* 3*$a^{4\beta}$ *et iisdem saepe locis, aliunde emendare conatus est et f.* 109^{v}. *ad additamentum Wittelsbachicum VI,* 20. *ad-*

1) *In quo incendio certo alius codex membranaceus alium Ottonis Sanblasiani librum continens periit, M. Gerbert, Historia Nigrae Silvae II (*1788*), p.* 50. *et* 152. 2) *F. X. Kraus in 'Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins' XLIII ('N. F.' IV), p.* 46 *sqq.* 3) *Cf. Catal. cod. mss. bibl. reg. Monac. III,* 3 *(*1873*), p.* 203.

notavit: Hec non sunt verba Ottonis *(minio), et in margine inferiore genuina Ottonis verba ex A* 3 *desumpta adiecit, praemissis:* Secuntur verba Ottonis, *additis in fine:* Sequitur in Ottone *(minio):* Rex igitur Otto *(ad quae verba supra in textu item minio adscripsit:* Sequitur in Ottone*), et:* Hec de fundatore monasterii Und(erstorfensis)[1] *(minio). Catalogus pontificum et imperatorum, cui Vitus Arnpeck Anastasium papam II. ab Ottone et papas ab Eugenio I. usque ad Iohannem V. in A omissos (p.* 379, *n.** *et p.* 380, *n.* b*) inseruit, eadem manu usque ad Adrianum IV. et Karolum (I. Andegavensem, regem Siciliae) productus est. omissis Tiberio, Iustiniano II, Philippico, Anastasio II. imperatoribus, qui in A* 3*$a^{4\gamma}$ *per errorem una cum pontificibus immediate praecedentibus Benedicto, Nicolao, Adriano II, Iohanne (perperam bis positis) minio deleti sunt*[2]. *Hunc codicem ipse Berolini examinavi.*

A 3*a^5*) *Codex* R a u d n i c e n s i s *bibliothecae serenissimi principis de Lobkowitz*[3], *signatus VI Fb* 2, *chartaceus, in fol., saec. XV. neglegenter scriptus, paginarum* 588, *quas* 4 *folia non numerata praecedunt. Litterae initiales adhuc miniatorem exspectant, ita ut in toto codice ne minima quidem linea colorata inveniatur. Erat olim, teste tegumento, Bohuslawi Hassenstein de Lobkowitz († a.* 1510*)*[4], *cuius libri et manuscripti et impressi postea ad Georgium Popel de Lobkowitz iure hereditario devoluti, deinde eo proscripto saec. XVII. in. a Zdenkone Popel de Lobkowitz, summo regni Bohemiae cancellario, Pragam et demum circiter a.* 1670. *Raudnicium translati sunt. P.* 1: Cronica Othonis. Cronica Othonis episcopi. Cronica Othonis episcopi Frisingensis. *P.* 3:

1) *Ottone IV. comite palatino de Wittelsbach, a.* 1126; *cf. P. P. Lindner, Monasticon Metropolis Salzburgensis p.* 153. 2) *Cum A* 3*$a^{4\gamma\gamma}$ *eodem tegumento coniunctus est libellus impressus foliorum* 18 *(Hain* *15 032*):* Statuta innovata recepta et de novo edita in sinodo celebrata per reverendum in Cristo patrem et dominum Sixtum episcopum Frisingen Frisinge diebus Mercurii et Iovis post dominicam Misericordias Domini anno Domini milesimo quadringentesimo octogesimo. 3) *De qua cf. I. I. Dworzak in 'Serapeum' IV,* 1843, *p.* 1—11; *'Bohemia' XXII,* 1849, *p.* 252 | 254. 256; *M. Dvořák et B. Matějka, 'Kunsttopographie von Böhmen.* 27. *Band. Schloss Raudnitz', Prag* 1910, *p.* 293 *sqq.* 4) *'Catalogus bibliothecae Hasisteniae' inter a.* 1525. *et* 1552. *confectus, in B. Balbini Bohemia docta III, Pragae* 1780, *habet, p.* 223, *inter historiographos:* Otto Phrysingensis. *De Bohuslawo H. de L. cf. Iaroslav Vlček, 'Dějiny České Literatury' I, Prag* 1897, *p.* 298 *sqq. In his me adiuvit Dr. V. Chaloupecký, archivo et bibliothecae principum de Lobkowitz Raudnicii praefectus.*

[D]omio suo Friderico *etc. In libro secundo quiniones duo (p.* 65—84: mare necque navigio, *Epist. Ioh. presb.* § 31, — manens eternaliter, *II,* 25, *p.* 98, *l.* 28; *p.* 85—104: [S]uperiore libro promisisse, *II, prol., p.* 67, *l.* 19, — ad similitudinem omnis maris et nunquam est tranquilum hoc, *Epist. Ioh. presb.* § 31*) incuria bibliopegi inverso ordine positi sunt. Libro octavo absoluto sequuntur p.* 563. *versus:* Hac ex scriptura — moderamina legum; *p.* 564—578. *ex Honorii Augustudunensis De imagine mundi editione tertia cum epilogo:* Rogo igitur te lector — perducet. Explicit forma. Laus sit Deo et Sancte Trinitati; *reliqua vacant. Catalogus pontificum et imperatorum eadem manu usque ad Adrianum IV. et Karolum (I. regem Siciliae) productus est. Codicem A* 3*a^5 *ex ipso A* 3*, *nullo medio intercedente, descriptum statuere licet eo maxime, quod p.* 101—104. 65—70. Epistola Iohannis presbiteri, qui est rex regum dn̄9 d. *inter c.* 15. *(finiens:* Memphis dicebatur, *infra p.* 85, *l.* 4*) et* 16. *(incipiens:* Cambise mortuo dum magi, *infra p.* 85, *l.* 5*) inserta sit, in iisdem, in quibus A* 3*, *finiens verbis:* habebit pallacium illud a Deo, § 78. *Hunc codicem, de quo a se viso Meinert a.* 1821. *cum Pertzio communicaverat*[1], *ipse Raudnicii a.* 1909. *Febr. examinavi.*

Prima tantum additamenti Wittelsbachici verba (verumtamen modo cenobium inibi monachorum institutum fore conspicitur. Rex igitur cito *[!]* inde digrediens *etc., cf. p.* 282, *n.* o) *exhibent hi tres sequentes codices:*

A 3*b^1*) Codex Guelferbytanus nr.* 76, *olim Gudeni, chartaceus in fol., a.* 1459.[2] *scriptus. Tegumenti anterioris parti interiori allitum est 'Ex-libris' quod dicitur* Ioannis Hegneri Hoffstetensis, *exteriori impressa sunt arma Alberti IV. de Törring, episcopi Ratisponensis (a.* 1613—1649*). F.* 1^r: Incipiunt Cronice Ottonis Frisingensis episcopi *(minio).* Domino suo Friderico *etc. Conspectus capitulorum singuli singulis libris, post prologos positi*[3], *praemissi sunt. Libro octavo absoluto f.* 120^r. *sequitur:* Amen, *et:* Explicit Cronica satis ornate composita. Anno 1459.

1) *'Archiv' III, p.* 667. 2) *Perperam* 1449. *Wilmans, 'Archiv' XI, p.* 61; *SS. XX, p.* 113. 3) *In libro VIII. ante prologum. Conspectus capitulorum libri II. ultra c.* 40, *quod* XXXVI. *numeratur, non producitur, addito in margine manu scribae:* Item L^a sunt capitula 2^i libri secundum textum posita, sed solum illa 36 sunt signata et residua non sunt intitulata.

(minio); f. 120^{v}. *versus:* Hac ex scriptura — moderamina legum. *Notae marginales aliis manibus adiectae sunt*[1], *quarum una etiam nonnullis locis catalogum pontificum et imperatorum interpolavit vel supplevit. In catalogo, ubi Iohannes (VIII.) et Marinus papae non ut in A* 3* *ante Iustinianum (II.) — Karolum (III.) imperatores, sed post leguntur, ad pontifices Adrianum I. (sed magis ad sequentem Leonem III. pertinens) et Eugenium III. notae de pallio archiepiscopo Salzburgensi dato additae sunt, cf. p.* 381, *n.* * *et p.* 385, *n.* *; *in fine eadem manus post Fridericum I. imperatorem eo modo pergit, quo p.* 386. *ostendimus. Itaque A* 3**b*[1] *non ex ipso A* 3*, *sed ex apographo eius saec. XII. ex. vel XIII. in. confecto descriptum esse patet, cui nobis non servato intra annos* 1198—1209.[2] *Heinricus VI. imperator et papae usque ad Innocentium III. additi sunt, inter quae ea, quibus de scismate a.* 1159. *agitur, ex parte ex codice aliquo B* 2 *et B* 3 *simili desumpta esse videntur, unde etiam papae Eugenius I. — Iohannes V., in A omissi (cf. p.* 380, *n.* b*), in A* 3**b exstantes, suppleti esse possunt. Nam A* 3**b, quamvis nonnullis locis ab A* 3* *recedat, tamen ex A* 3* *pendere inde patet, quod perplurimis locis et in iis, quae ex A* 3, *et in iis, quae ex eius archetypo descripta A* 3* *habet, cum A* 3* *ad litteram convenit nec unquam fere perpaucis, ubi mendas suo Marte tollere conatur locis, ad genuina Ottonis verba accedit. Hunc codicem ipse Berolini examinavi et ex parte contuli.*

Ex A 3**b*[1] *descriptus est A* 3**b*[1α].

A 3**b*[1α]) *Codex Monacensis Lat. nr.* 1210 *(Bav.* 210*), chartaceus in fol., foliorum* 152[3], *saeculi XV. posterioris. Tegumenti anterioris parti interiori allitum est 'Ex-libris', quod dicitur:* Vigilantibus Omnia Salva. Insignia M. Georgii Mayr, praepositi Isenensis et decani ad S. Andream Frisingae; *tegumenti posterioris parti interiori inscripta sunt:* Iohannes Velber, *et alia manu alioque atramento:* Walthasar Stephan plebanus s. Cassiani, *sequentibus quibusdam deletis et erasis. Libro octavo absoluto sequuntur versus:* Hac ex scriptura — moderamina legum.

1) *Ex. gr. I,* 26, *p.* 60, *l.* 1: werwolf; *V,* 14 *fin.:* Hic deficiunt III imperatores; *VI,* 20, *p.* 282, *l.* 4 (Skirensis): Scheir *(minio).* 2) *Quo anno Otto IV. in imperatorem coronatus est.* 3) *Cf. Catalogus cod. mss. bibl. reg. Monac., ed. alt., III,* 1, *p.* 239; *H. Simonsfeld in 'Historische Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet'* (1886*), p.* 223.

Conspectus capitulorum singuli singulis libris praemissi sunt eodem modo, quo in A $3^{*}b^{1}$, *quocum in omnibus fere convenit*[1]. *Papae Iohannes, Leo, Stephanus (p.* 383, *l.* 4—6*) omissi sunt*[2]. *Hunc codicem ipse Berolini examinavi.*

Ex A $3^{*}b^{1\alpha}$ *ea desumpta esse videntur, quae sub signo* M^ *(=* M. W.*?,* M. R.*?)*[3] *in exemplari editionis Cuspinianeae olim a K. H. de Lang possesso plurimis locis adnotantur.*

A $3^{*}b^{2}$*) Codex Monacensis Lat. nr.* 1206 *(Bav.* 206*), chartaceus in fol., foliorum* 164, *a.* 1464. *scriptus, olim Schönthalensis monasterii ord. Cist. (dioc. Würzburg.)*[4]. *F.* 1^{r}. *in margine superiore manu saec. XVI.:* Ad Conventum Vallis speciose. *F.* 1^{r}: Incipit cronica Ottonis episcopi Frisingensis *(minio; manu saec. XVI, quae multas notas marginales adiecit, add.:* Ad Fridericum imperatorem*).* Domino suo Friderico *etc. F.* 120^{v}. *libro octavo absoluto sequitur:* Amen. Explicit Cronica satis ornate composita Anno 1464. *F.* 121—164. *(numeratis* 1—44*) alia manu, 'Italica', sequuntur Plutarchi vitae M. Antonii, Demosthenis, Catonis, Pyrrhi, a Leonhardo Aretino de Graeco in Latinum versae. Marginibus multae notae manibus coaevis et recentioribus adspersae sunt. Ottonis textus plerumque cum A* $3^{*}b^{1}$ *convenit*[5]. *Nec tamen A* $3^{*}b^{2}$ *ex A* $3^{*}b^{1}$ *descriptus esse affirmari potest. Sed certo ad idem codicis A* 3^{*} *apographum, ex quo ille profectus est,*

1) *Ex. gr. in catalogo pontificum et imperatorum p.* 377, *l.* 2 (Alexander): Marcus Aurelius *in margine add. A* $3^{*}b^{1}$, Marcus Aurelius Alexander *A* $3^{*}b^{1\alpha}$*; p.* 377, *l.* 4 (Maximianus): qui et Iulius Maximus *in margine A* $3^{*}b^{1}$, *in textu A* $3^{*}b^{1\alpha}$*; p.* 378, *l.* 23 (Theod. cum Valentiniano): s. Iunior (*vel* -ori) *in margine A* $3^{*}b^{1}$, Theod. cum Valentiniano Iuniori *A* $3^{*}b^{1\alpha}$*; p.* 379, *l.* 20—21: Heraclius cum filio Constantio *mutat.* Heraclius Constantius *A* $3^{*}b^{1}$, *et ita A* $3^{*}b^{1\alpha}$*; notas etiam marginales supra p. XLIX, n.* 3. *et p. L, n.* 1 *(ultima excepta) allatas et catalogum, ut infra p.* 386, *l.* 12 *sqq., continuatum, additamenta quoque p.* 381, *n.* * *et p.* 385, *n.* * *habet.* 2) *Ita etiam A* $3^{*}b^{2}$. 3) Manuscriptum Weihensteffanense *perperam K. H. de Lang, 'Archiv' VI, p.* 318. 4) *Cf. H. Simonsfeld in 'Historische Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet' p.* 222 *sq.; Catalogus cod. mss. bibl. reg. Monac., ed. alt., III,* 1, *p.* 239. 5) *Ex. gr. conspectus capitulorum eodem modo singuli singulis libris praemissi sunt, papae Eugenius I. — Iohannes V., in A omissi, suo loco exstant, Iohannes VIII. et Marinus eodem modo transpositi sunt, additamenta quoque p.* 381, *n.* * *et p.* 385, *n.* * *et catalogus, ut infra p.* 386, *l.* 12 *sqq. habes, continuatus leguntur.*

redit. Papae Iohannes, Leo, Stephanus (p. 383, *l.* 4—6*) omissi sunt*[1]. *Hunc codicem ipse Berolini examinavi.*

Codices qui sequuntur, littera B signati, omnes II, 28. *verba:* si venisset *(p.* 100, *n.* *), *VI,* 20. *invectionem in gentem Wittelsbachicam (p.* 283, *n.* *), *VII,* 20. *fin. verba de titulo sepulcrali Lotharii imperatoris (p.* 340, *n.* *) *omittunt:*

B 1) *Codex Ienensis Bosianus q.* 6. *membranaceus in folio, foliorum* 151, *saec. XII. non post annum* 1185. *et fortasse ante annum* 1177. *quattuor manibus satis diligenter scriptus, nec tamen omnibus mendis carens, et saec. XIII. in monasterio, ut videtur, Neuburgensi*[2] *prope Hagenau Alsatiae non ante annum* 1216, *vix ante a.* 1227, *sed, ut magis verisimile videtur intra annos demum* 1243. *(vel* 1241*) et* 1254, *fortasse ante a.* 1250[3], *manu A saec. XIII. ex codice aliquo recensionis C*[4] *emendatus*[5] *et interpolatus*[6], *ex quo etiam liber VIII, initio omissus, adiectus est (vide infra C* 5*). De quo codice*[7] *uberrime egit H. Bloch, 'Die elsässischen Annalen der Stauferzeit', in 'Regesten der Bischöfe von Strassburg' I,* 1, *Innsbruck* 1908, *p.* 186—195. *F.* 1[r], *manu A saec. XIII:* Hec sunt XLVII [miracula], que visa sunt in nocte natali Domini. I. [Vin]de[mia] fructifera in Ierusalem — animal brutum loquebatur et Sodomite inimici Christi in omni orbe terrarum ipsa nocte interfecti sunt; *manu saec. XVII/XVIII:* Ottonis Frisingensis chronicon libris VIII ab orbe condito ad sua usque tempora; *manu saec. XVI:* Codex iste pertinet ad bibliothecam Mgri. Wendalini Sprengeri. *F.* 1[v]—8[v]. *(quaternio I) manu prima saec. XII:* Domino suo Fride-

1) *Ita etiam A* 3**b*[1α]. 2) *Ubi ea, quae manui A saec. XIII. tribuenda sunt, scripta esse ostendere suscepit H. Bloch, 'Die elsäss. Annalen der Stauferzeit' p.* 55 *sq. Cf. Hampe loco infra citato p.* 356. 3) *Vide continuationem catalogi pontificum et imperatorum infra p.* 386 *sq. Eodem tempore id factum esse videtur, quo Annales Marbacenses qui dicuntur usque ad a.* 1238. *producti cum Ottonis Chronica in eodem volumine coniungebantur.* 4) *Unde etiam glossae aliquae transscriptae sunt, p.* 202, *n.* c; *p.* 207, *n.* b; *p.* 215, *n.* *, *l.* 36. 5) *II,* 33, *p.* 105, *n.* v; *IV,* 14, *p.* 201, *n.* i; *IV,* 26, *p.* 218, *n.* h; *V,* 33, *p.* 258, *n.* e; *VI,* 8, *p.* 270, *n.* l; *VI,* 12, *p.* 273, *n.* l *(Addenda); VII,* 23, *p.* 346, *n.* **. 6) *I,* 30, *p.* 65, *n.* *; *II,* 8, *p.* 76, *n.* *; *II,* 25, *p.* 95, *n.* *; *II,* 28, *p.* 100, *n.* *; *II,* 34, *p.* 106, *n.* *; *V,* 13, *p.* 244, *n.* *; *VI,* 20, *p.* 283, *n.* c; *VI,* 36, *p.* 306, *n.* *; *VII,* 20 *fin., p.* 340, *n.* *; *VII,* 23, *p.* 345, *n.* r. 7) *Cuius habitum exteriorem antea descripserat I. W. v. Goethe, 'Archiv' II (*1820*), p.* 301—305; *'Werke, Sophien-Ausgabe, Abt.' I, t.* 42[I] *(*1904*), p.* 7—11. 355—361.

rico *etc.* — Ernusti ducis morteque eius *(p.* 30, *l.* 10*)*. *F.* 9ʳ—16ᵛ. *(quaternio II) manu secunda saec. XII:* De morte Rodolfi *(p.* 30, *l.* 11*)* — prosequi non oportet *(I,* 21, *p.* 55, *l.* 4*)*; *f.* 9ᵛ. *in margine inferiore manu saec. XVIII:* capitula libri 8. habes infra post finem libri 7. *F.* 17ʳ—32ᵛ. *(quaterniones III. IV) manu tertia saec. XII:* Ea tempestate *(I,* 21, *p.* 55, *l.* 4*)* — decederent *(II,* 34, *p.* 108, *l.* 25 *sq.)*; *f.* 25ʳ. *in margine inferiore manu saec. XIV. ex.*[1] *scripta b. m. Wilmans ita legere sibi visus est:* Iste liber est domini Henrici archipresbiteri in Zabernia, *quae hodie certo distingui non iam possunt*[2]. *F.* 33ʳ—94ᵛ. *(quaterniones V—XI, ternio XII) manu quarta saec. XII:* Facta est *(II,* 34, *p.* 108, *l.* 26*)* — propria iam per multum *(VII,* 8, *p.* 319, *l.* 4—5*)*. *F.* 95ʳ—102ᵛ. *(quaternio XIII) et f.* 103ʳ·ᵛ. *manu tertia saec. XII:* temporis *(VII,* 8, *p.* 319, *l.* 5*)* — Armeniam in extremo *(VII,* 33, *p.* 365, *l.* 10—11*)*. *F.* 104ʳ—120ᵛ. *(diversa membrana, quinio XIV, ternio XV. cum singulo folio* 119*), manu A saec. XIII:* oriente habitans *(VII,* 33, *p.* 365, *l.* 11*)* — *f.* 105ᵛ: efficiant *(VII,* 35 *fin.), et minio:* Explicit liber VIIᵘˢ. Debuit — demonstrant *(p.* 374, *n.* *). Incipit prologus in librum VIII. de duabus civitatibus. Hoc opus *(p.* 390*)* — *f.* 106ʳ: conabimur *(p.* 393, *l.* 17*), et minio:* Explicit prologus. Incipiunt capitula I. De quadrifaria *(p.* 35*)* — *f.* 106ᵛ: utriusque civitatis *(p.* 36, *l.* 22*), et minio:* Expliciunt capitula. Incipit liber VIIIᵘˢ. Cap̄ I. Sicut *(p.* 393, *l.* 19*)* — *f.* 120ᵛ: sublevare in Christo Iesu domino n. *(VIII,* 35, *p.* 457, *l.* 13. *et n.* f*), et minio:* Explicit liber VIIIᵘˢ. Hii sunt reges Italie *(p.* 374, *l.* 4; *cf. p.* 375, *n.* * *et* **) *etc., sequente catalogo regum, pontificum, imperatorum usque ad:* Xyxtus II. *et* Valerianus cum filio Galieno. VIIIᵃ persecutio *(p.* 377, *l.* 11*)*. *F.* 121. *et* 122 *(duo folia cohaerentia, quae olim media quaternionis XIV. fuerunt) manu tertia saec. XII: reliqua pars catalogi pontificum et imperatorum inde a* Dionisius *et* Claudius *(p.* 377, *l.* 12. *et* 14*) usque ad Adrianum IV. et Fridericum I., diversis manibus, inter quas manus A saec. XIII. Celestinum III. (rectius IV.) et Innocentium IV., et fortasse iam Gregorium IX., scripsit, usque ad Innocentium IV. et Fridericum II. continuati. F.* 122ᵛ. *vacat; in margine inferiore manu A saec. XIII. minio:* Explicit opusculum

1) *Ita Bloch; saec. XV. Wilmans.* 2) Iste liber est domini Heinr *vel potius* Heim *(= Herimanni)* a . . . . . *vix aegre perspicere me posse putavi.*

venerabilis Ottonis Frisigensis *(!)* episcopi. Item aliud incipit a Dagoberto rege et aliis regibus breviter quedam perstringens, ubi quedam inveniuntur, que in alio opere non habentur, et ibi quedam, que hic non inveniuntur. Unde prudens lector de utroque colligat et in armariolo cordis recondat, ut cum necesse fuerit huiusmodi investigantibus depromere possit. *Sequuntur f.* 123^{r}—149^{v}. *(diversa membrana) Annales qui dicuntur Marbacenses, id est secundum Bloch Cronica Hohenburgensis cum continuatione et additamentis Neoburgensibus*[1]*; f.* 149^{v}. *et f.* 150^{r}. *variae notitiae variis manibus additae*[2]*, quarum prima ad a.* 1262. *in monasterio Neuburgensi*[3]*, sequentes ad a.* 1308—1368, *et fortasse etiam ad a.* 1375, *Argentinae scriptae esse videntur*[4]. *F.* 150^{v}. *vacat. F.* 151^{r}. *manu A saec. XIII:* Quo tempore discessit Romanum imperium a Romanis principibus *(minio).* Oportet nos memores esse, que de Romano imperio Paulus apostolus predixerat quondam — imperatoris nomen ad Saxonum reges translatum est. Ergo Romanorum regnum defecit. Ista omnia plen[ius] invenies in isto libro, si quesieris et diligenter investigaveris in libro quinto cronicorum et circa finem quarti libri. *Tum breviter de* 12 *mundi regnis principalibus agitur:* Tres mundi partes Europa, Asia, Affrica — *f.* 151^{v}: et hec XII^{cim} mundi regna principalia; *postremo de aetatibus mundi:* Prima mundi etas — octavam beate resurrectionis etatem, in qua semper cum domino regnent, expectent *(cf. Beda, MG. Auct. Antiquiss. XIII, p.* 247 *sq.).*

Litterae initiales minio pictae omnes f. 1—103. *manu tertia saec. XII. adiectae esse videntur, quae etiam nonnullas ad res in textu tractatas lectori significandas marginibus rubricas adspersit. Libris I—VII. viginti quattuor picturae complures singulis libris praemissae sunt, inscriptionibus et versibus circumscriptis praeditae, quae maxima ex parte manui tertiae saec. XII. attribuendae esse videntur*[5].

1) *Ed. H. Bloch, Hannov. et Lipsiae* 1907 *(SS. rerum Germanicarum); usque ad f.* 145, *l.* 4: gloriose sepelitur *(p.* 79, *l.* 15*) manu A saec. XIII, inde, ut Bloch putat, usque ad finem manu B saec. XIII. scripti.* 2) *Ann. Marb. ed. Bloch p.* 100—103. 3) *A. Schulte in 'Mitteil. d. Inst. f. Österr. Geschichtsforschung' V, p.* 538; *H. Bloch, 'Die elsäss. Ann. der Stauferzeit' p.* 56. 141. 4) *C. Hegel in 'Chroniken der deutschen Städte' VIII, 'Strassburg' I, p.* 51; *H. Bloch l. c. p.* 57 *sq.* 141 *sq.* 5) *Cf. Bloch l. c. p.* 190. *De his picturis egerunt I. W. v. Goethe, 'Archiv' II (*1820*), p.* 304; *R. Wilmans, SS. XX, p.* 106; *E. Polaczek apud*

Sed utrum hae picturae cum versibus ex archetypo in codicem B 1 *transscriptae, an, quod Hermanno Bloch videtur, ab eo qui (vel ea quae) hunc codicem scribendum curavit, adici iussae sint, diffiniri non potest. Neque enim codicem B* 1 *in Alsatia in Monte S. Odiliae Hohenburgi scriptum esse nec picturas nusquam nisi ibi ita fieri potuisse*[1] *ita, ut nullus locus dubitandi superesset, Bloch et Polaczek evicerunt. Nec minus in medio relinquamus oportet, num recte Ottoni ipsi cum auctoritatem pingendi tum versus Hampe attribuerit. Neque enim quod loci illustrandi optime electi esse videntur, ne alium auctorem putemus, obstat, cum ex gr. in ipsius Alsatiae monasterio, ut Bloch putat, Neuburgensi eum (vel eos) certe, qui Cronicam Hohenburgensem (Annales Marbacenses qui dicuntur) et auxit et continuavit (vel auxerunt et continuaverunt), penitus Ottonis rationem considerandi sibi adaptasse Bloch luculenter ostenderit. Et ea, quae in versibus tradita apud Ottonem ita verbis expressis non leguntur, vel ex ipsa rerum serie secundum sensum vel aliunde facile addi potuerunt, praesertim ab eo, qui tam vivaciter, tam dilucide gravissimum quemque locum singulis picturis illustraret. Inscriptiones et versus, nonnullis neglectis, edidit E. Polaczek l. c., cf. 'Neues Archiv' XXXV, p.* 281[2], *nos infra p.* 488 *sqq. accuratius subiunximus.*

Marginibus manu A saec. XIII. et aliis eiusdem aetatis multae notae adscriptae sunt, quas vide in unum collatas infra in appendice p. 470 — 479.

Codex ubi scriptus sit, certo certius diffiniri non potest. De Marbacensi monasterio canonicorum regularium S. Augustini Alsatiae superioris cogitavit Wilmans, 'Archiv' XI, p. 119 *sqq.,* 133 *sq., SS. XX, p.* 105, *cuius argumenta refutando Bloch Hohenburgense monasterium sanctimonialium in Monte S. Odiliae Alsatiae inferioris proposuit. Qua de*

H. Bloch, 'Die elsäss. Ann. d. Stauferzeit' p. 199 — 209; *H. Bloch ibidem p.* 190. 192 *sq.; K. Hampe, 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, N. F.' XXIV, p.* 360 — 363; *A. Hofmeister, 'Neues Archiv' XXXV, p.* 280 *sq., nr.* 45.

1) *Ex eo, quod Bernoldi Chronica, unde picturam tab. X. inf. et versum ad hanc respicientem petitum Hampe putat, in conficienda Cronica, quam Bloch dixit, Hohenburgensi adhibita est, nihil efficitur.*

2) *Picturarum specimina dederunt Goethe, 'Archiv' II, tab.* 3ª *(a Compter delineat.; = tab. VII. sup.); Wilmans, SS. XX, tab.* 3. *ad p.* 89 *(= tab. XI. sup., inf.); omnes undecim tabulis arte phototypica optime repraesentandas curavit optime de hoc codice meritus Bloch l. c., sumptibus illustrissimi principis de Hohenlohe-Langenburg, tunc temporis praesidis Alsatiae et Lotharingiae, adiutus.*

re nihil diffiniendo, quae certa aut certo propiora constare videantur, dicamus. Saeculo XIII. priore in monasterium Neuburgense prope Hagenau delatus esse, ubi etiam a. 1262. *fuisse putari potest, saec. XIV. ineunte Argentinam devenisse videtur, unde posterioribus temporibus ad magistrum Wendelinum Sprenger, post ad Iohannem Andream Bose professorem Ienensem transiit, quo a.* 1674. *mortuo bibliothecae universitatis Ienensis adscriptus est*[1]. *Posterior codicis pars, ea scilicet, quae manibus A et B (secundum Bloch) saec. XIII. scripta est, humore non parum contrita est*[2]. *Ea, quae manu A saec. XIII. in extrema libri VII. parte scripta sunt, signavimus B* 1'. *Hunc codicem ipse Berolini contuli.*

Ex B 1 *descripti vel derivati sunt B* 1*a et B* 1*b.*

B 1*a) Codex Romanus Casanatensis nr.* 372 *(olim A R. IV.* 39. *et A III.* 29*) membranaceus in* 4⁰, *saec. XIII. prioris*[3]. *A.* 1779. *bibliothecae Minervae Romanae pecunia emptus illatus est. Folio primo inscripti sunt versus:* Respiciat Emmanuel, qui solus cuncta percipit *etc.*[4], *et pagina versa versus* 36:

Flete, perhorrete, lugete, pavete, dolete, *etc.* —
Gerardus mores deflendus ovile dolores
Defuit, ornavit, ruit, orbavit, cumulavit.
Omnipotens penus *(!)* hostis paradisus amenus
Audi, tollatur, fugiat, pateat, foveatur[5].

Codex, qui septem priores tantum Ottonis libros continet una cum catalogo regum, pontificum, imperatorum, rationem scribendi spectanti in Gallia, id est in Lotharingia vel Francia, scriptus esse videbitur, quem ad B 1 *redire dili-*

1) *Cf. Goethe, 'Archiv' II, p.* 301. *III, p.* 267. 2) *Scripturae specimina dederunt Goethe (delineante Compter), 'Archiv' II, tab.* 1. *et* 2 *(manus primae et manus secundae saec. XII, f.* 1ᵛ, 3ᵛ, 13ʳ*),* 3ᵇ *(manus A saec. XIII, f.* 122ᵛ*); 'Archiv' III, tab.* 3 *(manus tertiae saec. XII, f.* 22ʳ, 22ᵛ*); Wilmans, SS. XX, tab.* 3. *ad p.* 89, *nr.* 7 *(manus primae et manus quartae saec. XII, f.* 3ᵛ, 89ʳ*); arte phototypica depicta Bloch l. c. tab. VI (manus tertiae saec. XII, f.* 96ʳ*), tab. VII. et XI (manus quartae saec. XII, f.* 39ʳ, 91ᵛ*). Praeterea ex Annalibus Marbacensibus desumpta manus A saec. XIII. Bloch tab. XII (f.* 144ʳ, = *tab. ad p.* 74 *sq. SS. rerum German.); manus B saec. XIII. Goethe, 'Archiv' III, tab.* 1 *(f.* 149ʳ, 149ᵛ*).* 3) *De quo cf. H. Bloch, 'Die elsäss. Annalen der Stauferzeit' p.* 197 *sq.; 'Archiv' XII, p.* 404. 4) *Quos a clerico ordinis Grandimontensis a.* 1187. *conscriptos nuper edidit W. Meyer in 'Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften'* 1906, *I, p.* 89 *sq.* 5) = *Carmina Burana ed. Schmeller, nr. LXVIIIa, p.* 38 *sq.*

gentius inquirenti dubium vix erit. Nam et spatia picturis iisdem, quibus in B 1, *locis, obumbrata, versus quoque et maxima ex parte inscriptiones earum adiecti sunt, ipsis quidem imaginibus non perfectis, et in omnibus singulis*[1], *in mendis etiam gravioris momenti*[2], *non nisi paucissimis et levissimis emendatis*[3], *ita cum B* 1 *convenit, ut inde eum originem non traxisse cur suspiceris non habeas*[4]. *Sed ubique cum iis solum B* 1*a convenit, quae manibus saec. XII. B* 1 *scripta habet, nusquam ea, quae manus saec. XIII. emendavit vel interpolavit, transscripsit*[5], *immo in extrema libri VII. parte, ubi c.* 35. *valde decurtatum praebet*[6], *inde a VII,* 33, *p.* 365, *l.* 11: extremo *etc. non ex B* 1′, *sed ex vetere codicis Ienensis textu deperdito pendet, interdum iis, quae B* 1′ *habet, praeferendus*[7]. *Statuamus igitur oportet B* 1*a ex B* 1 *derivatum, antequam ille in formam hodiedum servatam redigeretur. Neque ex ipso B* 1 *immediate, sed ex eius apographo intra annos* 1181. *et* 1191. *confecto B* 1*a descriptum esse putaverim. Nam catalogus pontificum et imperatorum in B* 1*a eadem manu*[8] *usque ad Gregorium papam IX. minio scriptum et Ottonem V. (immo IV.) imperatorem productus est*

1) *Ex. gr. p.* 3, *n.* e. f; *II,* 4, *p.* 72, *n.* f; *II,* 16, *p.* 86, *n.* * *et n.* **; *II,* 34, *p.* 106, *n.* q; *VI,* 15, *p.* 275, *n.* k; *VI,* 28, *p.* 291, *n.* e; *VII,* 2, *p.* 311, *n.* v: vel Scitarum *in textu B* 1*a; VII,* 13, *p.* 325, *n.* d. 2) *Ex. gr. p.* 18, *l.* 26: seditione *om. B* 1*a, cf. n.* f; *p.* 23, *n.* p; *I,* 4, *p.* 41, *n.* n; *I,* 5, *p.* 43, *n.* d; *II,* 33, *p.* 105, *n.* m; *III,* 14, *p.* 151, *n.* b: mactato *B* 1*a; IV,* 14, *p.* 201, *n.* c; *IV,* 18, *p.* 206, *n.* a; *V,* 6, *p.* 237, *n.* o; *V,* 20, *p.* 249, *n.* l; *V,* 36, *p.* 260, *n.* t; *VI,* 3, *p.* 264, *n.* g; *VI,* 9, *p.* 271, *n.* c; *VI,* 20, *p.* 284, *n.* o; *VI,* 24, *p.* 286, *n.* m; *VI,* 27, *p.* 290, *n.* g; *VI,* 30, *p.* 294, *n.* g *(l.* 40*).* 3) *Ex. gr. II,* 45, *p.* 122, *n.* h: leberis *B* 1, liberis *recte B* 1*a; III, prol., p.* 132, n. k: supuenientibus *B* 1, superven. *recte B* 1*a; ib. p.* 133, *n.* b: abornari *B* 1, adornari *recte B* 1*a; IV,* 19, *p.* 208, *n.* g: putatetur *B* 1, putaretur *recte B* 1*a; V,* 33, *p.* 258, *n.* e: post *om. B* 1 *(manu saec. XIII. suppl.), exstat B* 1*a; VI,* 3, *p.* 264, *l.* 33: Colonensium *B* 1, Coloniensium *B* 1*a; VI,* 4, *p.* 266, *n.* h: Capuā *B* 1, Capuani *recte B* 1*a; VI,* 11, *p.* 272, *n.* k: post *om. B* 1, *exstat B* 1*a; VI,* 18, *p.* 278, *n.* i: scriptorem *B* 1, scriptorum *recte B* 1*a; VI,* 31, *p.* 296, *n.* a*: detionem *B* 1; deditionem *recte B* 1*a.* 4) *Conspectus capitulorum quod non, ut in B* 1, *omnes simul in initio post prologum libri I. positi, sed singuli singulis libris praemissi sunt, nullius momenti est.* 5) *Excepto V,* 33, *p.* 258, *l.* 11, *n.* e: post *in textu exstat B* 1*a, quod facillime suo Marte scriba emendare potuit.* 6) *P.* 370, *n.* w; *p.* 372, *n.* k; *p.* 373, *n.* b. r. 7) *Ex. gr. p.* 366, *n.* k. r; *p.* 368, *n.* e. f. l; *p.* 369, *n.* o; *p.* 370, *n.* e. o; *p.* 374, *n.* h; *p.* 375, *n.* * *et* **. 8) *Ita Holder-Egger;* Gregorius *(IX.) alia manu scriptus esse videbatur Bethmanno, cui Wilmans SS. XX, p.* 106. *innitebatur.*

hoc modo, non ultra Lucium papam III. cum B 1 *conveniens:*

Alexander.
Lucius.
Urbanus.
Gregorius. Henricus V^us^.
Clemens [III^us^ *manu saec. XV.*].
Celestinus.
Innocentius. Otto V^us^.
Honorius.
Gregorius, *minio.*

[Alia manu alioque atramento: Fredericus*].*

Hinc patet codicem B 1*a non ante a.* 1209. *Oct.* 4, *intra annos, ut quidem videtur,* 1227. *et* 1241, *scriptum esse, eo igitur tempore, quo B* 1 *catalogum iam aliter continuatum praeberet.*

Hunc codicem Romae examinaverunt E. Perels, I. Schwalm, R. Salomon, ex parte contulerunt O. Holder-Egger, F. Schneider.

B 1*b) Codex Mediolanensis Ambrosianus F.* 129. *sup., membranaceus, foliorum* 194, *saec. XIII. prioris*[1]. *In dorso tegumenti legitur:* 42, *et:* Cronica . . . . .; *in schedula membranacea tegumento impacta manu saec. XV:* Cronica Frinsingensis. S. Ysidori de librorum novi et veteris testamenti plenitudine. Eucherius Lugdunensis de Latinis nominibus. Ieronimus de Hebraicis nominibus et de locis, civitatibus et provinciis. Ortus et obitus Alexandri Magni. Epistola eius ad Aristotelem. Item alia eiusdem ad regem Bragmanorum, *quae in folio chartaceo codici praeposito aliis verbis repetuntur et re vera ita in codice inveniuntur. Ea, quae Ottonis Chronicam sequuntur, manu alia saec. XIII., sed simili scripta sunt, quaternione novo incipiente. In folio chartaceo codici praeposito scriptum est:* Hic codex, qui aliquando fuit Piccolpassi archiepiscopi Mediol.[2] iussu ill^mi^ Federici card. Borrhomaei bibliothecae Ambros. fundatoris a R^mo^ Metrop. Med. emptus fuit anno 1601. Antonio Olgiasto eiusdem Ambrosianae, quam primus omnium tractavit, praefecto.

1) *De quo cf. H. Bloch, 'Die elsäss. Annalen der Stauferzeit' p.* 195—197. *Cf. etiam 'Archiv' V, p.* 472. *XII, p.* 616. 2) *Franc. P. a.* 1436—† 1443.

F. 1—120. *Ottonis Chronica manu prima usque ad f.* 23^{r}: demittet ab alto *(II,* 4, *p.* 72, *l.* 35*), inde usque ad finem manu secunda scripta est. Inter f.* 59. *et* 60. *quaternionis octavi* 6 *foliis interioribus perditis Ottonis textus inde a III,* 27, *p.* 167, *l.* 7: (diser)tissimi — *IV, prol., p.* 181, *l.* 8: Hii sunt duo gladii *interiit. Picturae cum inscriptionibus et versibus eaedem iisdem exstant locis, quibus in B* 1, *quocum etiam in verbis textus singulis singulis locis plane B* 1*b convenit, ita tamen, ut ad ea, quae postea manu saec. XIII. codici B* 1 *inserta sunt, nusquam accedat. Ottonis textus finit f.* 118^{v}, *spatio trium versuum vacuo relicto, in verbis VII,* 33: Armeniam in extremo *(p.* 365, *l.* 10—11*); sequitur f.* 119. *catalogus pontificum et imperatorum, incipiens in Dionysio papa et Claudio II. imperatore (p.* 377, *l.* 12. *et* 14*) et usque ad Honorium papam III. et Fridericum II. imperatorem eodem, quo in B* 1, *modo productus, omisso* II^{us} *post* Celestinus *(p.* 386, *l.* 30*), omisso quoque Urbano III. et omnibus, quae p.* 386. *uncis quadratis inclusa sunt. Ea igitur ipsa B* 1*b ad verbum continet, quae in B* 1 *veteribus manibus saeculi XII. scripta hodiedum servantur. Itaque eo tempore B* 1*b ex B* 1 *descriptus est, quo is nondum in formam hodiernam redactus, sed, ut id fieret, genuina eius conditio iam resoluta erat, quod intra annos* 1243. *et* 1250, *vel circa, factum esse videri supra diximus.*

Manu saec. XV. subter Honorium papam III. scriptum est: Iohannes met(ensis). *F.* 39^{v}. *manu saec. XIII. ex. ad II,* 44. 45. *in margine adscriptum est:* Nisi fuisses Teutonicus, victoriam Marii exposuisses et plus quam centum quinquaginta milia Teutonicorum a LX milibus Romanorum trucidata non tacuisses. *Quo codex tunc temporis extra Germaniam proprie dictam exstitisse probatur. F.* 88^{r}. *in parte inferiore pictura librum Ottonis VI. praecedens (= tab. X. sup.) exstat, in parte superiore initio vacua manu saec. XIV. quaedam de electione Ludewici Bawari et Friderici Austriaci a.* 1314. *facta et de bello duorum regum usque ad pugnam Mühldorfensem et captivitatem Friderici inscripta sunt:* Anno Domini M^{0}CCC^{0}XIIII^{0} post dormitionem Hainrici piissimi imperatoris circa festum Galli principes imperii Frankenovort — et dictum Fridericum in castro dicto Truesneit sub forti custodia tres annos cum dimidio vinculis mancipavit.

Hunc codicem examinaverunt E. Perels, B. Schmeidler.

B 2) *Codex universitatis Gracensis Ms. II.* 433 *(prius* 42, 63*), olim monasterii Sancti Lamberti Karintiae*[1], *membranaceus in fol., foliorum* 189, *saec. XII*[2], *una*[3] *manu non ita diligenter scriptus*[4], *ab eadem et alia coaeva continuo correctus, iterum saec. XV., manu, quae si Iohannis Menestarffer, syndici monasterii S. Lamberti inde ab a.* 1464. *(† post* 1488. *Iul.* 9*), fuerit, aliis indagandum relinquo, compluribus locis temptatus et notis marginalibus vel interlinearibus adspersus*[5]. *Monasterio S. Lamberti a.* 1786. *suppresso*[6] *codex ad universitatem Gracensem devenit, ubi restituto a.* 1802. *monasterio remansit*[7]. *F.* 1[r]. *in margine superiore manu moderna:* Ad usum Monasterii S. Lamperti. *F.* 1[r]—153[r]. *Ottonis Chronica, cf. p.* 1, *n.* a; *p.* 3, *n.* g; *p.* 6, *n.* d. *F.* 153[r]—156[v]. *Epistola Iohannis presbyteri integra:* Iohannes prespiter dominus dominantium et rex Persarum Emmanueli regi Grecorum *(minio) etc.*[8]. *Novo quaternione incipiente, ea quae sequuntur alia manu saec. XII. scripta esse videntur. Primum visiones Tnugdali*[9], *f.* 157[r]—167[v]: Incipit prefacio sequentis operis. Visio penarum, quas vidit Tnugdalus. Prima visio. Incipit prologus *etc.*[10]. *Tum f.* 167[v]—186[r]: Incipit vita sancti Bachumii *(minio) etc.*[11]. *F.* 186[v]—187[v]. *Vita S. Al-*

1) *Vel* Sc- *c.* 2) *Legi non potest c.* 3) *Immo* 1252; *'UB. d. Landes ob d. Enns' III, p.* 184 *sq.* 4) *Supple* tenent *vel similem vocem.* 5) *Qui sedit a.* 1237—1242; *'UB. d. Landes ob d. Enns' III, p.* 90. 6) q *c.* 7) *Cf. supra p. LXXVI, n.* 2. *C* 4 *ex ipso codice Sancti Blasii descriptum esse putaverim.* 8) *Supra p. LII, n.* 4. 5. 6. 9) *Nota 'Ad Lectorem' in edit. Cuspin. f. A VII*ᵛ. *Ex Marbacensi ibidem laudato nihil nisi Ottonis et Rahewini Gesta Friderici addita esse ipse codex, nunc Parisiensis Bibl. nation. lat. nr.* 18408, *saec. XII., probat.*

scripsimus (supra A 1*γ), ad recensionem C redire facile patet*[1]. *Hic codex libri VII. caput* 34. *habuit (cf. p.* 368, *n.* n*); itaque non unus ex iis, qui exstant aut VII,* 31—35 *(C* 2*) aut VII,* 34. *maximam partem et* 35. *(C* 3. 4*) omittentes, esse neque omnino ad recensionem Sancti Blasii pertinere potest, quamvis nonnullis locis maxime cum C* 4 *conveniat*[2]. *Sed statuas necesse est ex eodem, ex quo exemplar Sancti Blasii, unde C* 3 *et C* 4 *fluxerint, archetypo codicem C* 7 *derivatum et ea, quae et C* 4 *et Cusp. in textu collocant, interpolamenta (p.* 165, *n.*;* 311, *n.**) iam in hoc archetypo in margine vel supra lineam addita*[3]. *Codex C* 7, *in universum a textu Sancti Blasii alienus*[4], *in quibusdam tamen cum eo magis, quam cum C* 2 *convenit*[5], *ita ut C* 2 *non ad eundem archetypum, sed ad eum, unde iste fluxerit, redire pateat*[6]. *Quod autem in catalogo pontificum et imperatorum usque ad Leonem X. et Maximilianum (I.) continuato in omnibus fere cum iis convenit Cusp., quae manibus prima, secunda, tertia C* 4 *habet, vel casu vel inde evenisse putaverim, quod aliquis saec. XV. exeuntis vel XVI. incipientis homo literatus inter a.* 1493. *et* 1503. *ex C* 7 *vel A* 1*γ, postea alius inter a.* 1513. *et* 1519. *fortasse ex ipsa editione, catalogum, quem C* 4 *prima manu usque ad Gregorium X. et Rudolfum produxit, auxerint*[7]. *Codicem vero eum, ex quo Cusp. catalogum continuatum desumpsit, cum primum a.* 1276. *aut scriptum aut continuatum esse Innocentius V.*[8] *solus praeter Leonem X. et Maximilianum maioribus litteris expressus*

1) *Ex. gr. p.* 65, *n.*;* 76, *n.*;* 95, *n.*;* 106, *n.*;* 114, *n.**;* 129, *n.*;* 131, *n.*;* 176, *n.*;* 227, *n.**;* 232, *n.*;* 244, *n.*;* 259, *n.*;* 289, *n.*;* 306, *n.*;* 308, *n.*;* *p.* 328, *l.* 12—13: revocatur et per conditionem dimisso summo pontifice ac extorto — privilegio in urbem ingreditur *Cusp. (cf. n.*);* *p.* 345, *n.*;* *p.* 346, *n.*;* *p.* 349, *n.* (l.* 21. ire *pro* redire*);* *p.* 349, *n.**:* potenter se habere confidens, ex improviso collecto milite, multis captivatis, pugna, *in ceteris ut A;* *p.* 357, *n.* d. 2) *De quo cogitari etiam propterea nullo modo potest, quod Cusp. in libro VIII, in C* 4 *omisso, nonnullis locis ad C accedat: cf. ex. gr. p.* 390, *n.* l: auferenda *(etiam B* 2*);* 406, *n.* r: de terra *(C* 3. 5. 6. *B* 2. *Vulg.);* 410, *n.* b: resurgere *(etiam B* 2*);* 412, *n.* o: faciat *(etiam B* 2*);* 429, *n.* a: contentiosus *(etiam B* 2*);* 435, *n.* b: tabernacula Iacob pulchra *(cf. etiam B* 2*);* 435, *n.* i: conglutinans; 448, *n.* a: est *(etiam B* 2*);* 448, *n.* n: tantus *(om. C* 6*).* 3) *Similiter supra de C* 4 *et C* 5 *(B* 1*) statuendum erat. Cf. etiam p.* 146, *n.* b, *l.* 50. 4) *Ex. gr. p.* 345, *n.* t: ea *exstat Cusp. Cf. etiam p.* 359, *n.* q, *ubi C* 1. 2. *desunt.* 5) *Ex. gr. p.* 296, *n.* r; 343, *n.* p; 356, *n.* t; 380, *n.*;* 381, *n.**.* 6) *Cf. etiam p.* 357, *n.* r. s, *ubi Cusp. (C* 7*) cum C* 2—4 *contra C* 1 *facit; item p.* 363, *n.* f, *ubi C* 2 *deest.* 7) *Cf. etiam p.* 103, *n.*.* 8) *Qui sedit a.* 1276. *Ian.* 21. — *Iun.* 22.

prodat, nescio an potius ipsum C 7 *quam A* 1*γ (non ante saeculum XIV. ex A* 1*a derivatum) putaveris, nisi A* 1*γ hic ad litteram archetypum suum repraesentasse statueris. Codex S. Trudperti vel eius archetypus non post saeculum XII. exiens scriptus erat, si recte, quod et ipse prorsus non negaverim, continuatio a Cuspiniano uno tradita, quam infra in appendice p.* 458—460. *subiunximus, ex eo, non ex Scotorum Vindobonensi, desumpta statuitur.*

Excerpta codicis Vindobonensis bibl. palat. nr. 9045* *(hist. prof.* 177*) chartacei saec. XVI.*[1], *qui f.* 23. *Ottonis Chron. VII,* 22: Anno — creant *(p.* 343, *l.* 13—26*),* 23: Conradus — cepit *(p.* 347, *l.* 8—11*),* 26: Non multo — concessit *(p.* 351, *l.* 14 — *p.* 352, *l.* 2*) continet, ex editione Cuspiniani*[2] *desumpta sunt*[3].

Codices deperditi, quorum expresse mentio fit, sunt hi:

1*) Codex Scotorum Vindobonensis, supra A* 1*γ.*

2*) Codex Argentinensis, olim Niederaltahensis, supra B* 3.

3*) Codex Urstisii Turicensis, proxime ad C* 3 *accedens, de quo cf. supra p. LXXIV sq.*

4*) Codex Sancti Trudperti in Nigra Silva, supra C* 7.

5*) Codex Sancti Blasii in Nigra Silva, quem a.* 1768. *Iul.* 23. *cum monasterio ipso flammis consumptum putaverim, ex quo C*3 *et C*4 *descripti putandi sunt; cf. supra p. LXXI.*

6*) Codex Peutingeri secundus, de quo cf. supra p. XLVI, n.* 2.

7*) Codex Ebersbergensis in catalogo librorum huius monasterii c. a.* 1200. *vel paulo ante confecto*[4] *memoratus:* Chronica episcopi Ottonis.

8*) Codex Aldersbacensis. Inter libros ab Hugone abbate (a.* 1295 — †1308*) donatos invenimus:* Cronicam Ottonis episcopi Frisingensis[5].

1) *I. Chmel, 'Die Handschriften der k. k. Hofbibliothek in Wien' I, p.* 314; *Tabulae codicum mss. in bibl. palat. Vindobonensi asservatorum VI, p.* 8. 2) *Non ex C, nam p.* 351, *l.* 17 — *p.* 352, *l.* 1: quem — abdicaverat *adest; non ex A, nam p.* 343, *l.* 20: Galliae *adest.* 3) indicitur *p.* 343, *l.* 16; assensu *p.* 343, *l.* 25; XCIIII *ib.* — *Ibidem etiam excerpta ex Ottonis Gestis Frid. I,* 8. 9. 10. *habes. Codicem exscripsit V. Samanek.* 4) *Quem ex cod. Monac. Lat. nr.* 5801. *edidit A. M. Koeniger, 'Katholik' LXXXVIII, '4. Folge' XXXVIII (*1908*), p.* 49 *sqq.* 5) *Muffat in 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' I (*1856*), p.* 454, *n.* 2. *Cf. M. Manitius, 'Neues Archiv' XXXII, p.* 703.

9) *Codex Fürstenfeldensis, in catalogo librorum vetustissimo a.* 1312.[1] *memoratus:* Cronica Ottonis et Martini — codex unus.

10) *Codex Ranshofensis, in catalogo librorum manu saec. XIV. codici Monacensi Latino nr.* 12643. *(saec. XIII.) inserto*[2] *memoratus:* Cronica domini Ottonis episcopi Frisingensis.

11) *Codex (Chiemseensis??), de quo vide infra p. LXXXII sq.*

12) *Exstitit fortasse quondam Ottonis Chronica una cum continuatione Sancti Blasii in codice bibliothecae regiae Matritensis X.* 151[3], *qui prioribus* 178 *paginis deperditis Gilberti qui dicitur chronicam et provinciale Tancredi ex C* 3 *petita exhibet.*

Saeculo XVII. vel XVIII. exemplari cuidam editionis Cuspinianeae, olim Bibliothecae a[cademi]ae [In]g[ol]stad(ensis), *postea e libris secreti consiliarii Rheinwald Monacensis a K. H. de Lang (†* 1835*) conquisito, hodie Ansbachii in bibliotheca regii regiminis inter libros societatis historicae Franconiae mediae servato, manibus diversis ex octo codicibus variae lectiones adscriptae sunt, de quibus parum accurate retulit K. H. de Lang, 'Archiv' VI, p.* 317—325[4]. *Codices laudati sunt hii:*

(1) ſ *(ad I, prol. et I,* 1*),* Copia Frisigensis *(ad VI,* 20*) = A* 3*a^3 *Fr[isingensis]).*

(2) M *(nonnumquam,* M, M *(ad I,* 1—*IV,* 28. *VI, prol. et* 1—36. *VII, prol.* 7—11. 23. 28—35. *catal.), qui idem qui A* 3*b^{1a} *esse videtur.*

(3) S *(ad I,* 2—*VIII,* 35*) = A* 3 *(Sc[eftelariensis]).*

(4) M. S. Tegernseen *(ad VI,* 20*) = A* 3*a^1.

(5) Copia Wessesprunnensis *(ad VI,* 20*) = A* 3*a^2.

(6) Liber Nideralt(ahensis), L. N. *etc. (ad IV,* 32—*VIII,* 7*) = B* 3.

(7) M. S. Exemplar (h)iemen *(= Chiemseense??), de quo sic ad VI,* 20: cum impresso hoc convenit, sed

1) *Quem e codice Monac. Lat. nr.* 6914. *edidit M. Mayer, 'Oberbayerisches Archiv' XXXVI (*1876*), p.* 145. *Cf. Manitius l. c.* 2) *Quem edidit M. Manitius, 'Centralblatt für Bibliothekswesen' XX (*1903*), p.* 167. *Cf. Manitius l. c.* 3) *Membran. et chart.(!) in fol. saec. XV.; cf. Knust, 'Archiv' VIII, p.* 805 *sq.; SS. XXIV, p.* 119. 4) *Ubi etiam nomen Iohannis Oeggl, quem universitatis Ingolstadensis bibliothecarium asserebat, libro inscriptum esse, qui eum ex duplis academiae Ingolstadensis emerit, affirmat; quae ego frustra quaesivi.*

manifesta est corruptio[1]. *Genuinum igitur textum, id est invectionem in gentem Wittelsbachicam, ut A (excepto A 3*) et C, exhibuit nec cum A 3, signo ℭ notato, confundi potest.*

(8) Chronicon Bibliothe(cae) Episcopalis[2] Frisigen(sis) M. S. in membrana, quod quidem non est Ottonis et recentiore scriptura, sed multa imo plurima habet ex Ottone excerpta *(ad VI,* 20*), quod etiam sub signo* ℜ *laudatur (ad I,* 1—3. *VI, prol.* 1—20*). Codex est Chronicae quam diximus Turicensis universalis, ad C* 3 *redeuntis, idem sine dubio, qui a.* 1757. *apud Ans. Desing in Catalogo codicum Frisingensis episcopi f.* 58ʳ. *nominatur*[3], *id est codex Londiniensis musei Britannici Egerton* 1944. *saec. XIII. ex.*

Codicem vero Pollingensem re vera unquam fuisse vix crediderim, cum nusquam laudetur, nisi forte ad VI, 20, *ubi exemplari Langiano adscriptum habes:* M. S. Tegernseen̄ ea habet, quae Pythoeus, sicut etiam*(?)* (pollingen̄ *elina perducta delet.*) Copia Frisigensis et Wessesprunnensis.

Perperam b. m. Wilmans codices Pataviensem, Dunensem, trtium a Manrique adhibitum deperditos statuit, qui nulli unquam fuere. Nam in Aventini Excerptis diplomaticis Passaviensibus[4] *a.* 1259. Ottonis episcopi libri, *non ab Ottone Frisingensi conscripti*[5], *sed ad Ottonem episcopum Pataviensem, qui sedit a.* 1254—1265, *pertinentes laudantur. Dunensem vero, ex quo Car. de Visch in Bibliotheca scriptorum sacri ordinis Cisterciensis, ed. sec., I, Colon. Agripp.* 1656, *p.* 255—257. *pauca*[6] *desumpsit, editionem esse Pithoei ipse diserte testatur*[7]. *Pithoei etiam editione, non codice manuscripto, Manrique in Annalibus Cisterciensibus, Lugduni* 1642, *I, p.* 171 *sq.* 224. 254. 377. *II, p.* 323 *sq. et aliis locis, usus est*[8].

Codex Florentinus bibliothecae Mediceae plut. XVI. cod. XIV. saeculi XV. ex. f. 130—182. *epitomam tantum*

1) *Sequitur atramento pallidiore:* contrarium docet Conradus Moguntinus et Salisb. Archiepiscopus, docent alii, et*(?)* vide Chron. Richersperg. 2) Bibl. Ep. *supra lineam.* 3) *Cf. 'N. Archiv' IV, p.* 41. *et n.* 1. 4) *A. F. Oefele, Rerum Boicarum Script. I (*1763*), p.* 716. 5) *Ita perperam iam Wiedemann, 'Otto von Freysingen' p.* 157. 6) *Ex Rahew. Gestis Frid. IV,* 14. *et ex 'Prosapia' Ottonis apud Pithoeum in fine editionis.* 7) 'Codex operum Ottonis, qui apud nos Dunis extat, ex quo haec omnia desumpta sunt, impressus est Basileae per Petrum Pernam, anno 1569. non sine privilegio Caesareae Maiestatis'. 8) *Qui non minus quam Vischius 'Prosapiam' prae ceteris exscripsit, cuius auctorem, iis, quae Pithoeus praemisit, non bene intellectis, Conradum Frisingensem (sacristam) putavit.*

ex Ottonis et Rahewini Gestis Friderici, studio ac labore Io. Burchardi confectam continet[1]. *Ad Gesta Friderici, non ad Chronicam aeque pertinet codex Seitenstettensis nr. XIII. chartaceus saec. XV.*[2], *ab Augusto Potthast perperam huc relatus*[3], *qui etiam codicem Gracensem II.* 454 *(olim* 42/59*) membr. saec. XII. ex., compilationem ex Orosio, Ottone Frisingensi, aliis continentem*[4], *per errorem inter codices Ottonis posuit*[5].

Codex Bodmanni, cuius Wiedemann, 'Otto von Freysingen' p. 160, *mentionem facit, utrum Chronicam an Gesta Friderici an utrumque librum continuerit, non constat; hodie in archivo Bodmanno-Habeliano non iam servatur.*

Codices Choc modo inter se coniuncti sunt[6]*:*



1) *Cf. A. M. Bandinius, Catalogus codicum Latinorum bibliothecae Mediceae Laurentianae I (*1774*), p.* 233 *sq. In editione Gestorum Friderici Waitziana non memoratur.* 2) *Post Gesta Friderici Annales SS. Udalrici et Afrae Augustenses ab a.* 1106. *usque ad a.* 1334. *continuatos continet in iisque cum Hermanni Altahensis Annalibus Ottonis Chron. VII,* 12—34. *ex B* 4 *petita. Codicem ipse Berolini evolvi. Cf. H. Simonsfeld in 'Historische Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet' (*1886*), p.* 204 *sqq.; B. de Simson, in 'N. Archiv' XXXVI, p.* 693. 3) *Bibl. hist. medii aevi II*², *p.* 885. 4) *Cf. W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 623. 5) *De codice Neresheimensi cf. supra p. XLIII sq.* 6) *Codices deperditi, vel quos olim exstitisse non nisi coniciendo scimus, uncis quadratis inclusi sunt.*

Necessitudo, quae inter codices A intercedit, hoc stemmate depingitur[1]*:*



1) *Codices deperditi, vel quos olim extitisse non nisi coniciendo scimus, uncis quadratis inclusi sunt. Cf. supra p. XIX.*

Numeri, quibus b. m. Wilmans codices signavit, quomodo nostris respondeant, hac tabula ostenditur:

Wilmans. a) *in praefatione.*	b) *in apparatu critico.*	*Editio nostra.*
A 1	1	*A* 2
A 2	2	*A* 3
A 2*	2*	*A* 3*
A 3	3	*A* 1*a*
A 4	4	*A* 4
A 6[1]	6	*A* 1
A 7	—	*A* 1*a'*
A 8	—	*B* 2*a*
A 9	—	*A* 1*β*
A 10	—	*A* 1*β'*
A 11	—	*C* 2
A 12	—	*A* 1*b*
B 1	7	*B* 2
B 2	11	*B* 3 *(dep.* 2*)*
B 3	5	*B* 1
B 4	12	*B* 1*a*
Cα 1	*(editt.)*	*A* 1*γ (dep.* 1*), cf. C* 7.
Cα 2	13	*C* 3
Cα 3	13*	*Chron. Turic.* (1**a*)
Cα 4	9	*C* 4
Cα 5	10	*Chron. Turic.* (1**c*)
Cα 6	—	*Chron. Turic.* (1*)
Cα 7	—	*Chron. Turic.* (1**)
Cβ 1	2* *A* 1	*A* 3**a*$^{4\beta}$
Cβ 2	—	*A* 3**a*$^{4\gamma\gamma}$
Cβ 3	2* *A* 2	*A* 3**a*$^{3\alpha}$
Cβ 4	2* *A* 2*	*A* 3**a*^{3}
Cβ 5	2* *A* 3	*A* 3**a*$^{4\alpha}$
Cβ 6	—	
Cβ 7	2* *A*	*A* 3**a*^{1}
Cβ 8	2* *B* 1	*A* 3**b*^{1}
Cβ 9	—	—[2]
Cβ 10	—	—[3]
Cβ 11	—	—[4]
Dα 1	—	*B* 3 *(cf. B* 3*a)*
Dα 2*(a)*	—	*A* 3**a*$^{4\gamma}$
Dα 2*(b)*	—	*dep.* 6
Dα 3	—	*cf. dep.* 11
Dα 4	—	*G. Frid.*[5]
Dα 5	—	*A* 3**b*$^{1\alpha}$
Dα 6	—	*B* 1*b*
Dα 7	—	—[6]

1) *Numerum A* 5 *Wilmans omisit.* 2) *Codex Pollingensis ficticius, supra p. LXXXIII.* 3) *Codex Dunensis ficticius, supra p. LXXXIII.* 4) *Codex Manriquii ficticius, supra p. LXXXIII.* 5) *Codex Florent., supra p. LXXXIII sq.* 6) *Codex Patav. ficticius, supra p. LXXXIII.*

Wilmans. a) *in praefatione.*	b) *in apparatu critico.*	*Editio nostra.*
Dα 8	—	*Gest. Frid.* [1]
Dα 9	—	*A* 2*a*
Dα 10	—	*A* 3**b*^{2}
Dα 11	—	*A* 3**a*^{2}
Dα 12	—	*A* 3**a*$^{4\gamma}$
Dβ 1	—	*B* 4
Dβ 2	—	— [2]
Dβ 3	—	*C* 1

Et vice versa:

Editio nostra.	*Wilmans.* a) *in apparatu critico.*	b) *in praefatione.*
A 1	6	*A* 6
A 1*a*	3	*A* 3
A 1*α*	—	—
A 1*α'*	—	*A* 7
A 1*β*	—	*A* 9
A 1*β'*	—	*A* 10
A 1*γ* (*dep.* 1)	(*editt.*)	*Cα* 1
A 1*γ'*	—	—
A 1*b*	—	*A* 12
A 2	1	*A* 1
A 2*a*	—	*Dα* 9
A 2*b*	—	—
A 3	2	*A* 2
A 3*	2*	*A* 2*
A 4	4	*A* 4
A 3**a*^{1}	2**A*	*Cβ* 7
A 3**a*^{2}	—	*Dα* 11
A 3**a*^{3}	2**A* 2*	*Cβ* 4
A 3**a*$^{3\alpha}$	2**A* 2	*Cβ* 3
A 3**a*$^{4\alpha}$	2**A* 3	*Cβ* 5
	—	*Cβ* 6
A 3**a*$^{4\beta}$	2**A* 1	*Cβ* 1
A 3 *a*$^{4\gamma}$	—	*Dα* 2$^{(a)}$
	—	*Dα* 12
A 3**a*$^{4\gamma\gamma}$	—	*Cβ* 2
A 3**a*^{5}	—	—
A 3**b*^{1}	2**B* 1	*Cβ* 8
A 3**b*$^{1\alpha}$	—	*Dα* 5
A 3**b*^{2}	—	*Dα* 10
B 1	5	*B* 3
B 1*a*	12	*B* 4
B 1*b*	—	*Dα* 6
B 2	7	*B* 1
B 2*a*	—	*A* 8

1) *Codex Neresheim., supra p. XLIII sq.* 2) *Excerpta ex editione Cusp., supra p. LXXXI.*

Editio nostra.	*Wilmans.* a) *in apparatu critico.*	b) *in praefatione.*
B 2*b*	—	—
B 3 *(dep.* 2*)*	11	*B* 2
	—	*Dα* 1
B 3*a*	—	—[1]
B 3*b*	—	—
B 3*c*	—	—
B 3*c'*	—	—
B 4	—	*Dβ* 1
C 1	—	*Dβ* 3
C 2	—	*A* 11
C 3	13	*Cα* 2
C 3*a*	—	—
C 4	9	*Cα* 4
C 5	5 *(in libro octavo)*	*B* 1
C 6	—	*Dα* 9 *(in libro octavo)*
C 7 *(dep.* 4*)*	—	—[2]
dep. 1, *v. supra A* 1*γ*		
dep. 2, *v. supra B* 3		
dep. 3	—	*cf. sub Cα* 2
dep. 4, *v. supra C* 7		
dep. 5	—	—
dep. 6	—	*Dα* 2*(b)*
dep. 7	—	—
dep. 8	—	—
dep. 9	—	—
dep. 10	—	—
dep. 11	—	*cf. Dα* 3
? dep. 12	—	—

§ 6. *De editionibus Chronicae impressis et versione Germanica.*

Editiones sunt hae:

1*) Princeps, quam curavit Iohannes Cuspinianus a.* 1515[3]. *In qua etiam Beatus Rhenanus partem aliquam habuisse videtur, quippe qui in fronte libri picta Maximiliano I. imperatori dedicata nominetur*[4]. *Ex codice Scotorum Vindobonensi a Cuspiniano Vienna Austriae transmisso (A* 1*γ) et*

1) *Cf. sub Dα* 1. 2) *Cf. sub Cα* 1, *SS. XX, p.* 107, *n.* 90. 92. 3) Ottonis Phrisingensis Episcopi, viri clarissimi, Rerum ab origine mundi ad ipsius usque tempora gestarum, Libri Octo. Eiusdem De gestis Friderici primi Aenobarbi Caes. Aug. Libri Duo. Radevici Phrisingen. ecclesiæ Canonici Libri duo, prioribus additi, de eiusdem Friderici Imp. gestis. Argentorati, ex aedibus Matthiae Schurerii, mense Martio. An. MDXV. Ductu Leonardi et Lucae Alantsee fratrum. — *In nota marginali saec. XVI.(?) codici Monac. Lat. nr.* 23597. *(supra p. LXXV) adscripta ad editionem a.* 1508. *Augustae factam respicitur, de qua nihil constat, f.* 5r: Nota quod in hac manuscripta cronica plura reperiantur, quam in edita Augustae 1508, ab anno autem 1146. usque ad finem plane alterius est authoris, quam Ottonis. 4) *Cf. A. Horawitz et K. Hartfelder, 'Briefwechsel des Beatus Rhenanus', Leipzig* 1886, *p.* 621.

ex codice Sancti Trudperti in Nigra Silva ab hominibus officinae Argentoratensis 'multa cura, magnoque labore, amicorum denique ope' *conquisito (C 7) consuta est, textu etiam non semel ex auctoribus, Cicerone, Eusebio-Rufino, aliis, mutato*[1]. *Continet: Privilegium Maximiliani I. imperatoris, d. in civ. Vienna* 6. *Maii* 1514; *Cuspiniani dedicationem ad d. Iacobum de Bannisiis, ex Vienna Pannoniae* 1. *Mart.* 1514; *carmina duo Benedicti Chelidonii Norici, Viennae ad Scotos monachi, ad eundem et ad lectorem; indicem capitum omnium librorum: Vitam Ottonis Phrisingensis ex historia Australi Aeneae Sylvii sumptam, stemma Ottonis; notam 'Ad Lectorem', Argentorati, ex officina Matthiae Schurerii,* 1. *Mart.* 1515; *Errata Annalium Ottonis; Mendas Gestorum Friderici: Ottonis Chronicam I, prol. — VIII,* 35, *subiunctis libro septimo post catalogum carmine Benedicti Chelidonii 'de divo Caesare nostro Maxæmiliano' et 'capite ultimo', quod habes infra in appendice, p.* 458—460; *Ottonis epistolas ad Fridericum imperatorem et ad Renhaldum cancellarium; Ottonis et 'Radevici' Gesta Friderici, ex codice Marbacensi, nunc Parisiensi desumpta. Ex editione principe textus Welficis interpolationibus temeratus in omnes usque ad Wilmansianam editiones transiit.*

2) *Cuspiniani textum hic illic ex suo emendare conatus, omissa plerumque eius varia lectione, repetiit P. Pithoeus a.* 1569[2]. *Continet: P. Pithoei dedicationem ad Iacobum Cuiacium; De Ottone, Radevico et Gunthero iudicium; Ottonis Chronicam eodem quo apud Cuspinianum modo ordinatam (capitula, l. I—VIII, epist. ad imp. et ad cancell.); Gesta Friderici etc.* 'Absoluto iam pene Radewino' *Pithoeus a M. Flacio exemplaria duo accepit,* quorum alterum ante annos ducentos, ut videbatur, descriptum, Ottonis et Radewini de Friderici gestis historiam continebat'[3], *ex quo appendicem ad Rahewinum et epistolam de morte Friderici imperatoris*[4] *edidit,* 'alterum vix centum annorum omnia omnino Ottonis et Ragewini . . continebat'[5]. *Ex quibus in duobus foliis non numeratis*

1) *Unum longius interpolamentum invenitur VII,* 30, *p.* 357, *n.* *, *quod iam in A* 1γ *aut in C* 7 *exstitisse videtur.* 2) Ottonis episcopi Frisingensis Leopoldi Pii marchionis Austriae f. Chronicon, sive rerum ab orbe condito ad sua usque tempora gestarum, Libri octo, *additis Ottonis et Rahewini Gestis Friderici, Guntheri Ligurino etc.* Basileae, apud Petrum Pernam, MDLXIX. Non sine Caes. maiest. privilegio. 3) *Codex Guelferb. Helmst. nr.* 206 *(olim Siticensis) saec. XII. (B* 1 *apud Waitz).* 4) *SS. XX, p.* 494—496. 5) *Quem codicem A* 3*$a^{4\beta}$

in fine libri additis 'lectori' complura nota fecit[1]. *Ex A* 3**a*$^{4\beta}$ *epilogum (Honorii):* Rogo — perducat. Explicit forma, *'Prosapiam' Ottonis:* Fuit in partibus Austriae marchio quidam famosus — sufficiant, *additamentum Wittelsbachicum VI,* 20 *(p.* 282, *n.* **) *primus edidit, unde in editiones sequentes transierunt. Ibidem etiam breviter quorundam exemplarium Chronicae universalis quam dicimus Turicensis, quam ab Ottone de Sancto Blasio compositam et usque ad a.* 1273. *productam putavit, mentionem fecit.*

3) *Pithoeum totus secutus est Christianus Urstisius in Germaniae historicorum illustrium tomo I, 'Francofurdi, Apud heredes Andreae Wecheli',* 1585. *Sed, antequam manuscriptum typographorum officinae committeretur, vetustos duos codices Turicenses, C* 3 *et alterum ei simillimum, de quibus supra disputavimus p. LXXIV sq., nactus (cf. p.* 196. 402*), in universum quidem nihil mutans, in singulis tamen locis compluribus textum secundum C* 3 *correxit*[2]. *Epistolas ad imperatorem et ad cancellarium de fine ad suum in capite Chronicae locum transtulit. Ex C* 3 *Ottonis de Sancto Blasio continuationem primus subiunxit*[3].

4) *Urstisii Germaniae historicorum illustrium tomi duo recusi sunt Francofurti ad Moenum, sumptibus Iacobi Godofredi Seyler,* 1670, *nihil nisi erroribus typothetarum hic illic emendatis.*

Novam Urstisianae collectionis 'diligenter recognitae, maximam partem cum codicibus mscr. collatae, novis accessionibus auctae et adnotationibus passim adspersis illustratae' editionem parabat Georg. Christ. Ioannis, Argentorati impensis Ioannis Reinholdi Dulsseckeri anno 1728. *proditurum, quae lucem nunquam vidit. Ioannis manuscriptum omnibus modis absolutum in codicibus Monacensibus Latinis nr.* 709. *et* 710. *exstat. Ottonis Chronicae variam lectionem ex A* 3**a*$^{4\alpha}$ *et ex Albrici Chronica adscripsit*[4].

esse ex diligenti Pithoei descriptione, imprimis ex chartula genuinum Ottonis textum exhibente ad VI, 20. 'in margine infimo adglutinata', *patet.*

1) *Ex. gr. V, prol.* Berengarii *a Cusp. omissum (p.* 227, *n.* **) *in A* 3**a*$^{4\beta}$ *exstare monuit.* 2) *Cf. ex. gr. infra p.* 41, *n.* h; 65, *n.* f; 69, *n.* h; 73, *n.* d; 88, *n.* i; 326, *n.* d; 343, *n.* k; 359, *l.* 32 — 36, *n.* q. 3) *Ex Urstisio desumpta sunt excerpta ex libro VI. apud Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' XI, p.* 260 — 263. 4) *Cf. Docen, 'Archiv' II, p.* 187 *sqq.*

5) *In Bibliothecae Patrum Cisterciensium tomo VIII, Paris* 1669, *quamquam in titulo legatur:* Prodeunt nunc primum in lucem opera et studio D. Bertrandi Tissier Doctoris Theologi, Coenobii B. Mariae de Bono fonte in Terrascia, Ordin. Cisterc. Prioris, *ad verbum Cuspiniani editionem Chronicae et Gestorum Friderici repetitam esse, omisso tamen catalogo pontificum et imperatorum, b. m. R. Wilmans animadvertit.*

6) *Primus novum textus fundamentum codicibus indefesso labore plurimis collatis aut inspectis Rogerius Wilmans, optime de Ottone Frisingensi meritus, ponere conatus primus textum Welficis interpolationibus liberum proposuit, plerumque ad classem A, et eius deteriores codices A* 3. 3*, *adhibitis saepissime non multo praestantibus A* 2, *A* 1*a vel etiam deterrimo A* 4, *accommodatum nec tamen plurimis locis a Cuspinianeo satis emancipatum. Quae editio, in manuscripto a.* 1854. *absoluta, a. demum* 1868 *in Mon. Germ. SS. XX, p.* 83—301, *in lucem prodiit, eodem tempore inter Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum recusa, Hannoverae* 1867 *(!). Primus codices, quamquam non omnes recte, in tres classes A, B, C Wilmans distribuit; sed quae rationes inter eas intercederent quidve iudicii de iis ferendum esset, non perspexit, codicibus vel maximi momenti A* 1, *C* 1, *C* 2, *C* 4 *omnino non, vel obiter tantum evolutis, ceteris quoque, velut B* 1, *B* 2, *B* 3 [1], *C* 3, *A* 3, *A* 3*, *non satis diligenter excussis. Priores Chronicae libros et maxime librum VIII, qui infra primum critice recognitus prodit, ex communi illius aetatis sententia intactos fere reliquit nec ipsos VI. et VII. libros ad plenum absolvit.*

Epistolas ad imperatorem et ad cancellarium, prologum libri primi, libros VI. et VII. cum continuationibus S. Stephani Frisingensi et Cuspiniani Germanice vertit H. Kohl [2] *in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', Leipzig* 1881, *'2. Gesamtausgabe' t. LVII (saec. XII, t. IX).*

§ 7. *De fontibus Chronicae.*

Auctores, quos Otto in Chronica componenda adhibuit [3], *hi sunt:*

1) *Quem iam deperditum quam maxime dolemus.* 2) *Qui etiam locos Sacrae Scripturae aliosque complures antea neglectos diligenter investigavit.* 3) *Cf. R. Wilmans, 'Archiv' X, p.* 150 *sqq. Ad libri V. c.* 1—15. *V. Cl. H. Bresslau inquisitionem fontium in seminario histo-*

A) Theologi: Sacra scriptura cum glossa ordinaria, Hieronymus[1], *Augustinus, cuius libros De civitate Dei maxime non solum in historicis sed etiam in theologicis secutus est*[2], *Gregorius Magnus*[3], *Regula S. Benedicti, Isidorus*[4], *Pseudo-Dionysius Areopagita*[5], *Gilbertus Porretanus*[6], *Hugo de Sancto Victore*[7], *Bernhardus Clarevallensis*[8], *Pseudo-Methodius*[9], *Concilia et canones*[10], *quorum qua collectione Otto usus sit, diffiniri non potest, missale*[11], *hymni ecclesiastici*[12]. *Minus certo constat de Origene*[13], *Cypriano*[14], *Hilario Pictaviensi*[15], *Ambrosio*[16], *Iohanne Chrysostomo*[17], *Aratore*[18], *Cassiodoro*[19], *Beda*[20], *Abaelardo*[21], *Honorio Augustudunensi*[22], *aliis, inter quos Gerhohus Reicherspergensis mentione dignus videtur, quippe qui cum Ottone crebrius commercium litterarum habuerit*[23].

rico Strassburgensi a. 1902. *diligenter institutam utendam mihi benignissime concessit.*

1) *Adhibuit praefationes in Pentat. (II,* 47*), in libros Salomonis (III,* 12*), in Isai. (II,* 4*); comm. in Isai., in Ezech., in Danielem; De viris illustribus, Vitam Pauli heremitae (IV,* 5*), Chronica (cf. infra p. XCIII, n.* 24*); fortasse etiam comm. in Ioelem (VIII,* 18*, p.* 417*), epist., lib. Hebr. quaest. in Genesim et lib. de nominibus Hebr. (I,* 7; *cf. II,* 11*, p.* 79*, n.* 9*).* 2) *Praeterea adhibuit Enarr. in psalmos, Tractat. in evang. Iohannis, De doctrina Christiana (III, prol., p.* 131*), De Genesi ad litteram (VII, prol., p.* 307*), Confessiones (II,* 8*, p.* 78*), sermones (VII,* 9*, p.* 320; *fortasse etiam VIII,* 29*, p.* 440*), epistolas (VIII,* 34*, p.* 454*), fortasse etiam Enchiridion et De peccatorum meritis et remissione (VIII,* 24*, p.* 429*).* 3) *Adhibuit Dialogum, homilias in evang., Moralia in Iob.* 4) *Origines (Etymol.); de aliis libris minus certo constat.* 5) *De caelesti hierarchia (VIII,* 30—32. 35; *cf. VIII,* 20*, p.* 419*, l.* 8*).* 6) *Comment. in Boethium (III, prol, p.* 131; *VIII,* 34*, p.* 455*).* 7) *Certo adhibuit Summam Sententiarum (IV,* 18; *VIII,* 30; *cf. VIII,* 34*), comm. in hierarchiam caelestem Dionysii (VIII,* 30—32. 35*); minus certo de libris De arca Noe, De arca Noe mystica, De vanitate mundi, De sacramentis fidei constat. Quaestiones in epistolas Pauli, quibuscum Otto hic illic convenit, fortasse non Hugonis, sed recentioris canonici Sancti Victoris sunt.* 8) *Fortasse De laude novae militiae ad milites Templi (VII,* 9*, p.* 320*); cf. IV,* 18*, p.* 205*, n.* 2. 9) *P.* 6*, l.* 6 *sq.* 10) *Concil. Nic. a.* 325 *(III,* 2; *VII,* 3*), Ephes. a.* 431 *(IV,* 23*); Pseudo-Isidor. (cf. III,* 2. *IV,* 23. 26*); Constit. Constantini (IV,* 3*). Nicolai I. epistolas de divortio Lotharii (VI,* 3*, p.* 265*) et Leonis papae VIII. decreta de investitura spuria (VI,* 17 *in.) Otto fortasse ipse non vidit.* 11) *III,* 6*, p.* 142; *IV,* 25. 12) *Ex. gr. III,* 43*, p.* 175 *sq. Cf. IV,* 7 *fin. de symbolo 'Quicumque'.* 13) *III,* 27*, p.* 168. *III,* 31. 14) *III,* 35. 15) *IV,* 8. *Quem certo novit, Gesta Frid. I,* 54. 55. 58. 16) *IV,* 13; *cf. p.* 205*, n.* 1. 17) *IV,* 19*, p.* 208. 18) *V,* 4*, p.* 235. 19) *V,* 4*, p.* 235. *Commentario in psalmos Otto usus est in epist. ad Wibaldum.* 20) *V,* 18*, p.* 248. 21) *IV,* 18*, p.* 205*, n.* 2; *VIII,* 23 *fin.* 22) *VIII,* 18*, p.* 417; *VIII,* 21*, p.* 425. 23) *Pez, Thesaurus anecdotorum I,* 2*, col.* 331—332. 165 *sqq.; VI,* 1*, col.* 565 *sqq.* 570 *sq.; cf. MG. Libelli de lite III, p.* 137. *Cf. infra p.* 412*, n.* 1.

B) Philosophi et grammatici: Platonis Timaeus[1]*; Aristotelis Praedicamenta, Peri ermenias, Analytica priora et posteriora, Topica, Elenchi*[2]*, quae omnia Otto a Boethio translata esse putavit*[3]*; Boethii libri philosophici et theologici*[4]*; Hermes Trismegistus*[5]*; Ciceronis De officiis*[6]*, Paradoxae*[7]*, De inventione*[8]*, Pro M. Marcello*[9]*; Rhetorica ad Herennium*[10]*; Seneca*[11]*; Priscianus*[12]*. De Pseudo-Aristotelis De imaginibus libro certi quicquam diffiniri non potest*[13]*.*

C) Poetae: Virgilius[14]*, Horatius*[15]*, Ovidius*[16]*, Iuvenalis*[17]*, Lucanus, Statius*[18]*, Pindari Thebani Ilias Latina*[19]*, versus de Lucretia (Hildeberti Cenomanensis?)*[20]*, rhythmus Herimanni Contracti aliunde non notus*[21]*; fortasse etiam Claudianus*[22]*, epitaphium Boethii*[23]*.*

D) Historici, legendae, leges: Chronica Eusebii ab Hieronymo translata et aucta[24]*; Chronica Frutolfi Michelsbergensis († 1103)*[25] *cum continuatione usque ad a.* 1106[26]*, ex quibus Otto plurima inde ab I,* 3. *vel* 4. *usque ad VII,* 12*, maxime inde ab IV,* 23*, desumpsit; Orosius; Eusebii Historia ecclesiastica a Rufino translata et continuata, quam ab Hieronymo translatam et continuatam esse Otto putavit*[27]*;*

1) *Ex interpret. Chalcidii; I, prol., p.* 8; *VII, prol., p.* 308; *VIII,* 8, *p.* 401. 2) *II,* 8, *p.* 76 *sq. Topicis, Analyticis, Elenchis Otto ex interpretatione Iacobi clerici de Venetia a.* 1128. *facta usus esse videtur.* 3) *V,* 1, *p.* 230. 4) *V,* 1, *p.* 229 *sq. Consol. philosophiae: I, prol. in.; V,* 1, *p.* 229; *VI,* 9, *p.* 271. *Comm. super Peri ermenias: II,* 8, *p.* 77; *in categorias: ep. ad canc. p.* 4. *De syllogismo hypothetico: ep. ad canc. in., p.* 4, *l.* 3 *sqq. (cf. Addenda). De differentiis topicis: ib., p.* 4, *l.* 22. 5) *I,* 16 *fin. Cf. P. Thomas, Apulei Platonici de philosophia libri, Leipzig, Teubner,* 1908. 6) *I,* 26. *II,* 19. 24. 31. 34. 40. 44. 7) *II,* 34. 44. 8) *I,* 6, *p.* 44, *sub titulo* Rethoricae primae. 9) *II,* 50, *p.* 128. 10) *I,* 6, *p.* 45. 11) *Epist. ad Lucilium: II,* 40, *p.* 114; *ad Paulum apostolum spuriae: III,* 15, *p.* 153. 12) *Instit. grammat.: II,* 8, *p.* 75; *V, prol. in.; cf. V,* 4, *p.* 235. 13) *VIII,* 35, *p.* 457, *n.* 1. 14) *Aeneis, Georg. (III,* 11. *ex Orosio, sed vide Gesta Frid. I,* 4*), Eclogae (I,* 28*).* 15) *Epistolae, et maxime Ars poetica, auctoris nomine numquam posito.* 16) *Metamorph. (VIII,* 8*), Fasti (I,* 27*).* 17) *II,* 6. 18) *Thebais (VIII,* 17, *p.* 414*).* 19) *I,* 25, *p.* 56. 20) *II,* 9; *cf. Addenda.* 21) *VI,* 32, *p.* 298. 22) *IV,* 18. *ex Orosio et Frutolfo (cf. Augustin. De civ. Dei V,* 26*). Cf. III,* 20, *l.* 18. *et Claudiani De quarto consulatu Honorii v.* 315 *sqq.* 23) *V,* 1, *p.* 229, *n.* 4. 24) *I,* 27, *p.* 61; *II,* 16, *p.* 85. *Etiam pluribus locis Otto ipsa Hieronymi Chronica exscribere potuit, ubi, cum ad verbum Hieronymiana in Frutolfi librum transissent, ad Frutolfum remisimus.* 25) *Sub Ekkehardi Uraugiensis nomine edita SS. VI. Cf. H. Bresslau, 'Neues Archiv' XXI, p.* 197 *sqq.* 26) *Quam brevitati consulentes sub Ekkehardi nomine attulimus, de auctore nos quidem nihil diffinientes.* 27) *IV,* 5 *fin.; 6 fin.;* 14, *p.* 200; 18, *p.* 207; 21, *p.* 212. *Errorem in*

Historia tripartita iussu Cassiodori translata et in unum collecta; Sallustius[1]*; Dares Phrygius*[2]*; Iosephi Antiquitates Iudaicae et De bello Iudaico*[3]*; Pseudo-Hegesippus; Vitae patrum*[4]*; Rufini Historia monachorum*[5]*; Iordanis Romana et Getica; Pauli diaconi Historia Langobardorum*[6]*; Reginonis Chronica cum continuatione, maxime inde ab V,* 7; *Annales Hildesheimenses*[7]*; catalogus*[8] *quidam pontificum et imperatorum Romanorum*[9]*; Vita b. Silvestri (IV,* 1 *fin.; cf. G. Frid. II,* 34*); Iohannis vita Gregorii Magni*[10]*; Gebehardi vita s. Udalrici*[11]*; translatio s. Dionysii*[12]*; martyrologium*[13]*; legendae vel vitae et passiones complurium sanctorum*[14]*; epistola Luciani de revelatione corporis s. Stephani*[15]*; sanctae crucis exaltatio*[16]*; Vita Aristotelis*[17]*; prologus legis Baiuwariorum*[18]*; lex Salica*[19]*; leges Iustinianae*[20]*. Fortasse etiam Widukindi Res gestae Saxonicae*[21]*, Liudprandi Antapodosis*[22] *et Historia Ottonis*[23]*, Isidorus*[24]*, Beda*[25] *hic illic inspecti sunt. Historia Miscella (vel Pauli Romana)*[26]*, Sigeberti Chronica*[27]*, Gesta Francorum*[28]*,*

codice aliquo Otto invenire potuit, cf. Cacciari in praefatione ad Eus bii Historiam ecclesiasticam Rufino interprete, I, Romae 1740, *de codice Vatic. reg.* 564 *(sasc. XI). Otto codice Monac. Lat. nr.* 6375 *(Frisingensi) vel apographo eius usus est.*

1) *II,* 37. 44, *p.* 120 *sq.; cf. II,* 19, *p.* 89, *n.* 6. 2) *I,* 26, *p.* 58; *cf. I,* 25, *p.* 56. 3) *Rufino interprete. Editione Coloniensi (in aedibus Eucharii Cervicorni) a.* 1524. *usus sum.* 4) *IV,* 14, *p.* 201, *l.* 1. 5) *I,* 26, *p.* 60. 6) *Cf. V,* 4, *p.* 233. 235; *V,* 5, *p.* 236; *V,* 6, *p.* 237; *V,* 13 *fin.; V,* 16, *p.* 247. 7) *I,* 24, *p.* 56; *II,* 6; *III,* 18, *p.* 158, *l.* 24 *sq.; V,* 4 *fin.; VI,* 28, *p.* 292; *VI,* 31, *p.* 295. 296. 8) *Vel catalogi, ad quos sub titulo 'Gestorum Romanorum' Otto respexit, VI,* 13, *p.* 273; *cf. VI,* 22: secundum Romanos; *p.* 382: Iuxta Romanos; *cf. VI,* 32 *fin., p.* 300; *p.* 378, *l.* 12. *Quos fortasse in curia papali vel in Urbe a.* 1145. *Otto accepit.* 9) *Cf. p.* 376, *n.* 6. 7. *etc.* 10) *V,* 7, *p.* 238; *cf. IV,* 26, *p.* 217. 11) *VI,* 18, *p.* 279. 12) *VI,* 11, *p.* 272, *n.* 6. 13) *Cf. III,* 30, *p.* 169; *III,* 35, *p.* 172. 14) *Et maxime sanctorum Thebeorum (Mauricii, Gereonis, Victoris): III,* 43, *p.* 176 *sq.; s. Viti, s. Afrae: III,* 43, *p.* 177; *s. Basilii: IV,* 10, *p.* 197; *s. Columbani, s. Leodegarii, fortasse etiam s. Galli et s. Romarici: V,* 7, *p.* 238; *s. Corbiniani: V,* 24; *Thiemonis: VII,* 7; *fortasse s. Bonifatii: V,* 25, *p.* 253. 15) *IV,* 22. 16) *Cf. V,* 8, *p.* 240. 241. 17) *II,* 8, *p.* 75. 77. 18) *V,* 9, *p.* 242. 19) *IV,* 32, *p.* 224. 20) *Cf. V,* 4, *p.* 233. 21) *Cf. VI,* 15, *p.* 275, *n.* 6. 22) *Cf. VI,* 15. 23) *Cf. VI,* 23, *p.* 286; *VI,* 24, *p.* 287, *n.* 4. 24) *Cf. III,* 31, *p.* 170, *n.* 2; *V,* 4 *fin.; V,* 9, *p.* 240; *de Originibus cf. supra p. XCII.* 25) *Cf. III,* 31, *p.* 170, *n.* 2; *V,* 18, *p.* 248. 26) *Cf. ex. gr. II,* 10, *p.* 79, *l.* 15 *(Hist. misc. I,* 15*); II,* 17, *p.* 87, *l.* 2; *III,* 37, *p.* 172; *IV,* 11, *p.* 199; *IV,* 21, *p.* 211. 27) *Cf. ex. gr. IV,* 27, *p.* 221; *V,* 9, *p.* 241; *V,* 12, *p.* 244, *l.* 20 *sq.; VI,* 23, *p.* 286; *VI,* 24, *p.* 288; *VI,* 35, *p.* 304, *n.* 7; *VII,* 1, *p.* 310; *VII,* 9, *p.* 319. 28) *Cf. ex. gr. IV,* 32, *p.* 225, *n.* 3.

Pauli Bernriedensis Vita Gregorii VII.[1] *adhibita esse probari pro certo non possunt nec magis de Annalibus Mellicensibus constat*[2]. *Cum libro Germanice scripto 'Kaiserchronik' num quaedam ratio intercedat, non constat*[3]. *Bertholdi Chronicam ab Ottone adhibitam esse, quo iure putemus, non habemus*[4].

Deperditi sunt liber 'cuiusdam moderni', qui VI, 15, *p.* 276. *affertur, et libellus Herimanni Contracti de Conrado II. et Heinrico III*[5]. *Istum libellum artissime cum Wiponis Gestis Chuonradi et Herimanni Chronicae parte postrema coniunctum esse, ex iis, quae ex eo VI,* 28—33, *modo ad Wiponem modo ad Herimanni Chronicam propius accedentia, desumpta sunt, apparet. Neque vero Ottonem ipsa Herimanni Chronica et Wiponis Gesta exscripsisse et haec per errorem Herimanno tribuisse, etsi non omni dubio rem carere non nego, crediderim, cum et, quamvis pauca, neque apud Wiponem neque in Herimanni Chronica obvia ponantur*[6] *et Herimannum Gesta Chounradi et Heinrici imperatorum conscripsisse Bertholdus testetur neque Ottoni Herimanni Chronica integra praesto fuisse certo certius evinci possit*[7]. *Praeterea epistolas Heinrici IV. ad Philippum I. regem Franciae et ducem Aquitaniae et Lucii papae II. ad Conradum III. regem Otto novit*[8]. *Ceterum fieri potuit, ut Otto collectionem codici Udalrici similem vel ipsum Udalrici codicem in usus suos converterit, quae alibi accuratius inquiremus.*

Multa quoque, quae ipse viderat vel audiverat, libro suo inseruit, neque solum, ipso testante[9], *inde a VII,* 12. *omnia* a probabilibus viris tradita vel a nobis ipsis visa et audita *posuit, ita ut, exceptis quas memoravimus epistolis,*

1) *Certo peculiaris de Hildebrando traditio Ottoni praesto erat, cf. VI,* 32, *p.* 299 *sq.; VI,* 33, *p.* 300 *sq.; VI,* 36; *se haec dicturum esse, sicut probatorum virorum relatu cognoverit, dicit VI,* 32 *fin. Cf. G. Frid. I,* 2, *ed. de Simson, p.* 14, *l.* 11. 2) *Cf. III,* 20, *p.* 160; *VI,* 34 *fin., p.* 304; *VII,* 15 *fin.* 3) *Cf. I,* 26, *p.* 57; *II,* 48, *p.* 125. 126; *III,* 43, *p.* 175; *V,* 1, *p.* 229, *n.* 4; *VII,* 23, *p.* 345. 4) *VI,* 33 *fin.; VI,* 34, *p.* 302. 5) *VI,* 33 *fin. Cf. I. R. Dieterich, 'Die Geschichtsquellen des Klosters Reichenau bis zur Mitte des* 11. *Jh.', Giessen* 1897, *p.* 67 *sqq., cui tamen in ceteris pluribus assentiri non possum.* 6) *Ex. gr. VI,* 28, *p.* 292, *l.* 12; *et maxime VI,* 31, *p.* 295, *l.* 26. *Cf. etiam p.* 295, *n.* 3. 5. 7) *Cf. ex. gr. IV,* 9, *p.* 195, *n.* 5; *V,* 8 *in.; V,* 9, *p.* 240, *n.* 5; *V,* 18, *p.* 248, *n.* 2; *V,* 25, *p.* 253; *VI,* 23, *p.* 286, *n.* 4; *VI,* 24, *p.* 287, *n.* 3. 4; *VI,* 25, *p.* 288, *n.* 8. 8) *VII,* 12. 31, *p.* 358. *Ad epistolam Eugenii papae III. fortasse redit VII,* 34, *p.* 367, *l.* 14—15. 9) *VII,* 11 *fin.*

certum ullius auctoris in auxilium vocati vestigium non appareat[1], *nisi quod fortasse relationem caesaream a.* 1111. *primam eum novisse ut pro certo non affirmari, ita negari non poterit*[2], *sed etiam aliis locis plurimis talia iis, quae apud alios auctores invenerat, addidit: ex. gr. Treverensia I,* 8. *III,* 14, *p.* 151 *sq. III,* 43, *p.* 175. *IV,* 7 *fin.*[3], *quae, quamvis Ottonem Gesta Treverorum hic illic inspexisse plane non negaverim*[4], *tamen et ipse Treveris vidit et audivit; de Coloso Rhodi civitate I,* 12 *fin.; de Xantensi urbe I,* 25. 26. *III,* 43, *p.* 177[5]; *de Ulixibona a Christianis Sarracenis erepta (a.* 1147, *cf. supra p. XIII) I,* 26, *p.* 59[6]; *de Moguntia et sepulcro Drusi, de Augusta Vindelica et colle Perleich III,* 3; *de Pilato apud Viennam Galliae in Rhodano merso III,* 12, *p.* 148 *sq.; de Iacobo apostolo in Hispania sepulto III,* 14, *p.* 150 *sq.; de Colonia III,* 14, *cf. III,* 43, *p.* 177, *et IV,* 28 *fin. et VII,* 12, *p.* 323; *de Aurelianensi urbe ab Aureliano imperatore condita III,* 39; *de Bunna III,* 43, *p.* 176; *de Ambrosio confessore apud Thessalonicenses venerato IV,* 18 *fin.; de villa S. Egidii et Palatio Gothorum IV,* 21 *fin.; de Aquileiensibus et colle Utini IV,* 27; *de b. Nicasio Remensi martyre IV,* 28 *fin.; de s. Severino, quem perperam Ravennatensium episcopum putavit, IV,* 30; *de monasterio S. Galli V,* 7, *p.* 238; *de s. Theodosiae virginis martyris sepulcro Constantinopolitano V,* 18; *de monasterio Laureacensi V,* 29; *de Pecenatis et Falonibus VI,* 10, *p.* 271; *de Ratisponensi urbe et monasterio s. Emmerammi VI,* 11. 13 *fin.; de interitu Adalberti comitis Babenbergensis et origine marchionum Austriae VI,* 15[7]; *de Marchia orientali Ungaris erepta et Leopaldi (II.) virtute VI,* 15, *p.* 275. *VI,* 32, *p.* 298 *sq.; de comitibus palatinis Baioariae ex gente Wittelsbachica VI,* 20[8]; *de metallis iuxta civitatem Goslariam et de Magdeburgensi urbe sepulcroque Ottonis Magni imperatoris VI,* 24, *p.* 288; *de s. Stephano Ungarorum rege VI,* 27; *de sepulcro Heinrici II. Babenbergensi VI,* 27 *fin.; de imperatoribus Spirae sepultis VI,* 31 *fin., VI,* 33 *fin., VII,* 16 *fin.; de morte*

1) *W. Bernhardi, 'Lothar von Supplinburg', p.* 717, *n.* 18, *nulla iusta causa suadente, Ottonem VII,* 20 *in. libellum rhetorice scriptum deperditum de Lotharii expeditione Italica secunda expilasse statuit. Non esse cur VII,* 17. *Narrationem de electione Lotharii adhibitam putaremus, idem p.* 821. *ostendit.* 2) *VII,* 14, *p.* 327, *n.* 1. 3) *Cf. etiam VI,* 8, *p.* 269. 4) *Cf. etiam II,* 48, *p.* 125. 126. 5) *Cf. A. Hofmeister in 'Histor. Aufsätze, Karl Zeumer dargebracht', Weimar* 1910, *p.* 93, *n.* 2. 6) *Cf. etiam Gesta Frid. II,* 16 *fin., ed. de Simson p.* 119. 7) *Cf. 'N. Archiv' XXXVII, p.* 117. 8) *Cf. supra p. XV sq.*

Ernusti marchionis Orientalis et Gebihardi comitis VI, 34 *fin.; de valle Iosaphat VIII,* 18, *p.* 417, *l.* 5—8.

Ad iter, quod Otto in Italiam a. 1145. *ad curiam apostolicam fecit ea, quae VII,* 15, *p.* 330. *de valle Tridentina et VII,* 27. 29—31. *de rebus Italicis et praecipue Romanis turbatis, fortasse etiam VII,* 34 *in. et V,* 3, *p.* 232, *l.* 18—20. *de Theodorico, VI,* 33, *p.* 301, *l.* 29—31. *de clade Leoni papae IX. in Apulia illata, VII,* 7, *p.* 316. *de Conrado Heinrici IV. filio Florentiae sepulto leguntur, spectant. Tunc etiam ipse Romae constitutus ea, quae 'ex Romanorum traditione' posuit, collegit: IV,* 1 *fin.; VI,* 25. 32, *p.* 299; *VI,* 34, *p.* 302 *sq.; VII,* 16, *p.* 331 *sq.*[1], *et ut Lateranum*[2], *ita monasterium ss. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias prope Urbem situm visitasse videtur*[3]. *Tunc Gabulensis episcopus ei de rebus Christianorum in Terra Sancta constitutorum et fabulosa de Iohanne presbytero rege Indiae narravit*[4]*; ab eodem vel ab Armeniorum episcoporum legatis, quos praesens ipse Vetrallae*[5] *mense Novembri a.* 1145. *vidit (VII,* 32*), audisse potest ea, quae ex 'probatorum transmarinorum virorum' (VII,* 3*) vel 'orientalium' (VIII,* 20, *p.* 420, *l.* 19*)*[6] *relatione de Babylone Chronicae inseruit*[7]*; eodem V,* 9, *p.* 241. *de Mahometo et VII,* 7, *p.* 317 *sq. de religione Sarracenorum, fortasse etiam I,* 6, *p.* 45. *de Mussa civitate referenda esse videntur.*

De rebus Baioaricis suo tempore gestis Ottonem quaedam peculiaria posuisse non est, quod miremur. Ea, quae de rebus Bohemicis, Polonicis, Ungaricis saec. XI. vel XII. habet, propter multiplices necessitudines, quae inter marchiones Babenbergenses et harum nationum principes intercedebant, facile perspicere et potuit et voluit[8]. *Ad Frisingam ipsam VI,* 26. *fin. de cognominibus Ottonum II. et III. nos remittere videtur*[9]. *Ex Francia fortasse II,* 19, *p.* 90. *de dicto Socratis, III,* 1 *fin. de Cleopatra*[10], *III,* 11, *p.* 147. *de dicto Dionysii Areopagitae originem trahunt.*

Auctorum, quos in auxilium vocavit, codicibus plerumque iis, quos in bibliotheca Frisingensi vel invenit vel ipse eo intulit, Otto usus esse videtur[11].

1) *Cf. etiam VII,* 1. 6; *IV,* 3. 2) *VI,* 34, *p.* 303. 3) *V,* 9, *p.* 241. 4) *VII,* 28. 30. 33. 5) *Et Viterbii, ubi papa a.* 1145. *Oct.* 28., 31. *et Nov.* 17., 18., 22. *morabatur, Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 8789—8795. 6) *Cf. etiam VII,* 4, *p.* 313, *l.* 22. 7) *Cf. etiam VII,* 5 *in.* — *Cf. supra p. XIV, n.* 1. 8) *Cf. 'N. Archiv' XXXVII, p.* 119. 9) *P.* 290, *n.* 2; *cf. n.* 3. 10) *Sed cf. Addenda, p.* 494. 11) *Cf. codices Frisingenses in bibliothecam regiam Monacensem translati, Catal. cod. manuscript. bibl. regiae Monac. I,* 3, *p.* 72 *sqq.*

Auctores, quos enumeravimus, non omnes uno tempore simul neque integra semper eorum opera ad manus habuisse Otto putandus est, qui etiam sententias complures fortasse ex florilegiis vel ex communi aetatis suae doctrina vel alio aliquo intercedente medio magis quam ex ipsis fontibus desumpsit et in Chronica conscribenda hic illic non ipsos auctores, sed excerpta ex iis prius confecta adhibuisse et interdum res antea lectas ex memoria posuisse videtur. Quo, ut assolet, factum est, ut in errores non semel incideret[1]. *Qui etsi nec numero nec, si per se singula inquisieris, pondere carent, in universum ad iudicium de opere ferendum nihil faciunt, quippe in quo ubique et in omnibus Otto id egerit, ut magis, quibus de causis et quem ad finem omnia facta quomodoque inter se coniuncta essent, ostenderet, quam ut in singulis quibusque semper, quomodo res singulae specialiter gestae essent, investigaret.*

§ 8. *De expilatoribus Chronicae.*

Chronicam Ottonis omnibus medii aevi temporibus iterum atque iterum lectam fuisse probant et codices qui exstant vel quorum notitia habetur, numero plus quam quinquaginta, et magna eorum turba, qui ea in aliis operibus conscribendis usi sunt. Omnes codices et omnes fere qui ipsum Ottonis librum exscripserunt ad australem vel ad austrum et orientem spectantes et ad occidentales Germaniae partes pertinent. Et in Baioaria et Austria codices A, in Alemannia (et Helvetia) codices C, codicum B vero in Alsatia[2] *B* 1, *qui ad C propius accedit, in Baioaria et Austria B* 2 *et B* 3, *qui cum A artissime coniuncti sunt, vulgati inveniuntur. Nec minus, quantum iudicare licet, apud orientales auctores textum A vel B* 2, *B* 3 *similem, apud occidentales textum C vel B* 1 *similem adhibitum videmus. Extra Germaniam praeter Albricum Trium Fontium monachum dioc. Catalaunensis Campaniae ad codicem B* 1 *similem et Iohannem Dtugosz Polonum ad A, ut videtur, redeuntes adhuc nullos Ottonis expilatores novimus. Nam ea, quae in catalogis et chronicis pontificum et imperatorum Italicis saec. XII. et XIII. ex Ottonis libro VI. desumpta leguntur, omnia ad Cronicam pontificum et imperatorum S. Bartholomaei in Insula Romana*[3] *redeunt, quae sua ex*

1) *Quos suo quemque loco castigavimus, alibi accuratius de iis disputaturi.* 2) *Cf. supra p. XV.* 3) *SS. XXXI, p.* 214 *sq.*

diplomate Friderici I. imperatoris a. 1167. *Aug.* 6. *ecclesiae S. Bartholomaei dato*[1], *cui excerpta, quae maxime ad B accedunt*[2], *ex VI,* 24—26. *inserta sunt, desumpsit. Plurima ex Ottone Gotifredus et Albricus integra fere aut leviter mutata transscripserunt; ex Gotifredo Ottoniana ad plurimos devenerunt*[3].

Chronicam Ottonis medii aevi temporibus in usus suos converterunt hi[4]*:*

Saeculo XII: Dialogus de pontificatu sanctae Romanae ecclesiae (auctore fortasse Rahewino) a. 1162/63. *conscriptus*[5], *diploma Friderici I. imperatoris a.* 1167. *Aug.* 6. *ecclesiae S. Bartholomaei in Insula Romana datum (ex B, ut videtur)*[6], *Historia Welforum Weingartensis (ex C: SS. XXI, p.* 454 *sqq.), Chronographus Weingartensis (ex C*[7], *ut videtur)*[8], *cuius pars posterior dicitur Hugonis continuatio Weingartensis (SS. XXI p.* 475*), Compilatio Admuntensis*[9], *Annales Admuntenses (ex A* 4; *SS. IX, p.* 570 *sqq.), Annalium Mellicensium continuatio Admuntensis (SS. IX, p.* 580*), Auctarium Zwetlense (SS. IX, p.* 539 *sq.), Auctarium Garstense (SS. IX, p.* 562 *sqq.)*[10], *Annales S. Rudberti Salisburgenses (SS. IX, p.* 760 *sqq.)*[11], *Anonymi Zwetlensis Historia pontificum Romanorum (ex A)*[12], *Magnus presb. Reicherspergensis in Annalibus et Chronico (ex A, ut videtur; SS. XVII, p.* 443 *sqq.)*[13], *Compilatio S. Lam-*

1) *Stumpf, 'Reichskanzler' nr.* 4088; *Sybel et Sickel, 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X,* 11. 2) *Quae ex exemplari imperatori transmisso (F) desumpta statuere non dubitaveris.* 3) *Quo etiam Hartmannus Schedel in Libro Cronicarum (Norimb.* 1493*) usus est, ubi ipsam Ottonis Chronicam, quamvis codicem B* 3 *alibi exscripserit (supra p. LXVII sq.), expilasse non videtur; cf. M. Haitz, 'Hartmann Schedels Weltchronik', dissert. München* 1899. 4) *Quibus quin alii addi possint a viris in posteriorum temporum libris eruditioribus, non dubito.* 5) *H. Böhmer in 'Neues Archiv' XXI, p.* 653; *MG. Libelli de lite III, p.* 526 *sqq. — Auctorem Ludi de Antichristo qui dicitur Ottonis Chron. VIII,* 3. *legisse E. Michael, 'Geschichte des deutschen Volkes' IV (*1906*), p.* 434. *putavit, quod affirmari non potest. — De Ligurino cf. I. Sturm, 'Der Ligurinus', Freib. i. B.* 1911, *p.* 69. 6) *Supra l.* 1—3. 7) *Certo ad textum B* 1. *C redit.* 8) *G. Hess, Monumentorum Guelficorum pars historica, Kempten* 1784, *p.* 55 *sqq. — In Annalibus Welficis Weingartensibus, SS. XVII, p.* 308 *sq., Ottonis Chronicam adhibitam esse vix credo.* 9) *A.* 1187. *Cf. W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 632. *— Fortasse ex A* 4. 10) *Cum Annalibus Admuntensibus artissime coniunctum.* 11) *Qui per idem medium intercedens, atque Annales Admuntenses, ex Ottonis Chronica pendere et ideo ad A* 4 *redire videntur; cf. A. Hofmeister, 'Die heilige Lanze', Breslau* 1908, *p.* 12 *sq.* 12) *B. Pez, Thes. anecdot. noviss. I,* 3, *col.* 325 *sqq.* 13) *Fortasse etiam Gerhohus Reicherspergensis, De investigatione Antichristi I,* 22; *cf. infra p.* 321, *n.* 7.

berti Karintiae (ex B 2, *ut videtur)*[1], *Gotifredus Viterbiensis in Pantheon (ex codice B* 1 *simili; SS. XXII)*[2], *Chronicon Laureshamense (SS. XXI, p.* 334 *sqq.);*

saeculo XIII: Otte in carmine Teutonico 'Eraclius'[3], *Otto de S. Blasio*[4], *Chronicon Urspergense (ex C* 1; *SS. XXIII)*[5], *Albricus Trium Fontium monachus (ex codice B* 1 *simili*[6]; *SS. XXIII), Chronica universalis Mettensis (SS. XXIV, p.* 502 *sqq.), Chounradus in Chronico Schirensi (SS. XVII, p.* 620 *sq.*[7]), *Hermannus Altahensis (= supra B* 4; *ex B* 3; *SS. XVII), Annales Spirenses (ex C, ut videtur; SS. XVII, p.* 80 *sq.)*[8], *Annales S. Trudperti (ex C; SS. XVII, p.* 285 *sqq.)*[9], *Chronica universalis Turicensis (ex C* 3)[10];

saeculo XIV: Annales Osterhovenses (ex B 3[11]; *SS. XVII, p.* 538 *sqq.), Iohannes Victoriensis in Libro certarum historiarum (fortasse ex A)*[12] *et in Historia Romana (inedita)*[13], *Auctaria Mellicensia manibus saec. XIV. et XV. scripta (SS. IX, p.* 535 *sqq.), quorum pars aliqua saeculo XIV. scripta potius ad Hermannum Altahensem quam ad ipsum Ottonem redit*[14], *Henricus de Hervordia*[15];

1) *Cf. W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 623. 2) *Cf. etiam B. Schmeidler, 'Italienische Geschichtschreiber des* 12. *u.* 13. *Jh.', Leipzig* 1909, *p.* 84—86. *Catalogus quoque codicum C, SS. XXII, p.* 281 *sqq., n.* **, *proxime ad Ottonem accedit.* 3) *'Eraclius, Deutsches Gedicht des* 13. *Jh.', ed. H. Gräf, Strassburg* 1883, *p.* 40. 62; *cf. H. F. Massmann, 'Eraclius' p.* 510 *sqq.* 4) *Ex. gr. c.* 28. 37 *in. (Ottonis Fris. Chron. VII,* 24 *fin. II,* 19 *fin.).* 5) *Praeter excerpta ea, quae in codice Zwifaltensi nr.* 411 *(C* 1) *una cum Ekkehardo auctor Urspergensis invenit, Historiam Welforum exscripsit. – De Aegidii Aureaevall. Gestis ep. Leod. cf. I. Heller SS. XXV, p.* 8. 6) *Interdum ipse Ottonis verba mutavit; cf. P. Scheffer-Boichorst, SS. XXIII, p.* 658, *n.* 55. 7) *Catalogos, ib. p.* 624 *sqq., potius ad Gotifredum Viterbiensem redire putaverim, quem aliunde Chounradus auxit, inter cetera Bonizonis Librum ad amicum expilans.* 8) *Qui ut ad primam editionem Isingrimo missam redeant, fieri posse E. Steindorff, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' IX, p.* 397—402, *perperam putavit.* 9) *Qui etiam continuationem Sancti Blasii expilaverunt.* 10) *Cf. 'Neues Archiv' IV, p.* 39—41; *supra p. LXXV.* 11) *Praeterea Hermanni Altahensis Annalibus cum continuatione usi sunt.* 12) *Edidit F. Schneider, Hannov. et Lipsiae* 1909. 1910 *(SS. rerum Germanicarum), qui de codice B* 1 *cogitavit. Certo Iohannes recensione C usus non est. Anonymus Leobiensis Ottonis Chronica non usus est, cf. F. Schneider in 'Neues Archiv' XXVIII, p.* 428, *n.* 2. 430. 13) *F. Schneider in praefatione editionis Libri certarum histor., p. XXI, n.* 2. 14) *W. Wattenbach, SS. IX, p.* 536, *l.* 30; *cf. p.* 537. *ad a.* 1113. *et infra p.* 332, *n.* *. — *De 'Cronica pii marchionis fundatoris nostri' in codice Vindobonensi nr.* 364 *(olim Claustroneoburgensi) saec. XIV. cum additamentis ex Ottone Frisingensi a.* 1139. *cf. W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 463; *I. Chmel, 'Die Handschriften der k. k. Hofbibliothek in Wien' I, p.* 725 *sq.* 15) *Ad*

saeculo XV. et XVI. ineunte: Aeneas Sylvius Piccolomini, Thomas Ebendorfer in Cronica regum Romanorum[1] *et in Chronico Austriaco*[2], *Andreas presb. Ratisponensis in Chronica de principibus terrae Bavarorum et 'Chronik von den Fürsten zu Bayern'*[3], *Hans Ebran de Wildenberg in 'Chronik von den Fürsten aus Bayern'*[4], *Georgius Hauer de Niederaltaich in Gestis illustrium ducum Bavariae*[5], *Vitus Arnpeck in Chronico Austriaco*[6] *et in Chronico Baioariae*[7], *Iohannes Staindel canonicus Pataviensis*[8], *Aventinus (Iohannes Turmair)*[9], *Andreas abbas Michelsbergensis in Catalogo sanctorum ordinis s. Benedicti*[10], *Fr. Wilhelmus Wittwer (†* 1512*) in Catalogo abbatum monasterii SS. Udalrici et Afrae Augustensis*[11], *Iohannes Menestarffer (Manesdorfer) in Libello de origine monasterii S. Lamberti in Karintia*[12], *Iohannes Długosz in Historia Polonica (ex A,*

a. 1202: De Iohanne presbitero dicit Galvilensis episcopus in relatione de Syria *etc. (= Ottonis Fris. Chron. VII,* 33*), quae num immediate ex Ottone desumpta sint, in medio A. Potthast in editione Henrici, Goettingen* 1859, *p. XXII, relinquit.*

1) *A. F. Pribram in 'Mitteil. d. Inst. für Oesterr. Geschichtsforschung, Ergänzungsband' III (*1890*) p.* 63—65. *Cf. etiam O. Redlich et A. E. Schönbach, 'Des Gutolf von Heiligenkreuz Translatio s. Deliciane' in 'SB. der Wiener Akad. der Wissenschaften,* 159. *Band,* 2. *Abhandlung', p.* 4, *n.* 1. 2) *Ed. H. Pez, SS. rerum Austriac. II (*1725*), p.* 682 *sqq.* 3) *Edidit G. Leidinger, München* 1903 *('Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte, Neue Folge' I).* 4) *Edidit F. Roth, München* 1905 *('Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte, Neue Folge' II,* 1*). Inde et ex Andrea Ratisponensi Ulricus Füetrer sua desumpsisse videtur, cf. R. Spiller in editione Ulrici (München* 1909, *'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte, N. F.' II,* 2*), p. LX. et* 156, *n.* 5. 5) *H. Waltzer, 'Georg Hauer von Niederaltaich, ein bayrischer Chronist des* 15. *Jahrh.', dissert. München* 1902 *(etiam in 'Archivalische Zeitschrift', 'N. F.' X, p.* 184—310*).* 6) *H. Pez, SS. rerum Austriacarum I, col.* 1165 *sqq.* 7) *K. F. Joetze in 'Verhandlungen des histor. Vereins für Niederbayern XXIX (*1893*), p.* 93. 8) *Oefele, SS. rerum Boicarum I, p.* 417 *sqq. L. Oblinger in 'Archivalische Zeitschrift', 'N. F.' XI (*1904*), p.* 45 *sqq. Qui, num codice B* 3 *usus sit, alias inquiram.* 9) *'Iohannes Turmairs genannt Aventinus Sämmtliche Werke, herausgeg. von der K. Akademie der Wissenschaften', München* 1881—1908. *Aventinum codice Scotorum Vindobonensi (A* 1*γ) usum esse R. Wilmans, 'Archiv' X, p.* 148, *dixit, sed nescio, quare; cf. supra p. XXVIII, n.* 3. 10) *I. Fassbinder, 'Der Catalogus sanctorum ordinis s. Benedicti des Abtes Andreas von Michelsberg', Bonn* 1910, *p.* 119, *qui de codice A* 2 *cogitavit.* 11) *Usque ad a.* 1497; *ed. A. Steichele, 'Archiv für die Geschichte des Bisthums Augsburg' III (*1860*), p.* 10 *sqq., ex. gr. p.* 41. 52. 55 *sqq.* 12) *M. Pangerl in 'Beiträge zur Kunde steiermärkischer Geschichtsquellen' I, p.* 108 *sq. III, p.* 61, *n.* 49. *Cf. infra p.* 485.

ut videtur)[1], *Iacobus Wimpfeling*[2], *Iohannes Nauclerus (ex archetypo codicum C 3 et C 4 vel eius apographo accuratissime facto)*[3], *Iohannes Trithemius*[4].

§ 9. *Qui de Ottonis Chronica egerint.*

De Ottone et Ottonis Chronica vel singulis eius locis imprimis egerunt hi[5]*:*

*'Histoire littéraire de la France' XIII (*1814*), p.* 268—285.

*G. Waitz, 'Über die Entwicklung der deutschen Historiographie im Mittelalter', in Adolph Schmidt's 'Zeitschrift für Geschichtswissenschaft' II (*1844*), p.* 110—112.

B. Huber, 'Otto von Freising, sein Charakter, seine Weltanschauung, sein Verhältnis zu seiner Zeit und seinen Zeitgenossen als ihr Geschichtschreiber', München 1847.

*I. F. Mone, Quellensammlung zur Badischen Landesgeschichte' I (*1848*), 'Einleitung' p.* 10—12.

Th. Wiedemann, 'Otto von Freysingen nach seinem Leben und Wirken', Passau 1849.

*R. Wilmans, 'Über die Chronik Ottos von Freisingen', 'Archiv' X (*1851*), p.* 131—173.

L. Lang, 'Psychologische Charakteristik Ottos von Freising', Augsburg 1852.

*R. Wilmans, 'Zur Geschichte der Handschriften von Ottos von Freisingen Chronik' et 'Ottos von Freisingen Verhältnis zu den Wittelsbachern', 'Archiv' XI (*1853*), p.* 18—76.

1) *M. Perlbach in 'N. Archiv' XIV, p.* 189—191. 2) *In Epitome rerum Germanicarum c.* 7; *cf. I. Knepper, 'Jakob Wimpfeling. Sein Leben und seine Werke', Freiburg i. B.* 1902 *('Erläut. und Ergänz. zu Janssens Geschichte d. deutschen Volkes' III,* 2—4*), p.* 121. 165. 168, *n.* 2; *E. Bickel, 'Wimpfeling als Historiker', dissert. Marburg* 1904, *p.* 36 *sq.* 52, *n.* 1. *A.* 1496. *Wimpfeling* in castiganda historia Ottonis Frisingensis *occupatus erat, epist. ad Conradum Celtem, Knepper, 'Anhang' nr. XI, p.* 340 *(ubi pergit:* utinam et alterum haberemus exemplar, magis castigatum. Tu de hoc cogitabis, nostrum enim non est Latinum multis in locis, sed plenum ubique barbarie, mendis, ineptiis*). Quam editionem, sive Chronicae sive Gestorum Friderici, absolvisse non videtur.* 3) *Ubi etiam Ottonem de S. Blasio invenit.* 4) *Cf. Silbernagel, 'Iohannes Trithemius'. Landshut* 1868, *p.* 168. 5) *Eos, qui de Gestis Friderici specialiter egerunt, habes apud Dahlmann-Waitz, 'Quellenkunde zur Deutschen Geschichte' ed.* 7 *(*1906*), nr.* 3803 *(ed.* 8, *quae mox proditura est, nr.* 5041*); cf. praefationem editionis novae Gestorum Friderici, curante B. de Simson.*

W. Wattenbach, in 'Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen' XIV (1855), p. 58 sq.

Gaisser, 'Charakteristik des Bischofs und Chronisten Otto von Freisingen', Progr. Rottweil 1860.

K. W. Nitzsch, 'Staufische Studien', 'Histor. Zeitschr.' III (1860), p. 334 sqq.

R. Wilmans in praefatione editionis Chronicae, SS. XX (1868), p. 83—115.

Th. Sorgenfrey, 'Zur Charakteristik des Otto von Freising als Geschichtschreiber', Progr. Greiz 1873.

W. de Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' IV (1875; ed. 2. 1877), p. 394—398.

M. Büdinger, 'Die Entstehung des 8. Buches Ottos von Freising', in 'SB. der Wiener Akademie d. Wiss., Phil.-hist. Cl.' XCVIII (1881), p. 325—366.

G. Waitz in praefatione editionis Gestorum Friderici, Hannoverae 1884 (SS. rerum Germ.).

E. Bernheim, 'Der Charakter Ottos von Freising und seiner Werke', in 'Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' VI (1885), p. 1—51.

W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter' II[6] (1894)[1], p. 271—279.

W. de Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' VI (1895), p. 291 sq.

W. Gundlach, 'Heldenlieder der deutschen Kaiserzeit' III, Innsbruck 1899, p. 256 sqq.

M. Büdinger, 'Die Universalhistorie im Mittelalter' II, in 'Denkschriften der Wiener Akademie der Wiss., Phil.-hist. Cl.' XLVI (1900[1898]), p. 26—41.

I. Hashagen, 'Otto von Freising als Geschichtsphilosoph und Kirchenpolitiker', Leipzig 1900 ('Leipziger Studien aus dem Gebiet der Geschichte, herausgeg. von Buchholz, Lamprecht, Marcks, Seeliger', VI, 2).

A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' IV (1903), p. 477—485.

O. Holder-Egger, in Herzog-Hauck, 'Realencyclopädie für protestantische Theologie und Kirche', 3. ed., t. XIV (1904), p. 533—537.

I. Schmidlin, 'Die Philosophie Ottos von Freising', 'Philosophisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft' XVIII (1905), p. 156—175. 312—323. 407—423.

1) *Primum prodiit a.* 1858.

I. Schmidlin, 'Bischof Otto von Freising als Theologe', 'Katholik' LXXXV, '3. Folge' XXXII, (1905), p. 81—112. 161—182.

I. Schmidlin, 'Die Eschatologie Ottos von Freising', 'Zeitschrift für katholische Theologie' XXIX (1905), p. 445—481.

I. Schmidlin, 'Die geschichtsphilosophische und kirchenpolitische Weltanschauung Ottos von Freising', Freiburg i. B. 1906 *('Studien und Darstellungen aus dem Gebiete der Geschichte, herausg. v. H. Grauert' IV,* 2. 3)[1].

I. Schmidlin, 'Albert Haucks Urteil über Otto von Freising', 'Histor. Jahrbuch' XXVII (1906), p. 316—322.

A. Hofmeister, 'Zur Erhebung Eberhards I. auf den Salzburger Erzstuhl 1147*', 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' XXIX (1908), p.* 71—78.

H. Simonsfeld, 'Jahrbücher des deutschen Reiches unter Friedrich I.' I (1908), passim, maxime p. 650 *sqq.*

B. Groche, 'Beiträge zur Geschichte einer Renaissancebewegung bei deutschen Schriftstellern im XII. Jahrhundert', dissert. Halle 1909, *p.* 38—48.

M. Ritter, 'Die christlich-mittelalterliche Geschichtschreibung', 'Histor. Zeitschr.' CVII (1911), p. 237—305.

A. Hofmeister, 'Studien über Otto von Freising' I, 'N. Archiv' XXXVII (1911), p. 99—161.

§ 10. De ratione nostrae editionis.

Omnes codices Chronicam integram vel maximam partem continentes, quos, sex tantum exceptis[2], *omnes ipsi vidimus, sunt hodie exstantes numero* 31[3], *deperditi numero* 11 *(fortasse* 12*)*[4], *excerpta vel fragmenta praebentes*[5] *numero* 12[6]. *Quorum decem ubique variam lectionem adnotavimus, et ex sex quidem, A* 1, *A* 2, *A* 3, *B* 1, *B* 2, *C* 1, *utpote saec. XII. ortis, integram, non nisi levissimis et manifestissimis calami erroribus hic illic neglectis, ex-*

1) *Cf. A. Hofmeister, 'N. Archiv' XXXI (1906), p.* 747 *sq., nr.* 394, *et 'Mitteil. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforschung' XXIX (1908), p.* 176—181. 2) *A* 1*β*, *A* 1*β'*, *A* 1*b*, *B* 1*a*, *B* 1*b*, *C* 2. 3) *Wilmans*: 35, *quorum* 2 *ad Gesta Friderici,* 3 *ad Chronicam universalem quam dicimus Turicensem pertinent, unus periit.* 4) *Wilmans:* 12, *quorum* 4 *ficticii esse videntur, tres exstant.* 5) *Quorum* 6 *ipsi non vidimus.* 6) *Wilmans:* 4, *quorum unus ad Chron. univ. Turic. pertinet.*

scripsimus: ex C 2, *C* 3, *C* 4, *utpote recentioris aetatis, ea tantum attulimus, quae aut inter se aut cum alio aliquo codice non ex alio exstante descripto communia habent aut socordia aut consilio singuli aut omittunt aut addunt, propriis et peculiaribus aliis singulorum mendis in universum neglectis; similiter ad A* 4 *non nisi iis locis, ubi cum alio vel aliis codicibus facit aut specialis quaedam causa, etsi parvi momenti, urgere videbatur, respeximus, ita ut, quid A* 4 *habeat, ex silentio nostro in universum amplius, quam eum ad alium codicem laudatum propius non accedere, conicere non liceat. Praeterea ex ea, quae ex A* 3 *descripta non est, parte codicis A* 3* *variam lectionem integram fere enotavimus; omnia quoque, quae de varia lectione B* 3 *constabant, allegavimus apographo eius B* 4 *ad VII,* 12—34. *integre exscripto: ad B* 1*a in fine libri VII., ubi vetus codicis B* 1 *pars interiit, respeximus: ad librum octavum etiam C* 5 *et, mendis tamen peculiaribus praeter omissa vel addita plerumque neglectis, C* 6 *exscripsimus. Itaque* 16 *vel potius* 15 *codicum rationem habitam in apparatu nostro invenis, eorum quidem, qui alius ex alio exstante derivati non sint, ceterorum paucis non nisi paucissimis locis speciali quadam causa urgente adhibitis.*

Editiones, ne nimia mole editio nostra gravaretur, exceptis iis locis, ubi menda manifesta coniciendo tollere temptabant, in universum neglexímus, ex principe tantum Cuspiniani interdum hoc illud enotantes, non quo ex silentio nostro de eius textu quicquam conicere liceret, sed ut, quomodo ex A et C editio princeps consuta esset, aliqualiter ostenderemus. Varias paucas, quas Cuspinianus in margine praebet, lectiones omnes attulimus.

Prima ad Isingrimum missa Chronicae editione deperdita nos id egimus, ut eam libri formam, qua a. 1157. *imperatori praesentatus est, restitueremus. Itaque ad B et, ubi B* 1 *et B* 2 *inter se discrepant, ad B* 1. *C, in libro octavo, ubi B* 1 *deest, ad B* 2. *C, nonnunquam etiam, ubi vitium in A. B* 2 *manifestum est*[1], *ad C solum textum accommodavimus. Sed de libri octavi singulis locis, ubi A. B* 2 *contra C faciunt, certo certius iudicare non potuimus; fortasse etiam pluribus locis C rectum habet; sed, utpote omni dubio non remoto, in notis quam in textu id*

1) *P.* 403, *n.* o. r; 411, *n.* c; 415, *n.* e; 418, *n.* c; 435, *n.* i; 448, *n.* n; 451, *n.* i.

ponere maluimus. Ea, quae in B omissa in A et C leguntur, in textu quidem, sed intra uncas quadratas [ ] posita sunt. Ea vero, quae solus aut A aut C, aut unus tantum codex cuiuscunque classis in margine vel in textu praebet, in notis asteriscis signatis posuimus, omnibus quae non ad rem, sed ad voces tantum pertinere et iis, quae non maioris momenti esse videbantur, in notas litteris signatas reiectis. Recensio quoque C interpolata quidem, sed ex optimo auctori fere coaevo codice redundans, quomodo non semel retractata esset, quod b. m. Wilmans non valde curaverat, ut ubique ostenderetur, enixe operam dedimus. In iis locis, ubi vitium latere videbatur, discordantibus codicibus ex varia lectione id selegimus, quod etsi auctoritate minore firmatum, sensui magis aptum esse videbatur, raro etiam de nostra vel aliorum coniectura emendata posuimus, alia aliis emendanda relinquentes. Et monendum est haec vel omnia vel pleraque non tam neglegentia scribarum posteriorum corrupta quam in ipso auctoris autographo aut lapsu ipsius dictantis aut notarii verba magistri subnotantis minus absoluta esse videri.

Ea, quae b. m. R. Wilmans ex Chronica universali quam diximus Turicensi editioni inseruerat[1], *et initium 'Registri de curia Romana' ab eodem catalogo pontificum et imperatorum subiunctum omisimus. Notas marginales codicum Admuntensis, Ienensis, Argentinensis (Altahensis), notas S. Lamberti codicis Gracensis, notas Runenses, continuationes S. Stephani Frisingensem et Cuspiniani, versus codicis Ienensis in appendice subiecimus, continuationem Ottonis de Sancto Blasio mox separatim edituri.*

More nostro ea, quae ex libris aliorum auctorum exstantibus exscripta sunt, litteris minoribus vel minoribus diductis expressa sunt[2]*; ubi res tantum ex alio auctore pendent, verba vero Ottonis sunt vel ubi ex compluribus auctoribus narratio consuta est, litterae mediae adhibitae sunt; litteris inclinatis loci Sacrae Scripturae vulgatae editionis et loci aliorum auctorum expresse laudati indicantur. In commentario conficiendo id egimus, ut, quomodo Otto*

1) *Ad III,* 4. 11. 12. 21. 43 (45). *VI,* 20. *VII,* 33, *SS. XX, p.* 173 *sq., n.* *. 177, *n.* *. 178, *n.* b. 183, *n.* * *(cf. infra p.* 162, *n.* *) *et* 184, *n.* *. 191 *sq., n.* *. 238, *n.* * *(cf. infra p.* 281, *n.* **). 266, *n.* g; *in fine catalogi de Friderico II. (ex Gilberto, perperam ad Ottonis catalogum relatum), SS. XX, p.* 274, *n.* *; *cf. ib. p.* 275, *l.* 13 *sqq.* 2) *Ubi Otto non nisi in nominum propriorum scribendi ratione ab auctore expilato recedat, non semper expresse indicatur.*

auctoribus suis usus esset, ostenderemus et ea, quae ad eius fidem et rationem considerandi vel scribendi facerent, quam brevissime afferremus. Ex notis a b. m. R. Wilmans adiectis quas servavimus paucas littera 'W.' apposita signavimus.

Capita secundum optimos codices distinximus, ita ut ordo noster non semel a priore recedat, numeris editionis Wilmansianae in margine interiore appositis[1].

In re orthographica codices optimos vetustissimos A 1, *B* 1, *B* 2 *secuti sumus, ita ut ubique fere nostra in duorum, qui ad auctoris aetatem proxime accedunt, codicum auctoritate nitantur. Neque, cum et hi codices omnes inter se et singuli in se ipsis minime in singulis vocibus scribendis sibi constantes essent, nos eadem ubique verba eodem modo scripsimus, quod ne ipsum quidem auctorem vel eius notarium fecisse nemo negabit. Notandum tamen est in clausulis primae quam vocant declinationis vocabulorum nos semper* -ae *pro* -e *restituisse, semper etiam* haec *et* quae *posuisse*[2]. *In iis locis, qui non nisi in C traduntur, codice C* 1 *deficiente, codicem C* 3 *secuti sumus. Variam lectionem mere orthographicam nunquam, nisi singulari quadam causa urgente, appositam invenies; ne in nominibus propriis quidem editionem nostram maxima mole talium obruere visum est, sed ne quid a quoquam desideretur, hic, quomodo nomina propria, omissis tamen omnibus fere Graecis, Latinis, Hebraicis*[3], *in codicibus saeculi XII. vetustissimis scripta sint, paucis comprehendimus.*

A 1 *habet:*

Adalgisus (*semel* Adelgisus), Adalheida, Aistulfus (*semel* Aistolfus), Albertus (*semel* Adelbertus), Alemanni, Alemannia (*semel* Alemmannia, Alimannia), Aquileia, Aquileienses (*semel* Aquilegia, Aquilenses), Arnolfus (*interdum* Arnulfus), Babenberg, Babinberg, Babenbergensis (*semel* Babinbergensis, Babenpergensis), Balduinus (*interdum*

1) *In libris I. et III, infra p.* 12 *sq.* 20 *sq.* 171 *sqq.* 2) *Item semper* pre-, caelestis, cesar, Chaldea, Chaldei, Greci, Grecia, Hebrei, Iudei, Iudea, Palestina, penitentia. 3) *Velut* Aegyptus, Aegiptus, Egyptus, Egiptus, Africa, Affrica, Antiochia, Antyochia, Anthiochia, Anthyochia, Assyrii, Assirii, Babylonii, Babilonii, Calixtus, Kalixtus, Cartago, Kartago, Carthago, Karthago, Diocletianus, Dioclecianus, Dyoclecianus, Dionisius, Dyonisius, Frigia, Phrigia, Hamilcar, Amilcar, Heraclius, Eraclius, Hirene, Hyrene, Hispania, Hyspania, Yspania, Italia, Ytalia, Paschalis, Pascalis, Scythae, Scithae, Scitae, Schitae, Sicilia, Sycilia, Sicyonii, Sycionii, Sicionii, Sicinii, Tib-, Tyb-, Thyb-, Ticinum, Tycinum, Tytinum, Ysaias, Ysayas, Esayas *etc.*

Baldewinus), Balizlaus, Berengarius (*raro* Beringarius, *semel* Perengarius), Bernhardus (*semel* Bernardus, Bernandus), Berta, Bertoldus, Berhtolfus, Britanni (*semel* Brittanni, Brittannii), Brittannia (*interdum* Britannia, Brittania), Brittannicus (*semel* Brutannicus), Brittones (*interdum* Britones), Brunnehildis, Bulgari. Bulgares, Bulgaria (*semel* Pulgari), Burchardus, Karolus (*interdum* Karulus, Karalus), Colomannus, Cholomannus, Cono, Conradus (*interdum* Konradus, Chonradus, *raro* Kŏnradus, Chůnradus, *semel* Chůradus), Eberwinus, Folcho, Folco, Forchaim, Francia (*interdum* Frantia), Franconfurt, Fridericus, Gebehardus (*semel* Gebihardus), Georgius, Gisila, Gisilbertus, Gotefridus, Gothardus, Gvvibertus, Guibertus (*bis* Gibertus), Guillelmus (*semel* Gillelmus, Guillebinus), Guntharius, Hatto (*semel* Atto), Heinricus (*raro* Hainricus), Helibertus, Herbipolis, Herbipolensis (*semel* Erbipolis), Herimannus (*semel* Heremannus), Hildericus, Hildibertus, Hilpericus, Hiltibrandus, Hiltebrandus (*semel* Hildiprandus, Hiltiprandus, Hilteprandus), Hucbertus, Inglinheim (*semel* Inglinhaim), Kilianus, Kylianus, Lābertus (*bis* Lanpertus, *semel* Lambertus, Lampertus), Lantfridus, Leopaldus (*semel* Leobaldus), Liuprandus, Lodewicus (*raro* Luduvvicus, Ludewicus, *semel* Lodvicus), Longobardi (*bis* Lonbardi, *semel* Longabardi), Lotharingia, Lotharius (*bis* Clotharius), Lupus, Lŏpus, Mahtildis, Mahtilda, Methilda, *semel* Maravia, Maraviensis, Morovia, Marahenses, Merseburch, *novies* Moguntia (*ter* Magontia, *bis* Maguntia, *semel* Mogontia), Moguntinus (*semel* Mogontinus, Mogn̄t), Nicolaus (*raro* Nykolaus, Nycolaus), Nortmanni (*saepe* Northmanni, *interdum* Normanni, *semel* Nortimanni, Nartmanni), Normannia, Nortmannia, Ostrogothi (*semel* Ostrogohti, Ostrogoti), Otto (*saepe* Otho, Odo), Phalaia, Pippinus, *semel* Pirminius, Pyrimenius (*corr.* Pyrmenius), Pisani (*semel* Pysani), Polimii, Polimia[1] (*bis* Polonia, Polani), Popio (*semel* Pupio), Quitilinburg, Quitilincburg, Raboto, Radolfus (*semel* Radulfus, Růdolfus), Reginaldus (*semel* Regenaldus, Reinaldus), Reginherus, Rēginmundus (*superscr.* Raymundus), Rhenus *plerumque,* Richiza, Rothardus, Růbertus (*ter* Robertus, *semel* Rubertus), Rugerius (*bis* Rogerius, *semel* Růgerius, Rŏgerius), Sixtus, Syxtus, Xyxtus (*bis* Xixtus), Skirensis (*semel* Schirensis), Spirensis, Spyra, Tassilo (*semel* Tessilo), Teutonici (*raro* Theutonici), Themo (*semel* Tiemo), Theobaldus (*semel* Theopaldus), Theodopertus, Theodoricus (*interdum* Theodericus, Theodricus), Thieberga (*semel* Tieberga), Thiegaudus, Thorismundus (*semel* Turismundus), Tridentum, Tridentinus (*semel* Tredentinus), Turingi, Turingii, Turingia, Ulricus (*semel* Ŏdalricus), Vangiones, Warmatia, Warmatiensis, Guelfo (*ter* Gvvelfo, Welfo), Wereharius, Wido (*semel* Guido Guerra), Winisperg, *semel* Wisigothi, Wisegothi, Wesegothae, Wesogothae, Vesegothae, Zuendebaldus.

A 2 *habet:*

Adalgisus, Adelheida, Aistulfus (*semel* Aistolfus), Albertus (*semel* Adelbertus), Alemanni, Alemannia (*bis* Alimannia), Aquileia, Aquileienses (*semel* Aquilenses), Arnolfus (*raro* Arnulfus), Babenberg, Babenbergensis (*bis* Babemberg), Balduinus (*semel* Baldvvvinus, Baldewinus), Balizlaus, Berengarius, Bernhardus (*semel* Bernandus), Bertha, Bertholfus, Bertholdus, Britanni, Britannia, Britannicus, Brittones (*semel* Britannii, Brittannicus, Britania), Brunnehildis, Karlomannus (*semel* Karolo-

1) *Vel interdum* Polunia.

mannus), Karolus (*interdum* Karulus), Colomannus, Cholomannus (*semel* Folomannus), Chůno, Conradus (*saepe* Kůnradus, *semel* Cůnradus, Kunradus), Dagobertus (*semel* Dagopertus), Eberwinus, Folcho, Forchaim, Franconfurt, Fridericus, Fultensis, Gebehardus (*semel* Gebihardus), Georgius, Gisila, Gisilbertus, Gotefridus, Gotehardus, Gvvibertus, Gibertus *(bis)*, Willelmus (*semel* Gvillelmus, Gillelmus), Hatto (*semel* Atto), Helipertus, Herbipolis, Herbipolensis (*semel* Erbipolis), Herimannus (*semel* Hermannus), Hildericus, Hildibertus, Hilpericus, Hiltiprandus, Hucbertus, Inglinheim (*semel* Inglinhaim), Kilianus, Lambertus (*semel* Lăbertus, Lanpertus), Lantfridus, Leopaldus (*semel* Livpaldus, Livpoldus), Liuprandus, Lodewicus (*saepe* Ludewicus, *semel* Loduicus), Longobardi (*semel* Longopardi), Lotharius (*semel corr. ex* Clotharius), Lupus, Lŏpus, *semel* Maravia, Maraviensis, Morovia, Marahenses, Mathilda, Mathildis, Maethilda, Merseburch, Moguntia (*semel* Mogontia, Magontia, Maguntia), Moguntinus, Nicolaus, Nycolaus, Nortmanni (*interdum* Northmanni, Normanni, *semel* Nortmannii), Nortmannia, Normannia, Ostrogothi (*semel* Ostrogoti), Otto (*saepe* Otho, *interdum* Odo), Pergamum *(= Bergamo)*, Phalaia, Pirminius, Pisani, Pysani, Polimii, Polimia (*semel* Bolonii, Polani, Polonia), Popio (*semel* Pupio), Quitilinburg, Quitilincburch, Raboto, Radolfus (*semel* Radulfus, Rodolfus, Růdolfus), Reginaldus (*semel* Regenaldus), Reginherus, Reimundus, Reimundus, Rhenus *plerumque*, Richinza, Rothardus, Růbertus (*ter* Robertus, *semel* Rŏbertus), Rugerius (*semel* Rogerius, Růgerius), Sixtus (*semel* Syxtus), Skirensis, Spirensis, Spyra, Tassilo, Themo (*semel* Thiemo), Theopaldus (*semel* Theobaldus), Theodopertus, Theodoricus *plerumque*, Thieberga (*semel* Tieberga), Thorismundus (*semel* Turismundus), Tridentum, Tridentinus (*semel* Tredentinus), Turingi, Turingii, Turingia (*semel* Toringia), Ulricus (*quater* Ŏdalricus), Vangiones, Warmatia, Warmatiensis, Welfo, Guelfo, Werenharius, Wido (*semel* Gvido Gverra), Winisperg, *semel* Wisigothi, Wisegothi, Wesogothae, Wesigothae, Zuendebaldus.

A 3 *habet:*

Adalgisus, Adilheida, Aistulfus (*semel* Aistolfus), Albertus (*bis* Adelbertus), Alemanni, Alemannia (*semel* Alimannia), Aquileia, Aquileienses (*semel* Aquilegia, Aquileinses, Aquilenses), Arnolfus (*raro* Arnulfus), *bis* Babenberch (*semel* Babenberc, Babenberg, Babinberch, Babinberg), Babenbergensis (*semel* Babinbergensis), Baioarii, Baioaria (*semel* Bauaria, Bauarii), Balduinus (*interdum* Baldwinus, Baldewinus), Balizlaus, Belgae (*semel* Pelgae), Berengarius (*semel* Beringarius, Perengarius), Bernhardus, Berta, Berhtolfus, Berhtoldus, Britanni (*semel* Brittanni, Britannii), Brittannia (*bis* Britannia), Brittannicus, Britannicus, Brutannicus, Brittones (*raro* Britones), Brunnehildis (*semel* Brunnihildis), Bulgari, Bulgaria (*semel* Pulgari), Colomannus (*semel* Cholomannus), Chŏno, Conradus (*interdum* Cŏnradus, Chonradus, *semel* Kŏnradus, Kunradus, Chůnradus), Eberwinus, Folcho, Forchaim, Francia (*saepe* Frantia), Franconfurt, Gebehardus, Georgius (*semel* Georius), Gisila, Gisilbertus, Gotefridus (*interdum* Gotfridus), Gothardus, Guibertus (*bis* Gibertus, *semel* Guuibertus), Guillelmus (*semel* Gilelmus, Guillebinus), Hatto (*semel* Atto), Helibertus, Herbipolis, Herbipolensis (*semel* Erbipolis), Herimannus (*semel* Heremannus), Hildericus, Hildibertus, Hilpericus, Hiltprandus (*semel* Hildibrandus, Hiltiprandus), Hucbertus, Inglinheim (*semel* Inglinhaim), Kylianus, Lambertus (*semel* Lanpertus), Lantfridus, Leopaldus (*semel* Leobaldus), Liuprandus, Lui-

prandus, Ludewicus (*saepe* Lodewicus, *interdum* Luduwicus, *raro* Ludovicus, Lodowicus), Longobardi *plerumque,* Lotharius (*bis* Clotharius), Lŏpus, Lupus, *semel* Maravia, Maraviensis, Morovia, Marahenses, Mathilda, Mahtilda, Mahtildis, Merseburch, Moguntia (*ter* Magontia, *semel* Magoncia, Maguntia, Mogontia), Moguntinus, Moguntius, Nicolaus, Nykolaus (*raro* Nikolaus), Nortmanni (*interdum* Northmanni, *semel* Nartmanni), Normannia, Nortmannia, Ostrogothi (*semel* Ostrogoti), Otto (*interdum* Otho, *saepe* Odo), Phalaia, Pippinus (*interdum* Pipinus), Pirminius, Pyrmenius, Polimii, Polimia (*semel* Polani, Polonia), Popio (*semel* Pupio), Quitilinburg, Raboto, Radolfus (*semel* Rŏdolfus), Reginaldus, Reginherus, Reginmundus, Reimundus, Rhenus, Renus (*raro* Rehnus), Richiza, Rothardus, Rŭbertus (*bis* Rŏbertus, *semel* Robertus, Rubertus), Skirensis (*semel* Schirensis), Sixtus (*ter* Xixtus, *bis* Xyxtus, Syxtus), Spira, Tassilo (*semel* Tessilo), Themo (*semel* Tiemo), Theodopertus, Theodoricus *plerumque,* Theopaldus (*semel* Theobaldus), Thorismundus (*semel* Thurismundus), Tridentum, Tridentinus (*semel* Tredentinus), vTuringi, Turingii, Turingia (*semel* Thuringia), Ulricus (*bis* Olricus, Odalricus), Vangiones, Warmatia, Warmatiensis, Welfo, Guelfo (*semel* Guuelfo), Wereharius, Wido (*semel* Guido Guerra), Winisperch, *semel* Wisigothi, Wisegothi, Wesegothae, Wesogothae, uele gothae, Zuendebaldus (*semel* Zendebaldus).

A 4 *habet:*

Adalgisus (*bis* Adilgisus, Adelgysus), Adalheida, Aistulfus, Albertus (*bis* Adilbertus, Adlb'tus), Alemanni, Alemannia, Anglia (*semel* Anglya), Ansgisus (*semel* Ansgysus), Aquileya, Aquileienses (*semel* Aquileia, Aquilegya, Aquilegienses), Arnolfus (*saepe* Arnulfus), Babenberch, Babenberg (*semel* Babenberc), Babenbergensis, Balduuinus, Belgae (*semel* Pelgae), Berengarius (*raro* Berngarius, Beringarius), Bernhardus (*semel* Bernardus, Pernhardus), Berhta, Berhtolfus, Berhtoldus, Boliszlaus, Brittanni, Brittannia, Brittannicus, Brittones (*semel* Brittonicus), Brunehildis, Karlomannus (*raro* Carlomannus), Karolus (*saepe* Karulus, *interdum* Carolus), Colomannus, Cono, Conradus (*saepe* Chůnradus, *interdum* Chunradus, Chonradus, *semel* Chŏnradus), Eberwinus, Folcho, Volradus, Uorchehaim, Franchenuurt, Franchnuurt, Uranchenwrt, Fridericus (*raro* Fridricus), Gaschonia (*semel* Gasconia), Gebehardus, Georgius (*semel* Georius), Gisericus (*bis* Gysericus), Gysila, Gisila, Gisilbertus, Gothardus, Gotfridus (*interdum* Gotefridus), Gwibertus, Guibertus (*bis* Gerbertus), Gwillihelmus (*semel* Guillihelmus, Gishelmus), Hatto, Helibertus, Herbipolis, Hermannus, Hildericus (*bis* Hyldericus), Hildibertus, Hilpericus (*semel* Hylpericus), Hiltebrandus, Hiltibrandus (*semel* Hiltprandus, Hiltiprandus), Hucbertus, Inglinheim, Kylianus, Lambertus (*bis* Lampertus, Lantpertus), Lantfridus, Leopaldus (*semel* Leobaldus), Leudegarius, Liuprandus[1], Loduuicus, Lodwicus (*interdum* Lŏdwicus, Lůdwicus, Lŏdewicus, Luduuicus, *raro* Lůdewicus, Ludewicus, Luduwicus, Lodwicus), Longobardi (*semel* Longabardi, Lombardi), Lotharius (*semel* Clotharius, Chlotarius), Lupus, Lŏpus, Maguntia (*bis* Magontia, *semel* Moguntia, Mogontia, Muguntia), Maguntinus, Mahtilda, Mahtildis, Mahthildis, *semel* Maravia, Maraviensis, Merovia, Marahenses, Merseburch, Nikolaus, Nykolaus (*raro* Nicolaus), Nortmanni (*interdum* Northmanni, Normanni, *semel* Nart-

1) *Vel* Luiprandus.

manni), Nortmannia, Northmannia, Ostrogothi (*semel* Ostrogoti), Otto (*saepe* Oddo, *interdum* Otho, Odo), Phalaia, Pipinus (*interdum* Pypinus, Pippinus), Polimii, Polimia (*bis* Polani, *semel* Polonia), Popio (*semel* Popyo, Pupio), Pyrminius, Pyrmenius, Quitilinburch, Radulfus, Rudolfus (*semel* Rodolfus), Rapoto, Reginaldus (*bis* Regenaldus, Reinaldus), Reginmundus, Remundus, Reinherus, Rhenus, Renus (*raro* Rehnus), Richiza, Robertus (*semel* Rŏbertus, Růbertus, Růdbertus, Rŏdbertus), Rogerius (*interdum* Rugerius), Rothardus, Sixtus, Syxtus (*bis* Xyxtus, *semel* Xixtus), Skirensis (*semel* Schyrensis), Spira, Tassilo (*semel* Tessilo, Tessylo, Tessalo), Theobaldus, Theodebertus, Theodericus, Thyeberga, Tyeberga, Thorismundus, Tyemo (*semel* Thiemo), Tridentum, Tridentinus (*semel* Tredentinus), Turingi, Turingia, Olricus (*bis* Vlricus, Odalricus), Waipharius, Wangiones (*semel* Vangiones), Warmatia, Warmatiensis, Welfo, Welpho (*semel* Welpo, Gwelfo, Guuelfo), Vuereharius, Wido, Gwido, Winisperg, *semel* Wisigothi, Wisegothi, Wisigothae, Wesogothae, Vesegothae, Zwendebaldus (*semel* Zuendebaldus, Ziendebaldus).

B 1 *habet:*

Adalgisus (*semel* Adelgisus, Adilgisus), Adalheida, Aistulfus (*semel* Aistolfus), Albertus, Alemanni, Alemannia, Aquileia, Aquileienses, Arnolfus (*interdum* Arnulfus), Babenberch (*semel*), Babenberg, Babinberg, Bambergensis, Baldewinus, Berengarius (*interdum* Beringarius), Bernhardus (*semel* Bernardus), Berta, Bertolfus, Berhtholdus, Boetius, Boecius (*semel* Poetius), Bolizlaus, Brittanni, Brittannia, Britannicus, Brittones (*interdum* Britannia, Britones), Brunehildis, Burcardus, Karlomannus (*semel* Karolomannus), Karolus (*interdum* Karulus), Colomannus, Cholomannus, Cono, *plerumque* Cůnradus (*saepe* Conradus, *interdum* Konradus, Cŏnradus), Eberwinus (*postea mut.* Ebroinus), Forcheim, Francia (*interdum* Frantia), Franconefurt (*semel* Franconfurt), Fredericus, Fridericus, Gebehardus, Georius (*semel* Georgius), Gisila, Gisilbertus, Godehardus (*corr.* Gotehardus), Godefridus (*raro* Gotefridus), Gothi *plerumque*, Guibertus (*bis* Gibertus, *semel* Gvipertus), Gvillelmus (*semel* Gillelmus), Guntarius (*semel* Guntharius), Hatto, Heinricus, Herbipolis, Herbipolensis (*semel* Herbypolis), Heribertus, Hermannus, Hildebertus, Hildericus, Hilpericus, Hiltibrandus, Hucbertus (*semel* Hubertus), Ingelnheim, Inglinheim (*semel* Ingelenheim), Kylianus, Lambertus (*semel* Lābertus, Lanbertus), Lantfridus, Leopaldus, Lodewicus (*interdum* Lodowicus, Ludewicus), Longobardi (*bis* Lonbardi), Lotharingia (*semel* Lotaringia, Lothoringus), Lotharius (*bis* Chlotarius), Luiprandus, Lupus, *semel* Maravia, Maraviensis, Moravia, Marahenses, Mahtildis, Mahthilda, Mehthilda, Merseburg, Mogontia (*bis* Moguntia, Magontia, Maguntia, *semel* Moguncia), Moguntinus, Mogontinus, Nicolaus, Nycolaus (*raro* Nicholaus), Nortmanni, Nortmannia (*interdum* Normanni, Normannia), Ostrogothi (*semel* Ostrogoti), Otto, Ottho (*interdum* Otho, Odo), Phaleida, Pippinus (*interdum* Pipinus), Pirminus, Pyrinenius, Polimii, Polimia (*semel* Polonia), Popio (*bis* Pupio), Quitilinburg, Quitiliniburg, *ter* Radulfus, *bis* Radolfus (*semel* Rodolfus), Regimundus, Reimundus, Reginherus, Reinaldus (*bis* Reginaldus), Rhenus (*interdum* Rhenus, Renus), Richenza, Robertus (*bis* Růpertus, *semel* Rŏbertus), Rogerius, Růthardus, Sixtus (*ter* Xixtus[1]), Skyrensis (*semel* Schyrensis), Spira, Tassilo, Teutonici

1) Xyxtus *bis* *B* 1'.

(*interdum* Teutunici, Theutonici), Themo (*semel* Tiemo), Theobaldus, Theodobertus, Theodericus, Theodoricus, Thiebirga (*semel* Thibirga), Thorismundus (*semel* Turismundus), Tridentum, Tridentinus (*semel* Tredentinus), Turingi, Turingii, Turingia (*bis* Thuringia), Ulricus (*ter* Olricus), Vangiones, Wangiones, Welfo (*bis* Gvelfo), Wernharius, Winesberch, Wisogothi *bis (semel* Wesegothae, Wesogote, Vesegothae*)*, Wormatia, Wormatienses, Warmatiensis, Wido (*semel* Guido Werra), Zuendebaldus, Zendebaldus, Zedebaldus (*semel* Zendenbaldus).

B 2 *habet:*

Adalgisus (*semel* Adelgisus), Adalheida, Aistulfus (*semel* Aistolfus), Albertus (*semel* Adelbertus), Alemanni, Alemannia (*raro* Alamanni, *semel* Alimannia), Aquileia, Aquileienses (*semel* Aquilegia, Aquilienses, Aquilegenses), Arnolfus (*interdum* Arnulfus), Babenberg, Babinberg, Babenbergensis, Baldewinus (*interdum* Baldwinus, Balduinus), Berengarius (*interdum* Beringarius), Bernhardus (*semel* Bernardus), Berta, Bertaldus, Bertolfus, Bolizlaus, Brittanni, Brittannia, Brittannicus, Brittones (*interdum* Britones), Brunnehildis, Burchardus, Karlomannus (*semel* Karolomannus), Karolus (*interdum* Karulus), Colomannus, Chŏno, Conradus (*interdum* Chůnradus, Chonradus, Chunradus, Konradus, *semel* Cunradus), Eberwinus, Forchaim, Francia (*saepe* Frantia), Franconfurt, Franconfůrt, Franchonfurt, Fridericus, Gebehardus (*semel* Gebihardus), Georgius, Gisila (*semel* Gysila), Gisilbertus, Gysilbertus, Godehardus, Gotefridus (*raro* Gotfridus), Gvibertus, Gwibertus (*bis* Gibertus), Gwillelmus, Gvillelmus (*semel* Gillelmus), Guntharius, Hatto (*semel* Atto), Heinricus (*bis* Hainricus), Herbipolis, Herbipolensis (*semel* Erbipolis), Heribertus, Herimannus (*bis* Hermannus), Hildebertus, Hildericus, Hilpericus, Hiltebrandus (*bis* Hiltibrandus), Hucbertus, Inglinheim (*semel* Inglinhêim, Inglinhaim), Italia (*raro* Ytalia), Kylianus, Kilianus, Lambertus, Lanbertus (*semel* Lanpertus), Lantifridus, Leopaldus, Liuprandus, Lodewicus (*interdum* Ludewicus, *bis* Ludiwicus, *semel* Lodiwicus), Longobardi (*bis* Lonbardi), Lotharingia, Lotharius (*bis* Clotharius), Lupus, *semel* Maravia, Maraviensis, Moravia, Marahenses, Mathildis, Mahtilda, Methilda, Merseburch, *septies* Mogontia (*quinquies* Moguntia, *bis* Maguntia, *semel* Magontia), Moguntinus (*semel* Mogontinus), Nycolaus (*raro* Nicolaus), Nortmanni, Nortmannia (*interdum* Normanni), Ostrogothi (*semel* Ostrogoti), Otto (*interdum* Otho, Odo), Phalaia, Pippinus (*interdum* Pipinus), *semel* Pirminius, Pyrimenius (*corr.* Pyrmenius), Polimii, Polimia (*semel* Polonia), Popio (*bis* Poppio), Quitilinburg, Quitilineburg, Raboto, Radolfus (*semel* Radulfus, Růdolfus), Raimundus, Regimundus, Reginaldus (*bis* Reinaldus, *semel* Regenaldus), Reginherus, Rhenus *plerumque,* Richiza, Robertus, Rŏbertus, Růbertus (*semel* Růdibertus), Rogerius (*bis* Rugerius, *semel* Růgerius), Rothardus, Sixtus, Syxtus (*bis* Xyxtus, *semel* Xixtus), Skirensis (*semel* Schicirensis), Spyra, Spirensis, Tassilo (*semel* Tessilo), Teutonici, Themo (*semel* Timeo *[!]*), Teobaldus (*semel* Theopaldus), Theddobertus *(!)*, Theodoricus (*interdum* Theodricus), Theiberga *(!)*, Diepirga, Dietpirga, Theigandus *(!)*, Tridentum, Tridentinus (*semel* Tredentinus), Thorismundus (*semel* Turismundus), Turingi, Turingii (*corr.* Thuringii), Turingia, Ulricus (*bis* Odalricus), Vangiones, Warmatia (*semel* Wormatia), Warmatiensis, Guelfo (*ter* Welfo, *semel* Gwelfo), Wernharius, Wido (*semel* Guido

Gverra), Winisperg, Wisegothi (*semel* Wesogote, Vesegothae), Zwendebaldus, Zvendebaldus, Zuendobaldus.

C 1 *habet:*

Albertus (*in margine semel* Adilbertus, Adalbertus), Alemanni, Alemannia, Arnolfus (*semel* Arnulfus), Babinberg, Babenberg (*semel* Babenberch), Balduinus, Berengarius, Berta, Bertolfus, Britannia, Brittones, Brunehildis, Conradus, Cŏnradus (*semel* Konradus), Eueruwinus, *semel* Frantia, Gebehardus, *semel* Gibertus, *semel* Gillelmus, Gisila, Hatto (*semel* Atto), Heribertus, Herimannus (*bis* Hartmannus), Hildericus, Hildibertus, Lanbertus, Leobaldus, Lodeuuicus, Longobardi, Lotharius, Maguntia, Magontinus, Mogontinus, Marahenses, Mehtilda, Merseburg, Nortmanni, Normannia, *semel* Ostrogothi, Ostrodoxi, Otho (*interdum* Otto), Popio, *semel* Radolfus (*semel* Rŭdolfus, Rŏdolfus), Rhenus, Robertus, Scirensis, Scyrensis, Tassilo, Teutonici (*in margine semel* Theutonici), Theodoricus, Turingia, Ulricus (*in margine semel* Udalricus), Vangiones, Warmatiensis, Wernharius, *semel* Wisegothi, Zuentebaldus.

Restat, ut grato animo eos commemorem, qui in hac editione paranda me adiuverunt, imprimis praefectos bibliothecarum Monacensis, Ienensis, Grazensis, Vindobonensis, Turicensis, Hannoveranae, Stuttgartensis, Giessensis, Guelferbytanae, Runensis, Sanctae Crucis Austriae, Zwettlensis, Sancti Pauli in Karintia, Admuntensis, Ansbacensis, qui codices vel libros custodiae suae commissos summa liberalitate Berolinum transmiserunt, et praefectos bibliothecarum Strassburgensis, Karlsruhensis, Monacensis, principum de Thurn et Taxis Ratisponensis, Seitenstettensis, Musei Britannici Londiniensis, archivi regii Marburgensis, Monacensis, qui quaerenti mihi semper humanissime satisfecerunt, nec minus eos, qui vel in conferendis et evolvendis codicibus vel in utilibus multis docendis semper benignissime mihi adfuerunt, in quibus primus fuit numquam satis lugendus O. Holder-Egger, qui etiam plagulas mecum correxit, dum textu Chronicae et appendicibus iam impressis et prima parte praefationis et indicis prelo datis morte nimis celeri et nobis et litteris eriperetur; tum B. de Simson Berolinensis, qui plagulas praefationis corrigendas benignissime mecum suscepit, G. Leidinger Monacensis, W. Levison Bonnensis, M. Tangl Berolinensis, H. Bresslau Argentinensis, H. Bloch Rostochiensis, B. Schmeidler nunc Lipsiensis, qui etiam in plagulis praefationis et indicum corrigendis totus mecum fuit, E. Perels, R. Salomon, E. Iacobs Berolinenses, I. Schwalm Hamburgensis, F. Schneider Romanus, I. Werner Turicensis, V. Samanek Vindobonensis, Dolch tunc Londi-

niensis, P. Ant. Weiss Runensis, P. Fridericus Fiedler O. S. B. Admuntensis, V. Chaloupecký Raudnicensis, A. de Iaksch Klagenfurtensis, W. Elsperger Monacensis, alii, qui roganti multa satisfacere non destiterunt. Quibus omnibus gratias ago quam maximas. 5

Berolini, mense Ianuario a. 1912.

ADOLFUS HOFMEISTER.

XX, 116. *Domino[a].* suo Friderico, victori, inclito, triumphatori, Romanorum imperatori ac semper augusto, Otto, Dei gratia Frisingensis ecclesiae[b] id quod est, in eo prosperari, *qui dat salutem regibus.* 1157. (post Mart.). Ps. 143, 10.

Petivit vestra imperialis maiestas a nostra parvitate, quatenus liber, qui ante aliquot[c] annos de mutatione rerum[1] a nobis ob nubilosa tempora conscriptus est, vestrae transmitteretur serenitati. Parui ergo libens et lubens[d] vestro imperio tanto devotius, quanto regiae excellentiae convenientius esse considero ob rei publicae non solum armis tutandae, sed et legibus et iudiciis informandae incrementum antiqua regum seu imperatorum gesta vos velle cognoscere. Sic magnus ille Persarum rex Assuerus seu Artaxerses, quamvis ad agnitionem verae lucis per cultum unius Dei non pervenisset[2], ex nobilitate tamen animi regiae magnificentiae id expedire cogitans, annalia, quae sub ipso vel antecessoribus suis scripta erant, revolvi iussit[3], et ita gloriam hanc, ne videlicet[e] innocens tamquam reus puniretur nocensque ut innoxius penam effugeret, adeptus est[4].

Preterea cum nulla inveniatur persona mundialis, quae mundi legibus non subiaceat, subiacendo coerceatur, soli reges, utpote constituti supra leges[5], divino examini reservati seculi legibus non cohibentur. Unde est illud tam regis quam prophetae testimonium: *Tibi soli peccavi.* Decet ergo regem non solum animi magna- Ps. 50, 6.

*) *Epistolas dedicatorias ad imperatorem et ad cancellarium om. C, habet post libri VIII. finem positas Cusp.*

a) Incipiunt chronica doni Ottonis frising epi *rubro praemittit A* 3; Ottonis Frisingensis ecclesie episcopi ad Fridericum primum caesarem augustum epistola foeliciter incipit *minio add. manus multo recentior B* 2. — Dno *A* 1. *B* 1. 2; Domno *A* 3. b) episcopus *supra lin. manu recentiore add. A* 4. *B* 1, *in textu Urstisius, ex suo sine dubio depromptum ingenio.* c) aliquos *A* (aliquot *mut.* aliquos *A* 1). d) lubens, l- (*rel* i-) *erasum A* 1; iubens *A* 2; et lubens *om. A* 3. 4. e) vid. *om. B* 1.

1) *Vocem* de . . . mutatione rerum (*sc.* terrenarum) *habes ex. gr. apud Aug. De civ. Dei VI, Praef.; cf. p.* 5, *n.* 5. 2) 1. *Tim.* 2, 4: omnes . . . vult . . . ad agnitionem veritatis venire. 3) *Esth.* 6, 1; *cf.* 2, 23. 4) *Cf. Eccli.* 46, 3: Quam gloriam adeptus est; *cf. ib.* 50, 5. 5) *Cf. Dig. I,* 3, 31: Princeps legibus solutus est.

nimitate nobilitatum, sed et ad cognoscendum creatorem suum divina gratia illuminatum, regem regum, dominum dominantium Deum pre mente habere[1], et ne in manus eius incidat, quantum potest modis omnibus precavere.
Hebr. 10, 31. Cum enim iuxta apostolum omni mortali *horrendum* sit *incidere in manus Dei viventis,* regibus tamen[a], qui nullum preter ipsum supra se habent, quem metuant, eo erit horribilius, quo ipsi ceteris possunt peccare liberius, se-
Sap. 6, 2—6. cundum illud viri sapientis, ubi ait: *Audite, reges, et intelligite, discite iudices finium terrae, prebete aures vos, qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a Domino potestas vobis et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur. Quoniam, cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis neque custodistis legem iusticiae neque secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende et cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui presunt fiet.* Vos autem, princeps clarissime, qui re et nomine Pacificus iure appellamini[b·2], quia noctem nebulosam ac pluviosam ad delectabilia matutinae serenitatis spectacula cuique quod suum est conservando reduxistis pacemque ama-
Apoc. 1, 8. bilem mundo reddidistis[c], Deo — qui et principium — perseverantiam largiente[d·3] huius tam amarae sententiae, divina favente clementia, iudicium non incidetis[4].

Honesta ergo erit et utilis excellentiae vestrae historiarum cognitio, qua et virorum fortium gesta Deique regna mutantis et cui voluerit dantis[5] rerumque[e] mutationem patientis virtutem ac potentiam considerando sub eius metu semper degatis ac prospere procedendo per multa temporum curricula regnetis[6]. Unde nobilitas vestra cognoscat nos hanc historiam nubilosi temporis, quod ante vos fuit, turbulentia[7] inductos ex amaritudine animi[f·8] scripsisse ac ob hoc non tam rerum

a) tantū *corr.* tam̄ *B* 2. b) nominamini *A* 1 *(ubi eadem manu eodemque atram. superscr.* appellamini*).* 3. c) reddistis *B (corr.* reddidistis *B* 1*).* d) larg. persev. *A* 1—3, *sed signis transpos. A* 1. e) *ita B* 1; -que *om. A;* regi *pro* rerumque *B* 2. f) animi *om. B* 1.

1) *Similiter Otto in Gestis Frid. I,* 4: Discant ergo principes orbis in summo positi omnium summum creatorem suum pre mente habendo moderantiam servare. — 1. *Tim.* 6, 15. *Apoc.* 19, 16: Rex regum et dominus dominantium. 2) *Cf. Giesebrecht, 'Gesch. d. D. Kaiserzeit' V, p.* 99. *VI, p.* 349; *Wibaldi ep.* 410; *Versus de Friderico, 'N. Archiv' XV, p.* 394. 3) *Cf. Phil.* 1, 6. 4) 1. *Tim.* 3, 6: ne . . . in iudicium incidat diaboli. 5) *Cf. Dan.* 2, 21. 6) *Cf. Ps.* 44, 5: prospere procede et regna. 7) *Cf. Gesta Frid. Proem. in.* 8) *Cf. ex. gr. Iob* 7, 11. 10, 1 *etc.*

gestarum seriem quam earundem miseriam in modum tragediae texuisse[1] et sic unamquamque librorum distinctionem usque ad septimum et octavum, per quos animarum quies resurrectionisque duplex stola significatur[a.2], in miseria terminasse.

Itaque si vestrae placuerit maiestati gestorum vestrorum nobilissimam in posterorum[b] memoriam stilo commendare seriem, per notarios vestrae celsitudinis digestis capitulis mihique transmissis[3], Deo dante vitaque comite[4], ea laeta laeto animo prosequi non pigritabor, nichil aliud pro munere expectans, nisi quod ecclesiae, cui deservio[5], in oportunitatibus[6] suis vestra sub-
117. *venire velit imperialis clementia.

De expeditione[c], quam contra Mediolanensium superbiam ordinastis[7], ob honorem imperii vestraeque personae exaltationem libenter audivi preceptumque vestrum super hac re humilitati meae destinatum[8] reverenter suscepi. Misimus autem presentium latores[d] venerabilem abbatem Rabotonem[e] Sancti Stephani et capellanum nostrum Ragewinum[f], qui hanc historiam ex ore nostro subnotavit, ut de hoc verbo sub gratia vestra pro nobis sufficienter respondeant.

Precordiali[g.*] amico[h] summique inter orbis principes

*) *A* 1*a manu coaeva (saec. XII/XIII) in marg. add.:* Hic nota lector, quod scriptor libri dominus Otto fuit scientie eminentis, *et manu saec. XIII. ex. vel XIV. per-*

a) ageretur *B* 3. b) posterum *A*. c) v̊ (= vero) *supra lin. add. B* 2. d) latoresque *A* 1—3 *(sed* -que *eras. A* 2*)*. e) Rab. *om. B* 1; Rapotonem *A* 4. f) Rag. *om. B* 1. g) Prologus ad cancellarium *minio scriptum praemittit A* 3; Item epistola eiusdem *minio scriptum praemittit B* 1; Epistola Ottonis ad cancellarium Friderici primi cesaris augusti *manu saec. XIV. vel XV, et in margine superiore minio scriptum* Ottonis episcopi Frisingensis ad Regenaldum Friderici primi caesaris augusti cancellarium epistola *eadem qua supra p.* 1, *n.* a *manu recentiore add. B* 2; Ad Renhaldum quendam cancellarium imperialem *praemittit Cusp.* h) suo *add. A* 4.

1) *Cf. infra Prol. I, p.* 7, *l.* 9 *sq.; Gesta Frid. I,* 47. *Verba ex Eusebii Hist. eccles. a Rufino translata I,* 8, 4, *mutuata sunt, ubi de Herode legitur:* Longum est, si prosperitates imperii eius . . . domesticis referam cladibus obscuratas, . . . tragoedia magis quam historia texi videbitur. 2) *Cf. Aug. De civ. Dei XXII,* 30 *fin. et ea, quae Beda de septima et octava mundi aetatibus exposuit, De temp. rat. c.* 67. *et* 71, *MG. Auct. Antiquiss. XIII, p.* 322. 325 *sq.* 3) *Vide epistolam imperatoris ad Ottonem, Gesta Frid. ed. Waitz p.* 1 *sqq.* 4) *Gen.* 18, 10. 14: vita comite. 5) *Id est Frisingensi, non universali Romanae ecclesiae.* 6) *Cf. Ps.* 9, 10: adiutor in opportunitatibus. 7) 1157. *Mart.* 24. *Fuldae expeditio ab imperatore ex consilio principum indicta, Mart.* 31.

principis nobili cancellario Regenaldo[a] Otto[b] Dei gratia Frisingensis ecclesiae episcopus salutem et obsequium.

Cum iuxta Boetium[1] in omnibus philosophiae disciplinis ediscendis atque tractandis summum vitae positum solamen[c] existimem, vestrae nobilitatis personam eo familiarius ac iocundius amplector, quo ipsius studio vos hactenus insudasse in eaque adprime eruditum esse cognosco[2]. Eapropter non ut rudi, sed ut philosopho de libro, quem domino imperatori transmisi, vestrae industriae confidentius scribo petens, ne in quibusdam ibidem positis sinistrum, sed bonum vos[d] interpretem experiar. Scitis enim, quod omnis doctrina in duobus consistit, in fuga et electione. Ut ergo ab ea, quae accedentibus ad philosophiam prima est, grammatica ordiar, ipsa est, quae secundum suam disciplinam docet eligere ea, quae conveniunt proposito, et fugere, quae impediunt propositum. Verbi gratia: Certa lege dictionem dictioni secundum consimilia accidentia construere iubens ea, quae non sunt talia, utpote barbarismus et soloecismus, purgando fugere docet. Sed et logica, cuius ad sillogismorum doctrinam principaliter spectat intentio[3], iudicium purgans et instruens[4], coniugationes propositionum inutiles ad sillogizandum purgando fugit, utiles autem

---

gitur: studens Parisiensis primo, monachus Morimundensis ordinis Cisterciensis, tandem factus episcopus Frisingensis. Fuit autem filius marchionis Austrie, et ob reverentiam ipsius fundatum est ceno-
1135. bium Sancte Crucis per patrem suum Leupoldum marchionem, qui postea factus est dux[5] et filii sui post eum plures.

a) Reginaldo *B* 1; Reginhaldo *B* 3. b) O. *A* 1. 3. 4. *B* 2. c) salamen *B* 2. d) vos *om. A* 2.

Wormatiae a principibus iurata est; cf. H. Simonsfeld, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Friedrich I.' I, p. 520 *sqq.* 8) *Quod extat Gest. Frid. II,* 50. *W.*

1) *Cf. ex. gr. De consol. philos. III, Prosa I, ed. Peiper, Lipsiae* 1871: O, inquam, summum lassorum solamen animorum. *Similiter Hugo de S. Victore, Erud. didasc. I,* 2: Summum igitur in vita solamen est studium sapientiae; *cf. ibidem III,* 11. 2) *Cf. Simonsfeld l. c. p.* 423 *sq.* 3) *Cf. Boeth. In Categ. Aristot. l. I, Opera (ed. Basil.* 1570*) I, p.* 113. 4) *Cf. Boeth. De differentiis topicis I init.* 5) *Nota errorem.*

instruendo eligit. Quare cum XVI propositionum coniugationes inveniantur, in prima tantum iuxta Aristotilem figura IIII^or^ utiles, XII inutiles, in secunda itidem IIII^or^ utiles, XII inutiles, in tertia sex utiles, X inutiles repperiuntur[a.1]. Geometer quoque partem falsigraphi ad inpossibile ducens fugiendam[b] suamque demonstrationem necessariis probans rationibus eligendam ostendit. Sic et cronographorum[c] facultas habet, quae purgando fugiat, quae instruendo eligat; fugit enim mendacia, eligit veritatem. Itaque non indignetur vestra discretio nec[d] sinistre, ut dixi, imperialibus auribus interpretetur, si in historia nostra contra antecessores vel parentes suos ad observandam veritatem aliqua dicta fuerint, cum melius sit in manus incidere[e] hominum[2] quam tetrae fucatum superducendo colorem faciei scriptoris amittere officium. *cf. Sap.* 13,14.

Preterea, quo ordine currat haec historia, breviter exponam, ut hoc cognito qualitas operis facilius pateat[f]. Quatuor principalia regna, quae inter cetera eminerent, ab exordio mundi fuisse in finemque eius secundum legem tocius successive[g] permansura fore ex visione quoque Danielis percipi potest. Horum ergo principes *Dan.* 7. secundum cursum temporis enumeratos, primo scilicet[h] Assirios, post, subpressis Chaldeis, quos inter ceteros historiographi[i] ponere dedignantur[3], Medos et Persas, ad ultimum Grecos et Romanos posui eorumque nomina usque ad presentem imperatorem subnotavi[4], de ceteris regnis incidenter tantum et ob ostendendam[k] rerum mutationem[5] disputans. De diversis quoque religiosorum ordinibus[6] et catalogo[l] regum in Laurento, Latio, Alba ante Urbem conditam regnantibus et post Urbem conditam, item de catalogo[m] imperatorum seu pontificum Romanorum usque ad eum, qui inpresentiarum est,

a) *haec ex B* 3 *ita exscripsit v. cl. Engelhard:* XII inutiles, in secunda . . . *('non leguntur')* XII*('?')* utiles et XII inutiles, in tertia sex utiles, X inutilis*(!)* reperiuntur. b) fugendam *A* 1. *B* 2. c) cronagraphorum *A* 3. d) ne *A* 4. e) inc. in manus *A* 2. 4; melius sit in manus sit incid. *A* 3. f) legenti *add. Cusp.* g) *ita coniecit Cusp.;* successui *A;* successiui *B* 1; successus *sequente una fere littera erasa B* 2. h) scilicet *om. A* 2, *una littera post* primo *erasa;* primos *Cusp.* i) hystoriographos *A* 3. k) ob osten- *in loco raso B* 1; et obstendendam *B* 2. l) catalago *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. m) catalago *A* 1. 3. *B* 1. 2.

1) *Cf. Boeth. De syllogismo categorico l. II, Opera I, p.* 594. 2) *Cf.* 2. *Reg.* 24, 14: melius est, ut incidam in manus Domini . . . quam in manus hominum; 1. *Par.* 21, 13. 3) *V. infra I,* 32. *II,* 1. 4) *I,* 33. *II,* 1 *ex.* 25; *Catal. regum post l. VII.* 5) *Cf. infra Prol. I, II,* 32 *fin., II,* 43 *fin., IV,* 31 *fin. VI,* 17 *fin.; Hashagen p.* 28 *sq.; Schmidlin p.* 37 *sqq.* 6) *VII,* 35.

disserui. Sicque in octavo de resurrectione mortuorum fineque utriusque civitatis loquens opus terminavi. Qualiter etiam regnum a regno subplantatum usque ad imperium Romanorum fuerit, ostendi, hoc, quod de ipso
Dan. 2, 34. dicitur, quia a lapide exciso[a] de monte plenarie subvertendum sit, usque in finem temporum iuxta Methodium[1] expectandum estimans[2]. Valete[b].

---

*OTTONIS[c] EPISCOPI HISTORIA DE DUABUS CIVITATIBUS. INCIPIT[d] PROLOGUS LIBRI PRIMI. *p. 8

Sepe multumque volvendo mecum de rerum temporalium motu ancipitique statu, vario ac inordinato proventu, sicut eis[e] inherendum a sapiente[f] minime considero, sic ab eis transeundum ac migrandum intuitu rationis invenio. Sapientis enim est officium non more volubilis rotae[3] rotari, sed in virtutum constantia ad quadrati corporis modum firmari. Proinde quia temporum mutabilitas stare non potest[4], ab ea migrare[g], ut dixi, sapientem ad stantem et permanentem eternitatis civitatem debere[5] quis sani capitis negabit? Haec est civitas[h] Dei Ierusalem caelestis, ad quam suspirant[6] in peregrinatione positi filii Dei confusione[7] temporalium tamquam Babylonica captivitate gravati. Cum enim duae sint civitates, una temporalis, alia eterna, una[i] mundialis, alia caelestis, una diaboli, alia Christi, Babyloniam hanc, Hierusalem illam esse katholici prodidere scriptores[8].

a) ex | exciso *A* 3. b) Valete *om. A* 3. *B* 1. c) *ita minio B* 1; Ottonis — civitatibus *om. A. B* 2. *C.* d) *ita minio B* 1; Inc. prol. l. primi *om. A* 2; Incipit prologus in sequentem librum *A* 1. 3. 4; Ottonis Frisingensis ecclesie episcopi in librum de duabus civitatibus ad Isingrimum prologus incipit *minio manu multo recentiore, eadem quae supra p.* 1, *n.* a *et p.* 3, *n.* g *occurrit, B* 2; Incipit prologus *C* 2, *ubi alia manus add.* Otto Frisingensis episcopus in Cronica; Prologus I. libri *C* 3. 4; Prooemium ad Singrimum *Cusp.; v. p.* 11, *n.* a. e) in eis *A* 3. f) sapientie *B* 2. g) ut dixi migr. *C* 3. 4. h) *ita A* 2. *B* 2. *C* 2; Ier. civ. Dei cel. *B* 1; civ. Dei celestis Ierus. (hier. *A* 1) *A* 1. 3. 4. *C* 4; civ. Dei Ier., *omisso* cael. *C* 3. i) alia *A* 2.

1) *Hoc ad certum aliquem locum referri non posse Büdinger monuit; sed de omnibus, quae apud Pseudo-Methodium (ed. E. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen', Halle a. S.* 1898*) c.* 10 *sqq., p.* 78 *sqq. legimus, Otto cogitavit.* 2) *Prius Otto aliter de hac re senserat, v. infra II,* 13 *fin. VI,* 36. *Cf. p.* 7, *n.* 3. 3) *Cf. Boeth. De cons. phil. II, Pr. I. fin. et Pr. II; infra VI,* 9. 4) *Similiter Hugo de S. Vict., De vanit. mundi l. IV fin.* 5) *Cf. p.* 7, *n.* 2. 6) *Aug. De civ. Dei V,* 16. *XV,* 6; *Enarr. in ps.* 64, 1 *sq.* 125, 1. *Cf. p.* 9, *n.* 1. 7) *P.* 10, *n.* 2. 8) *Ex. gr. Aug. Enarr. in ps.* 61, 6 *sq.* 64, 1 *sq.* 136, 1; *De civ. Dei XVII,* 16. *Nota non multo post, inter annos* 1148. *et* 1151, *Gerhohum Reichersbergensem commentarium in psalmum* 64. *composuisse, qui sic incipit:* Psalmo 64. de duabus civitatibus inter se contrariis, Ierusalem videlicet et Babilonia, earumque civibus inter se contrariis agitur *(MG. Libelli de lite III, p.* 439*).*

Sed quia plerique gentilium ad commendanda posteris gesta priorum de una earum plura scripserunt, multa documenta virtutum, ut ipsi rati sunt, prosecutiones vero miseriarum nostrorum iudicio nobis reliquerunt. Extant super hoc Pompei Trogi, Iustini, Cornelii, Varronis, Eusebii, Ieronimi, Orosii, Iordanis aliorumque quam plurium tam nostrorum quam illorum, quos longum est enumerare, monimenta preclara, in quibus non tam historias quam erumpnosas mortalium calamitatum tragedias[1] prudens lector invenire poterit. Congrua sane ac provida dispensatione creatoris id factum credimus, ut, quoniam homines vani terrenis caducisque rebus inherere desiderant, ipsa saltim vicissitudine sui deterreantur, ut a creatura ad creatorem cognoscendum per transitoriae vitae miseriam mittantur[a·2]. Nos autem, tanquam in fine temporum constituti, non tam[b] in codicibus eorum erumpnas mortalium legimus, quam ex ipsis nostri temporis experimentis eas in nobis invenimus[3]. Ut enim de aliis taceam: regnum Romanorum, quod in Daniele propter tocius orbis bello domiti singularem principatum, quam[c] Greci monarchiam vocant[4], ferro comparatur[5], ex tot alternationibus, maxime diebus nostris, ex nobilissimo factum est pene novissimum, ut* iuxta poetam[6] vix

magni stet[d] *nominis umbra.*

Ab Urbe quippe ad Grecos, a Grecis ad Francos, a Francis ad Lonbardos[e], a Lonbardis[e] rursum ad Teutonicos Francos derivatum non solum antiquitate senuit, sed etiam ipsa mobilitate sui veluti levis glarea hac illacque aquis circumiecta sordes multiplices ac defectus varios contraxit. Ostenditur igitur in ipso capite mundi

*) *B* 2 *eadem, ut videtur, manu in marg. add.:* Nota de urbe senatu populoque Romano hoc esse dictum, *quae, omisso* Nota, *hoc loco in textum recepit A,* ut — Romano *etiam Cusp.*

a) mitantur *A* 2; imitantur *corr.* mitantur *A* 3; imit. *(vel* mitt.*)* *B* 2; inuertantur *C* 2; mittantur, *sed primum* -t- *e corr.* *C* 3. b) tantum *B* 1. *C.* c) quem *A.* *B* 2. d) stat *A* 2; Stat magni *Lucan.* e) *ita* *A* 1. *B* 1. 2; Lomb. *B* 3; Lombardos . . . Lonbardis *C*; Longabardos . . . Lombardis *A* 4; Longobardos . . . Longobardis *A* 2. 3.

1) *Cf. supra p.* 3, *n.* 1. 2) *Cf. p.* 6; *II,* 43 *fin. II,* 51. *VI,* 17 *fin.* 3) *Similia in praefatione Petri monachi in translationem Methodii, apud Sackur l. c. p.* 59 *sq. leguntur. Cf. p.* 6, *n.* 2; *infra VII,* 9; *Hashagen p.* 30. 4) *Isid. Orig. IX,* 3, 23. 5) *Dan.* 2, 40, *cf. infra II,* 13. 6) *Lucan. Phars. I,* 135. *de Pompeio.*

mundi miseria, ipsiusque occasus[a] toti corpori minatur interitum[1].

Sed quid mirum, si convertibilis est humana potentia, cum labilis sit etiam mortalium sapientia? In Egipto enim tantam fuisse[b] sapientiam legimus, ut secundum Platonem Grecorum philosophos pueros vocarent et inmaturos[2]. Moyses quoque legislator[c], cum quo Deus tanquam vicinus cum vicino loquebatur[3] eumque divina sapientia replevit, erudiri omni sapientia Egipti non erubuit[4]. Nonne magnus ille[d] patriarcha, pater gentium a Domino constitutus, Abraham, Chaldeorum disciplinis institutus, scientia preditus, ad vocationem Dei[5] mores deseruit, prudentiam non dimisit? Et tamen
Is. 13, 19-22. *illa* magna *Babylon,* non solum sapientia preclara, sed et *gloriosa in regnis, inclita* in *superbia Chaldeorum*[e], iuxta Ysaiae vaticinium sine spe reparationis *syren*arum facta est *delubr*um, *domus dracon*um *et strution*um, latibulum serpentium. Egiptus quoque magna ex parte inhabitabilis narratur et invia[6]. Hinc[f] translatam esse scientiam ad Grecos, deinde ad Romanos, postremo ad Gallos et Hyspanos diligens[g] inquisitor rerum inveniet. Et notandum, quod omnis humana potentia seu scientia ab oriente cepit[h] et in occidente terminatur[7], ut[i] per hoc rerum volubilitas ac defectus ostendatur[8]. Quod in sequentibus Deo annuente plenius ostendemus[9].

Quia ergo per[k] haec et huiusmodi mundi probatur[l] versibilitas[m], necessarium ratus sum ad petitionem tuam, frater karissime Isingrime[n.*.10], historiam texere, per quam largiente Deo erump*nas civium Babyloniae, *p. 9

*) N *pro* Isingrime *C.*

a) casus *A* 2. 4. b) sap. fuisse legimus *A* 2; fuisse leg. sap. *A* 4. c) -tor *versu exeunte om. B* 1. d) ille magnus *A.* e) Chald. *om. C.* f) Hanc *C.* g) diligenter *A.* h) incepit *C* 3. 4. i) et *add. B* 1. k) propter *B* 3; propter has et huiusmodi varietates mundus probatur contempnendus *pro* per haec — versibilitas *C.* l) prob. *om. A* 3. m) versabilitas *B* 3. n) I- *adrasum A* 2; ysingrine *B* 1; Singrime *Cusp.*

1) *Ad hanc vocem cf. infra I,* 32. 2) *Platon. Tim. interpr. Chalcidio rec. Wrobel, Lipsiae* 1876, *p.* 14. 3) *Cf. Exod.* 3. 4) *Act.* 7, 22; *cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 37. 5) *Gen.* 12. 6) *Certum locum non inveni. Cf. Ierem.* 2, 6: per terram inhabitabilem et inviam. 7) *Cum his verbis verba Hugonis de S. Victore, De vanitate mundi l. II. fin. contulit Hashagen p.* 30. 8) *Cf. p.* 5, *n.* 5. 9) *Prol. V; cf. VII,* 35. 10) *Isingrimus iste videtur fuisse monachus SS. Udalrici et Afrae Augustensis, a.* 1145. *in abbatem Ottenburanum promotus; cf. Baumann, 'N. Archiv' VI, p.* 600 *sqq.*

gloriam etiam regni Christi post hanc vitam sperandam, in hac expectandam ac pregustandam Ierusalem civibus ostenderem[a]. Proposui vero[b] prioris conflictationes[c] et miserias, quantum Deus dederit[d], usque ad tempus nostrum deducere, de spe quoque sequentis, quantum ex scripturis colligere potuero[e], non tacere, sed et civium eius in hac peregrinantium[1] memoriam facere. Sequor autem in hoc opere preclara potissimum Augustinum et Orosium ecclesiae[f] lumina eorumque de fontibus ea, quae ad rem propositumve pertinent, haurire cogitavi. Quorum alter de gloriosae civitatis Dei exortu sive progressu debitisque finibus, quomodo inter mundi cives semper profecerit, quique eius cives vel principes quibus principum seu civium seculi temporibus extiterint, acutissime disertissimeque disputavit[2]. Alter vero contra eos, qui temporibus[g] Christianis priora preferentes inaniter garriebant[3], de rerum humanarum variis ac miserrimis eventibus, bellis bellorumque[h] discriminibus, regnorum mutationibus, utilissimam ab orbe condito usque ad tempus suum texuit[i] hystoriam. Quorum vestigia sequendo sic de utraque dicere proposuimus, ut tenorem hystoriae non omittamus, quatinus et religiosus auditor, quid in mundanis rebus ob innumeras mutationum miserias abhorrendum sit, animadvertat ac studiosus seu curiosus indagator non confusam rerum preteritarum seriem inveniat.

Nec iuste[k] me reprehendendum[l] arbitror, si post tantos tantaeque[m] sapientiae ac eloquentiae viros imperitus scribere presumpserim[n], dum et[o] ea, quae ipsi copiose profuseque dixerunt, compendio stringere et ea, quae post ipsorum tempora ecclesiae Dei profutura seu contraria a civibus mundi huius acta sunt, quamvis inculto[p] stilo executus fuerim. Nec illo me satyrici versu poetae[4], quo ait:

Scribimus indocti doctique poemata passim,

a) ostendere *B* 1. b) ergo *A* 2. *C* 4. c) conflictationis *A*. d) dedit *B* 1. e) potero *C*. f) ecclesiarum *A*. g) christ. (christiana *C* 3) temp. *C*. h) -que *om. A* 2. i) hyst. texuit *A* 2. k) me iuste *A* 2. l) reprehendum *A* 3. m) -que *om. A. B* 2. n) presumpserim *in loco raso B* 1. o) et — stringere (*l.* 30) *om. A* 3. p) qualicumque *pro* quamvis inculto *B* 1.

1) *Cf. p.* 6, *n.* 6; *Hashagen p.* 51, *n.* 1. 2) *Cf. ex. gr. Aug. De civ. Dei XVIII,* 1. *I,* 35. *X,* 32 *fin. XI,* 1. 3) *Cf. Oros. Adv. paganos I, Prol.* 9 *sqq.* 4) *Horat. Ep. II,* 1, 117, *versus allatus ex. gr. ab Hieronymo ep.* 53, 7.

feriendum crediderim, dum non temeritatis vel levitatis, sed caritatis, quae semper imperitiam excusare novit, gratia tam arduum[a] opus[1], quamvis indoctus, aggredi ausus sim[b]. Neque[c] digne me quisquam in his, quae iuxta temporis huius consuetudinem incredibilia forte videbuntur, arguere mendacii poterit, cum nil usque ad recentem memoriam preter illa, quae in probatorum virorum[d] scriptis repperi, pauca de multis posuerim. Non enim propter hoc eos[e], si quidam ex ipsis apostolicam in scribendo simplicitatem servavere[f], contempnendos iudicaverim, dum, sicut nonnunquam erroris fomes arguta sit subtilitas, sic semper veritatis amica sancta sit rusticitas.

De huius igitur erumpnosa mutabilitate, de illius felici stabilitate locuturus Deum, qui huius turbulentam confusionem[2] patienter tolerat, illius iocundam tranquillitatem visione sui auget et glorificat, invocemus, quatinus eius auxilio ea, quae sibi placent, dicere possimus[g].

Primus[h] liber protenditur usque ad Arbatum regnique Babylonici translationem factam ad Medos inicium Romani nominis[i].

Secundus ad civile bellum Romanorum Iulio Pompeioque auctoribus actum necemque Cesaris ac inicium nativitatis Domini[k].

Tercius ad Constantinum temporaque Christiani imperii, regni quoque[l] translationem factam ad Grecos[m].

Quartus ad Odoacrum regnique invasionem a Rugis[n].

Quintus ad Karolum regnique mutationem ad Francos et ad divisionem regni et imperii sub nepotibus eius[o].

Sextus ad Heinricum quartum scismaque inter regnum et sacerdotium, anathema promulgatum in imperatorem, papam Gregorium VII[um] Urbe pulsum ac Salerni mortuum[p].

Septimus usque ad seditionem Romani populi annumque VIIII. Conradi regis[q].

a) tantum *pro* tam ard. *B* 1. b) sum *corr.* sim *A* 4; sum *C* 4. c) Nec *B* 1. d) uirorum *alia fortasse manu in marg. suppl. pro* īrationū *deleto B* 2. e) eos *om. B* 1. f) servavere (servare *C* 2. 4) simpl. *C*. g) Finit prologus *add. C* 2. h) Primus — utriusque civitatis *(p.* 11, *l.* 2*) om. C* 3. i) Habet capitula 32. fol. XIII. *minio add. C* 2. k) Habet capitula 51. Et liber fo. XVIII. incipit *add. C* 2. l) Romani *add. C.* m) 47. fo. LII. *add. C* 2. n) 33 *add. C* 2. o) Habet capitula 36 et liber incipit folio *(!) add. C* 2. p) Habet capitula 36 et liber incipit fo *(!) add. C* 2. q) Habet capitula 37 folio *(!) add. C* 2.

1) *Aug. De civ. Dei I, Praef.:* civitatem Dei . . . defendere . . . suscepi, magnum opus et arduum. 2) *Ex. gr. Aug. Enarr. in ps.* 64, 2: Babylon confusio interpretatur, Ierusalem visio pacis; *cf. De civ. Dei XVI,* 4. *XIX,* 9. *Cf. p.* 6, *n.* 7. 8; *Hashagen p.* 52, *n.* 4.

Octavus de Antichristo resurrectioneque mortuorum et de fine utriusque civitatis[a].

INCIPIUNT[b] CAPITULA LIBRI PRIMI.

I. Proemium[c] et divisio orbis.

5 II. Qualiter Adam de paradyso eiectus utrosque cives genuerit, et quo tempore iuxta Iosephum a paternis legibus declinare homines et gygantes generari ceperint.

III. De diluvio iuxta Iosephum et item[d] de longevitate antiquorum patrum gentilium auctoritates[e], 10 annorum numerus iuxta diversas translationes capitaque familiarum ab Adam usque ad Noe.

IIII. Quomodo post diluvium genus humanum a 120. filiis Noe multiplicari, quibus in terris primo[f] dispergi ceperit[g]. De turre quoque Babel et confusione lingua- 15 rum, auctoritas[h] etiam de hoc Sybillae; supputatio quoque diversa a Noe usque ad confusionem linguarum.

V. Supputatio diversa a confusione linguarum usque ad Ninum et Abraham et annalium inchoatio.

VI. De hoc, quod Ninus primo arma extulerit et 20 quod homines illo[i] in tempore iuxta plurium auctoritates agrestes fuerint, et quod Ninus Ninnive[k] condiderit et Zoroastrem[l] occiderit.

VII. De nativitate Abraham et exitu eius de terra Chaldeorum morteque Nini.

25 VIII. De imperio Semiramidis et instauratione Babylonicae civitatis. Traditio quoque Treverorum de exordio civitatis suae, et de morte Semiramidis ac exordio regni filii sui Niniae[m].

VIIII. De habitatione Abraham cum Loth conso- 30 brino suo in terra Chanaan et subversione Sodomorum.

X. Quod Abraham signum circumcisionis acceperit et quorum principum tempore[n] geminos cives genuerit, rursumque quod Ysaac in typum futurorum duos genuerit.

35 XI. Quorum principum tempore Abraham mortuus fuerit[o] et ad filium nepotemque suum repromissio facta

a) *C et Cusp. continuo subiungunt primum libri primi capitulum, nam hunc capitulorum conspectum primo loco ante Prologum ad Isingrimum habent, excepto C* 2, *qui eum prorsus omittit; cf. p.* 6, *n.* d. *et* 36, *n.* q. b) Inc. cap. I. libri in cronica 40 Ottonis Frisingensis episcopi *C* 3. 4; *indicem capitulorum om. A* 2. *C* 2; Capita primi libri *Cusp.; a c.* 2. *incipiens omnes numeros in toto cap. indice om. C* 4, *exceptis infra p.* 31, *l.* 14. *et* 16. c) Premium *B* 1. d) it *A* 1. *B* 2; iter *A* 3. e) auctores *A. B* 2. f) primo *om. B* 1. g) cepit *mut.* cepit *B* 2. h) auctoritates *C.* i) illo *om. C* 3. k) niniuen *B* 1. l) Zoroastrē *B* 1. *C;* Zoroasten *A (Z- supra lin. A* 1*);* 45 honorastē *mut.* zororastē *B* 2. m) niniue *C.* n) terre *A.* o) fuerat *C.*

sit. De legibus Greciae datis sub Phoroneo, de Pheio et Io Inachi[a] filia.

XII. De prelio inter Telcisces, Cartasos[b], Phoroneum, Pharphasios et exordio habitationis Rhodos[c] insulae.

XIII. De diluvio Oggii et apparitione Minervae, et quorum principum tempore Ysaac mortuus sit.

XIIII. Quorum principum tempore fames in Egypto sub Ioseph fuerit, auctoritatesque gentilium de hoc Ioseph testimonium perhibentium.

XV. De ydolo Serapis, unde exordium sumpserit.

XVI. De Argo, unde Argivi. Quibus diebus Iacob mortuus sit. De seminibus primo allatis in Greciam. De morte Ioseph et[d] nativitate Moysi et quorum principum tempore hoc factum sit. De Prometheo et Athlante Athlantisque nepote Mercurio.

XVII. De diluvio Deucalionis et estu Ethiopiae. De Bacho, qui et Liber pater, et ortu Athenarum.

XVIII. Quorum principum[e] tempore Moyses filios Israel de Egypto eduxerit, testimoniumque de hoc Pompei, Iustini, Cornelii scriptorum gentium.

XVIIII. De Danao, Perseo et diversis abhominationibus gentium, unde de Babylon fugiendum[f] et ad cives nostros transeundum sit.

XX. Quot annis Moyses ductor[g] populi Dei fuerit, et quot annorum mortuus Iesu in formam secundi ducatum populi reliquit, et quod non sine causa novis et inauditis tunc mundus sceleribus inferbuit.

XXI. De bello Cretensium et Atheniensium et Minotauro, undeque[h] fabula Centaurorum orta sit.

XXII. De Vesore rege Egypti et Schitis dominatuque Schitarum in Asia.

XXIII.[i] De exordio Amazonum et principatu earum, qualiter Effesum et in ea templum Dianae condiderint et cur Amazones dictae sint.

(23). XXIIII. Quorum principum tempore Iesus mortuus sit, et de iudicibus, qui post eum fuerunt. De Cathmo et theologis. De regno Micenarum ac regno Laurenti in Italia et Carmenti nimpha.

(24). XXV. De raptu Helenae et subversione Troiae et inicio gentis Romanorum et Francorum et fundatione

a) in achin *B* 1. b) Caratasos *C*. c) yhodos *C*. d) de *add. B* 1. e) princ. *om. C*. f) fugendum *B*. g) dux *A* 4; doctor *C*. h) -que *om. C* 4. i) XXIII. *om. A* 3; XXII. *alio, scil. nigro, atram. corr.* XXIII. *A* 1; XXII. *A* 4, *qui supra p.* 11, *l.* 31. *numerum* X. *omiserat.*

Patavi. De Sampsone et Hercule et aureis seculis in Italia.

XXVI. De ferreis seculis inchoatis sub Enea et (25).
Turno. De erroribus Ulixis et fabulosis gestis Diomedis
5 et item[a] Ulixis. Allegationes de his verisimiles secundum sanctorum scripta et exempla.

XXVII. De morte Aeneae[b] et regno Silvii. De (26).
defectu regni Sicioniorum[c] sub Heli iudice, et[d] qualiter Romani et Greci morum et linguae affinitatem habere
10 ceperint aliasque gentes barbaros vocare consueverint.

XXVIII. De Samuele et Saule Codroque Athenien- (27).
sium[e] rege. Nomina[f] etiam iudicum a Moyse usque Samuel.

121. XXIX.[g] De temporibus regum et prophetarum.
15 De David et Salemone[h] filioque eius *Roboam. Qualiter sub eo ex peccatis[i] patris sui Salemonis[k] regnum scissum fuerit in brevi desolandum. De virtute Heliae et Helisei.

XXX. De regibus Albanorum usque ad Romulum (28).
20 et Aventino monte.

XXXI.[l] De translatione regni Babylonici ad Medos.

XXXII. Exclamatio contra Babylonem. (29).

XXXIII.[m] Nomina regum Assyriorum a Belo usque (30).
ad Sardanapallum.

25 FINIUNT[n] CAPITULA LIBRI PRIMI.

INCIPIUNT[o] CAPITULA LIBRI SECUNDI.

I. De regibus Medorum, qui quorum regum Iudae et Israel tempore fuerint. De Chaldeis et Ciro. Nomina regum Medorum.

30 II. De Proca et Amulio et ortu Remi et Romuli.

III. De fundatione urbis Romae et parricidio avi fratrisque a Romulo facto ac raptu Sabinarum.

IIII. De Osee et Ysaia prophetiaque Sibillae.

V. De Thale uno de VII sapientibus et captivitate
35 X tribuum. De Falari Siculo tyranno.

a) ĩt *A* 1. 4. *B;* itē *C;* iter *A* 3. b) *ita A* 1. 3. *B* 2. c) Siciniorum *A.* d) et *om. A* 4. *C.* e) rege Athen. *A. B* 2. f) et nomina *C* 4. g) *ita C; ea quae sequuntur linea rubra postea a praecedentibus verbis seiuncta sunt et in margine alia, quae etiam sequentes numeros correxit, manu* XXIX. *add. B* 2; *nulla cap. distinctio*
40 *A. B* 1. h) Salomone *B* 1. *C.* i) peccato *A. B* 2. k) *ita A* 3; Salem̃ *A* 1. 4. *B* 2; Salomon *B* 1. *C* 4; Sałom *alia manu et alio atram. corr.* Sal'onis *C* 3. l) *nulla cap. distinctio A* 3. m) *numerus om. A* 1; *nulla cap. distinctio A* 4. n) Finiunt cap. l. primi *om. C. Cusp.* o) Cap. II. libri *C* 3; Inc. cap. l. sec. *om. C* 4; Capita secundi libri *Cusp.;* libri *om. B.*

VI. Qualiter et a quibus urbs Romana inchoata fuerit. De[a] Numa. De morte Ysaiae et Samia Sibilla. De Tullio Hostilio et Anco Marco Romanorum regibus.

VII. De captivitate Iudae sub T.[b] Prisco Romanorum[c] rege et prophetia Hieremiae et VI[d] residuis sapientibus.

VIII. De philosophis, precipue Pitagora, Socrate, Platone, Aristotile.

VIIII. De Tarquinio Superbo et oppressione Lucretiae.

X. De tempore consulum et remotione regum et zelo Bruti primi[e] consulis liberationeque Romanae urbis per Mutium et Deliam.

XI. Quomodo Babylon a Cyro capta sit, et quis eius situs fuerit. De morte quoque Cresi.

XII. De prophetia Ezechiel, Daniel, Abacuch.

XIII. De IIII[or] principalibus regnis, quae Daniel in expositione somnii Nabuchodonosor ponit[f].

XIIII. Qualiter Thameris[g] regina Cyrum occiderit. Exclamatio de hoc brevisque epilogus de[h] laude Cyri.

XV. De Cambise filio Cyri et nova Babylonia ab ipso condita.

XVI. De magis et Dario et plenaria liberatione Romanorum. De prophetia Aggei, Zachariae, Malachiae, Esdrae. De infortunio Darii in bello Atheniensium morteque eius.

XVII. Rursum de infortunio filii Darii Xersis primo a Leonida, post ab[i] Atheniensibus victi, ad ultimum ab Artabano prefecto suo occisi.

XVIII. De prodigiis in urbe Roma visis, pestilentia intestinisque malis inde secutis et de Q. Concinnati[k] Rustici victoria.

XVIIII. De bellis diversarum civitatum et precipue de oppressione Atheniensium a regibus Persarum morteque[l] Socratis ac obitu Darii[m] regis Persarum et exilio Dyonisii Syculi.

XX. Qualiter duo filii Darii pro regno contenderint et Artaxerses, sub quo hystoria Hester facta creditur, regnum mortuo fratre obtinuerit. De terrae motu

a) De Numa *om. C.* b) tarquinio *C* 3; tarquino *C* 4 *(ita etiam l.* 9*).* c) *ita A* 4; Rom̄ *A* 1. 3. *B;* Romano *C.* d) VII *A* 3. e) cons. primi *A.* f) ponit *om. C.* g) thamis *C.* h) de laude Cyri *om. C.* i) ab *om. C.* k) *ita A. B. C;* Cincinnati *Cusp.* l) morteque — Persarum *om. C* 3. m) regis Darii *A.*

et incendio Ethnae. De Athlanti civitate et pestilentia Atheniensium[a].

XXI. Quae mala Galli Romanis fecerint et quomodo ab eis accepta pecunia recesserint[b].

5 XXII. Excidium Lacedemoniorum et reformatio[c] Atheniensium sub Conone per Artaxersen regem. De victoria Romanorum et specu, quem M. Curcius[d] miles inaudito modo clausit, et[e] victoria de Gallis.

XXIII. Quod Cartaginenses et Romani nunciis 10 fedus firmaverint[f] et saxea grando veris terram lapidibus percusserit. De Artaxerse, qui et Ochus, quomodo Iudeos incluserit.

XXIIII. Inicium regni Grecorum, quomodo Philippus ingenio et virtute[g] civitates[h] Greciae sibi sub- 15 iecerit et Alexandrum filium instruxerit, ipseque ad ultimum quem finem habuerit.

XXV. Principatus Alexandri Magni. Finis regni Persarum numerusque[i] regum et mirabilia, quae fecit et vidit Alexander. Finis[k] ipsius et exclamatio de his 20 contra rotatum rerum.

122. *XXVI. De sociis Alexandri, quomodo orbem[l] diviserint et Olimpiam matrem Alexandri cum filio suo Hercule occiderint ipsique mutuis vulneribus corruerint, et de Machabeis.

25 XXVII. Quod Roma post Alexandrum tamquam amisso pedagogo crescere ceperit[m].

XXVIII. Reciprocatio, id est qualiter Roma sub Alexandro a vicinis gentibus dehonorata fedus non servaverit, sed sub[n] Papirio consule bellum instauraverit.

30 XXVIIII. Quod Roma post mortem Alexandri tamquam in propria auctoritate stans ingenio et arte usa hostes devicerit, sed statim pestilentia afflicta fuerit.

XXX. De variis eventibus[o] Romanorum et de[p] diversis calamitatibus eorum.

35 XXXI. De[q] Tarentinis. De bello inter Pyrrum et Romanos gesto[r], testimoniumque ipsorum Romanorum de[s] nobilitate[t] Pyrri, et quod Tarentini post mortem eius Cartaginensium auxilium[u] querebant.

a) Athen. *om. A* 3. b) recesserī *B* 1. c) formatio *B* 2. d) curtin9 *C* 3; 40 curtiu9 *C* 4. e) et *om. C.* f) firmaverī *B* 1. g) virtutes *B* 2. h) civ. *om. B* 2. i) numerosorumque *C.* k) filius eius *pro* Finis ipsius *B* 1. l) urbem *B* 1. m) cepit *A* 4. *C.* n) sub *om. A* 3. o) euntibus *B* 2. p) de *om. C, supra lin. suppl. B* 2. q) *hic cap.* 31. *incipit C; verba* De Tarentinis *capitulo* 30. *subiungunt novumque cum sequentibus* De bello *etc. incipiunt A. B.* r) gestum *A* 1. 3. *B. C. Cusp.* s) ips. rōmēde 45 *C* 3; ips. romende *C* 4. t) nobis utilitate *C.* u) consilium *B* 1.

XXXII. De Cartaginensibus, et qualiter fedus cum Romanis initum propter Tarentinos ruperunt[a].

XXXIII. Exordium belli Punici. De occisione Cornelii consulis et victoria Romanorum.

XXXIIII. De Regulo consule et serpente, quem occidit. De victoria[b] eius, et ad ultimum quomodo occisis multis victus et captus fuit[c]. Qualiter Romam missus captivos reddi dissuasit et ita rediens necatus sit. Testimonium Tullii de virtute eius et pacientia, et de fine primi belli Punici ac victoria Romanorum Ianoque clauso.

XXXV. De inundatione Tyberis et incendio Urbis. De Gallis Transalpinis et[d] bello Punico secundo inchoato[e].

XXXVI.[f] De morte Hamilcaris, et quomodo filius eius Hannibal diversis preliis Romanos devicit[g] in tantum, ut etiam sedes mutare cogitarent. Quomodo etiam ab Urbe tempestatibus pulsus est. De morte[h] Scipionum[i] et captione Capuae.

XXXVII. Qualiter Scipio[k] proconsul factus Penos devicerit, Hannibal Marcellum et Crispinum consules occiderit et ad ultimum amisso fratre Astrubale ad Brutos[l] cesserit.

XXXVIII. Rursum de victoria Scipionis itemque[m] de victoria Hannibalis redituque eius in patriam. De ultima pugna Romanorum et Penorum. Quomodo[n] Scipio rediens in comitatu Terentium habens cum triumpho susceptus sit[o] bellumque Punicum secundum terminatum.

XXXVIIII. De prodigiis, quae haec mala precessere. De excidio Tarenti. De victoria Macedonum et Lacedemoniorum.

XL. De barbaris victis a Romanis et subacto Philippo rege. Qualiter Antiochus, ad quem Hannibal confugerat, victus pacem petierit. De morte Hannibalis et Scipionis, laudesque Tullii et Senecae in Scipionem.

XLI. De situ Cartaginis tercioque Punico bello, eversione quoque[p] ipsius. Quomodo Scipio regnum Numidiae partitus sit.

a) rumpunt *C*. b) De vict. *om. C* 3, *ubi alia manus alio atram. superscr.* et corio. c) fuerit *A*. d) et de *C* 4. e) inchoata *A* 3. f) XXXVI. *om. A* 1. 3, *exstat A* 4, *ubi idem numerus l.* 20. *pro* XXXVII. *repetitur; nulla cap. distinctio C.* g) vic *A. B* 2. h) duorum *add. C.* i) Cipionum *A. B* 2. k) Cipio *B* 2. l) brucios *B* 1. m) -que *om. A. B* 2. n) et quomodo *C.* o) est *A. B* 2. p) eversioneque *A. B* 2.

XLII. Subputatio diversa, quo tempore Machabei fuerint.

XLIII. Subversio Corinthi. Excidium Numantiae et excursus brevis.

5 XLIIII. De Iugurtino bello et variis eventibus Romanorum cum Cimbris, Gallis, Germanis. De intestinis malis sub Silla[a] et Catilina Macedonicoque[b] bello. De Asia Minore Romanis tradita.

XLV. Difficile bellum habitum cum Mitridate et 10 tandem victo illo terminatum. Quem[c] predictus rex tam ob hoc malum quam ob filium eum[d] deponere molientem terminum vitae fecerit[e].

XLVI. Quod Romani Pompeium in orientem miserint, qui toto devicto oriente templum quoque Do- 15 mini polluit captoque et vincto[f] Aristobolo fratri eius sacerdotium tradidit[g].

XLVII. Qualiter et sub quibus principibus seculi Israel a transmigratione Babylonis usque[h] ad id tempus sese habuerit, et de Herode alienigena.

20 XLVIII. De victoria Iulii Cesaris, et quomodo a civibus non susceptus in ipsos arma converterit et erarium fregerit.

XLVIIII. De occisione Crassi et incendio Urbis. De intestina pugna Romanorum, victoria quoque Cesaris 25 et morte Pompei.

L. Quomodo Cesar in Egiptios arma converterit Cleopatraeque regnum dederit[i] et dehinc[k] Romam veniens rursum fautores Pompei persecutus fuerit. De 123. morte Catonis. Quod *Cesar monarchiam obtinuerit Tul- 30 liumque[l] ac per eius interventum M. Marcellum in gratiam susceperit ipseque ad ultimum conscio senatu occisus sit.

LI.[m] Exclamatio contra rerum mutabilitates et[n] terminus secundi[o] libri.

35 CAPITULA LIBRI TERCII[p].

I. Qualiter Octavianus, primo dolorem de avunculi morte dissimulans, postmodum interfectores eius tractaverit. De iudiciis eius Romae factis. De plurimis vic-

a) Sylla *A. C* 3; Cilla *B* 2. b) Macedoniorumque *B* 2; macedonioque *C*. c) quomō 40 *Cusp.* d) eius *A* 4. e) habuerit *A* 4. f) victo *A* 1. 3. *B* 2; et vincto *om. A* 4. g) tradiderit *B* 2. h) usque — alienigena *om. A* 3. i) ded. *om. C* 3. k) de hin *A* 3. l) -que *om. C* 3. m) *numerus om. A* 3. n) et — libri (*l.* 34) *om. C. Cusp.* o) sch *add. B* 2. p) III. libri *C* 3; Cap. libri tercii *om. C* 4; Capita tertii libri *Cusp.*

toriis eius contra Antonium et Cleopatram, et quem finem Antonius et Cleopatra sortiti sint.

II. Excursus, quomodo Greci ab Alexandro usque ad id tempus orienti imperaverint, et unde patriarchales sedes esse ceperint. Numerus regum[a] Grecorum copiaque Romae ex[b] Alexandriae subactione accrescens.

III. Qualiter finito regno Grecorum devictaque Alexandria cum tota Asia Cesar Augustus dictus sit. De[c] victoria eius in Hispania Ianoque clauso. Quomodo per Claudium Drusum diversas provincias subegerit. De amissis legionibus in Germania a Varo[d].

IIII. Qualiter Augusto in Hispania morante totus oriens subiectionem ultro obtulerit, Parthusque pacem postulans signa, quae Crasso ablata erant, remiserit, totoque orbe descripto Ianus clausus sit. De humilitate Augusti.

V. Quod Iudeis sicut ceteris gentibus sub Cyrino census indictus sit, et de Iuda Galileo.

VI. De incarnatione Domini, et quomodo ea, quae sub Augusto facta sunt, regno Christi conveniant. Inchoatio annalium ab incarnatione Domini.

VII. Quam crudele piaculum Herodes in coevos Christi exercuerit et quem vitae ob hoc exitum[e] iuxta Iosephum sortitus fuerit. De Archelao.

VIII. De fame in urbe Roma et aperto Iano pro Dacorum et Atheniensium seditione[f].

VIIII. De morte Augusti et regno Tyberii et triumpho de Germanis[g] per Germanicum Drusi[h] filium. De adulterio callide a quodam perpetrato, et a Cesare quomodo vindicatum sit.

X. De baptismo et predicatione Iohannis et post ipsius Domini. De morte Iohannis. Testimonium de hoc Iosephi et item testimonium eius de Domino.

XI. De passione Domini, quid[i] Tyberius auditis miraculis Domini de eo Romae decreverit et quomodo senatum reclamantem sibi tractaverit et quae mala Iudeis fecerit. De passione[k] Stephani et malis Iudeorum.

XII. De morte Tyberii et subrogatione Gai Caligulae[l], quomodo Gaius Iudeos persecutus fuerit lega-

a) Grec. regum *C*. b) et *B* 1; ex *om. C*. c) *novum cap. inc. C. Cusp.* (IIII. *et sic deinceps C* 3. *Cusp.*). d) a Varo *om. A* 3. 4. e) *ita B. Cusp.*; exitum *om. A* vitae finem ob hoc *A* 3. 4; exicium *C (alia manu corr.* exitum *C* 3). f) -ditione *om. B* 1. g) romanis *B* 2. h) fil. Dr. *A*. i) *ita B;* quod *A. C.* k) pass. *om. A* 3. l) Galigulae *A* 1. 3. *B* 2.

tionemque eorum a Philone factam spernens templum profanaverit. De fine Pilati. De victoria Cesaris et de plurimis abhominationibus eius morteque[a] ipsius.

XIII. De Tyberio Claudio, quod fames sub ipso in Iudea fuerit, quod Iacobus occisus, Petrus in vinculis positus eodem tempore sit. De morte Herodis iunioris et Theoda.

XIIII. De divisione apostolorum in omnes gentes. De Petro et Symone mago. De Marco evangelista et discipulis Petri ab eo in orbem missis. De victoria Claudii ac seditione Iudaici populi. De expulsione eorundem de Urbe et seditione Romani populi, occisione senatorum et militum. De morte Claudii.

XV. De flagitiosa vita Neronis et persecutione in nostros. De Egyptio falso propheta. De morte Iacobi[b] scriptisque apostolorum.

XVI. De passione Petri et Pauli et inminutione Romani imperii et morte Neronis.

XVII. De civilibus malis in Urbe et[c] captivitate Iosephi imperioque Vespasiani.

XVIII. De excidio Hierosolimorum et captivitate Iudaici populi. Auctoritates de hoc Iosephi. Quod Titus et Vespasianus ob hoc imperatores dicti Romae cum triumpho suscepti sint[d]. De Iano clauso et incremento Romani imperii. De[e] terrae motu et pestilentia. De morte utrorumque et amphiteatro.

XVIIII. De persecutione Domitiani in suos et in[f] nostros. De Clemente successore Petri. Quod[g] Domitianus Iohannem apostolum in exilium miserit et David prolem requiri fecerit. De morte ipsius et de[h] substitutione[i] Nervae, sub quo ab exilio revocatus est Iohannes.

XX. De Traiano victoriisque eius ac persecutione
124. in nostros. De domo aurea Neronis et *seditione Iudeorum. De[k] sacerdotibus Christi, qui eo tempore erant. De obitu Iohannis apostoli et heresibus, quae tunc pullulabant.

XXI.[l] De mansuetudine et operibus Adriani Helii sacerdotibusque, qui tunc clari habebantur.

XXII. De heresibus et civibus Christi illis resistentibus et exemplar epistolae Adriani pro Christianis.

a) ipsiusque morte *C*. b) apostoli *add. C. Cusp.* c) de *add. B* 1. d) sunt *A;* sint susc. *C* 3. e) De — pestilentia *om. C* 3. f) in *om. C. Cusp.* g) tunc *add. C. Cusp.* h) de *om. C.* i) subtitutione *A* 3; substitione *B.* k) *novum cap.* XXI. *incipit A* 4. l) XXII. *et sic deinceps usque ad c.* 29. *A* 4.

XXIII. De principatu Antonini[a] cognomento Pii heresibusque sub eo ortis. De sacerdotibus et doctoribus Christi contra hereses. Epistola etiam imperatoris pro nostris.

XXIIII. De imperio Antonini Veri cum Aurelio Commodo bellisque eorum, de civibus nostris gravique persecutione, et quomodo per[b] Christianos imperator Germanos devicerit.

XXV. De principatu Commodi[c] obscenitateque eius et heresibus. De incendio fulmine et igne Romae facto.

XXVI. De morte Commodi et substitutione Helvii, qui et Pertinax, rursumque de morte illius.

XXVII. De principatu Severi et persecutione eius in nostros belloque contra gentes. De patribus et sacerdotibus, qui illo tempore pro domo Dei stabant, et de controversia, quae inter Romanum pontificem et orientales episcopos de die paschae fuit. De Iuda et Origene. De victoria Severi.

XXVIII. De morte Severi substitutioneque[d] Caracallae et item de morte illius.

XXVIIII. De imperio Marci Aurelii morteque[e] eius, in[f] utroque de Romanis pontificibus.

XXX. De principatu Aurelii Alexandri[e] et victoria eius. De martiribus, qui sub eo passi sunt, et Romanis pontificibus morteque Aurelii.

XXXI. De imperio Maximi persecutioneque eius in nostros, morte etiam ipsius.

XXXII. De principatu Gordiani Romanisque sacerdotibus et scriptoribus ecclesiasticis, fine quoque Gordiani.

XXXIII. De imperio Philippi Christiani et de humilitate ipsius.

XXXIIII. De morte Philippi et successione Decii, persecutione[g] eius in nostros.

XXXV. De occisione Decii et imperio Galli et Volusiani[h] ac morte Origenis. De[i] questione inter Cornelium et Ciprianum. De Romanis pontificibus aliisque
(36). sacerdotibus. De[k] passione Laurentii et pestilentia in urbe Roma[l].

a) antonii *C.* b) pro *B* 2. c) et *add. B* 2. d) -que *om. C* 3. e) morteque — Aurelii *om.*, Alexandri *delet. A* 4; vitaque eius et de Rom. pont. morteque Aurelii *Cusp.* f) in — victoria eius *(l.* 25*) om. C, sed num.* XXXI. *(pro* XXX*) exstat C* 3. g) *ita B;* et pers. *A (sequitur* -q; *erasum A* 1*);* persecutioneque *C. Cusp.* h) uosuniani *A* 3. i) *novum cap. inc. C. Cusp. (*XXXVII. *et sic deinceps C* 3. *Cusp.).* k) *novum cap.* XXXVI. *inc. A (secundis, ut videtur, curis A* 1*, ubi p.* 21*, l.* 1. *et* 3. *perperam num.* XXXVII. *repetitur).* l) Romana *C. Cusp.*

XXXVI. De morte Galli et Volusiani et sacer- (37).
dotio Sixti.

XXXVII. De principatu Valeriani et Gallieni per- (38).
secutioneque in nostros et passione Syxti. De[a] captivi- (39).
tate Valeriani et inundatione diversarum gentium contra Romanum imperium et intestinis malis. De morte Gallieni et sacerdotibus Christi[b] Maneque heretico, a quo Manichei.

XXXVIII. De principatu Claudii triumphoque eius (40).
ac morte.

XXXVIIII.[c] De imperio Aureliani plurimisque (41).
triumphis eius ac de urbe Roma, quam ampliavit, de illaque, quam ex nomine[d] suo in Gallia condidit. De persecutione in nostros morteque ipsius.

XL. De imperio Taciti morteque eius[e]. (42).

XLI. De imperio Probi, victoria eius ac morte. (43).

XLII.[f] De principatu Cari[g] bellisque[h], quae[i] in (44).
oriente gessit, et de morte ipsius.

XLIII. De principatu Diocletiani et victoriis eius, (45).
qualiter Maximianum socium imperii legit[k] et Christianos[l] super omnes, qui ante eum fuerant[m], persecutus sit[n], quique[o] temporibus eius passi fuerint, vel de triumpho Constantini, quomodo Diocletianus et Maximianus imperium reliquerint.

XLIIII. Qualiter Galerius et Constantinus[p] regnum (46).
diviserint, Constantiusque moriens[q] Constantinum in[r] Gallia imperatorem reliquerit.

XLV.[s] Terminus tercii libri et recapitulatio decem (47).
persecutionum.

CAPITULA LIBRI QUARTI[t].

I. De occisione Maximiani et morte Galerii, tyrannide Maximini[u], Licinii et precipue Maxentii[v] Maximiani filii, quomodo Constantinus iuxta visionem[w] sibi monstratam Maxentio[x] merso[y] Urbem ingressus crucem in triumphali loco poni fecerit, ipseque[z] a Silvestro baptizatus fuerit.

a) *novum cap.* XXXVIIII. *inc.* *A* 3. 4. b) Chr. *om.* *C* 3. c) *numerus om.* *C* 3. d) eius *add.* *C* 3. e) ipsius *A* 3. *C* 3. f) *numerus om.*, De — ipsius *in marg. suppl.* *A* 4. g) sari *A* 3. h) bellique *C.* i) q̄ *alia manu mut.* q *C* 3. k) legerit *Cusp.* l) achristianos *B* 2. m) fuerint *C* 3; fuerunt *C* 4. n) fuer. afflixit *C;* afflixerit *Cusp.* o) quique — vel *om.* *C.* *Cusp.* p) Constantin9 *mut.* Constantiv9 *A* 1; Constantius *recte* *B* 2. *Cusp.* q) ī oriens *A* 1. *B* 2, *corr.* moriens *A* 1. r) imp. in Gallia *C.* *Cusp.* s) *numerus om.* *A* 3. t) IIII. libri *C;* Capita quarti libri *Cusp.* u) maximiane *A* 1. 3; maximiani *A* 4. *B* 2. v) marentii *A* 3; *novum cap.* II. *inc.* *A* 4. w) vis. *om.* *B* 1. x) *novum cap.* II. *inc.* *A* 1. y) urbem merso *A* 3. z) -que *om.* *C.*

II. Quomodo[a] ipse et Licinius[b] pro ecclesia scripserint, Maximinusque[c] idem falso fecerit, sed postmodum in certamine victus, rursum pro Christianis scribens, Maximinus obierit[d]. De fine etiam Licinii sororii Constantini, Crispi etiam et[e] Licinii, nepotum eius, morte.

*III. De monarchia Constantini et pace ecclesiis *p.
reddita imperioque iuxta Romanos ecclesiae tradito et sede regni[f] Bizantium translato et de hac re allegationes[g] diversorum.

IIII. Brevis epilogus ab Adam usque ad id temporis de exaltatione civitatis Dei.

V. De exaltatione urbis Constantinopolitanae. De Arriana[h] heresi et Niceno concilio. De Paulo et Antonio primis heremitis et inventione sanctae crucis. De conversione Indorum[i] et Hiberorum[k] et morte Constantini.

VI. De principatu filiorum Constantini, qualiter Constantius in Arrianam heresim inciderit[l]. De morte Arrii et sacerdotio Athanasii[m].

VII. De morte Constantini ac laboribus Athanasii[n].

VIII. De expulsione Liberii Romani pontificis. De Victorino et Donato. De[o] aliis preclaris sacerdotibus et persecutionis immanitate.

VIIII. De morte Constantis et ultione super hoc fratris sui Constantii. De Iuliani apostasia et morte Constantii.

X. De persecutione astuta Iuliani et civibus Christi, qui ei viriliter restiterunt[p], et ad ultimum quomodo et ubi percussus fuerit Iulianus.

XI. De principatu Ioviniani christianissimi et orthodoxia illius, et ad ultimum quomodo vel ubi obierit.

XII. De imperio Valentiniani eiusque industria sub Iuliano, de fratre suo Valente.

XIII. De filio eius[q] Gratiano, Ambrosio synodoque Illirici[r].

XIIII. De morte Athanasii patribusque Egypti et episcopatu Moysi. De[s] errore Valentis victoriaque Valentiniani et morte eius.

a) Dyoclecianus *add. C* 3. b) Lucinius *B* 1. c) -que *om. C;* Maximinus quoque *Cusp.* d) scribere adiecit *pro* scribens Max. obierit *C.* e) et *om. B* 1; et etiam *C* 4. f) regni *om. C.* g) alligationes *B* 2. h) arciana *B* 1. i) Iudeorum *A.* k) Hebreorum *A.* l) inc. *om. C* 4. m) Anastasii *C. Cusp.* n) Anastasii *C* 3. o) et de *B* 2. p) resisterunt *B* 2. q) suo *C.* r) in Illyrico *Cusp.* (in *om. fol. XLVI) et Pithoeus (sed p.* 78. Illyrica *et ita Urstis.).* s) et *C. Cusp.*

XV. De principatu Valentis cum filiis Valentiniani persecutioneque eius et victoria Gratiani.

XVI. De Gothis et Hunis, qualiter Gothi a Valente Arriani effecti ipsum postmodum cremaverunt[a].

5 XVII. De imperio Gratiani et Valentiniani post mortem patrui et Theodosii a Gratiano in regnum assumpti. De secunda synodo habita sub Damaso[b]. De morte Athalarici, occisione Valentis[c] et eiectione Valentiniani[d].

10 XVIII. De imperio Theodosii paceque ecclesiae ac sacerdotibus Christi. De triumphis eius et humilitate ac de morte.

XVIIII. De principatu Honorii et Archadii. De Dirimachio monacho, Iohanne etiam Crisostomo ac[e] 15 Theophilo et Epiphanio, transitu etiam Martini et Ambrosii.

XX. De rebellione Gothorum et perfidia Rufini et Gildonis eventuque[f] Mazazel et morte Archadii.

XXI. De imperio Honorii et rursum de seditione 20 Gothorum et irruptione Romanae urbis sessioneque ipsorum in Gallia.

XXII. De gestis Honorii in Affrica et inventione Stephani protomartiris[g]. De morte Ieronimi. De[h] Romanis pontificibus et pace augusti cum Gothis morteque 25 ipsius.

XXIII. De imperio Theodosii iunioris virtutibusque[i] eius et[k] synodo[l] tercia, de bellis, quae per duces suos gessit.

XXIIII. De Valentiniano augusto, Vesegothis[m] et 30 Ostrogothis. De factione Ethii et Bonifacii, irruptione[n] Wandalorum in Affricam morteque Augustini.

XXV. De terrae motu Constantinopolitano et Romano, de initio tyrannidis Attilae morteque Theodosii.

XXVI. De principatu Martiani et Valentiniani sy- 35 nodoque quarta. De[o] tyrannide Attilae pugnaque[p] inter ipsum et[q] Romanos et Gothos.

XXVII. De eversione Aquilegiae et processu ipsius usque ad Ticinum, donec monitu Leonis papae rediret.

a) -rūt *in loco raso C* 3; cremaverint *Cusp.* b) damasco *A* 3. *C.* c) Va- 40 lentis — Valentiniani *hoc loco om., sed in fine cap.* 18. *post* morte *subiungit A* 3. d) Valentinianis *mut.* Valentiani (-s *et* -ni- *erasa*) *A* 1; Valentiani *B* 2. e) et *A. B* 2. f) Euentiique *A* 1; Enentiique *B* 1. g) *ita A. B* 2; protomartiris *eadem manu eodemque atram. super* Stephani *superscr. B* 1; protom. *om. C. Cusp.* h) et *A.* i) -que *om. C* 4. k) de *add. A* 1. 3. l) sinoda *B* 1. m) uele gothis *A* 3. n) et *add. A* 3. 45 o) et *A* 1. 3. *B* 2; et de *A* 4. p) pugnaque — Gothos *om. B* 1. q) et *om. A. B* 2.

XXVIII. De morte Etii et Valentiniani augusti irruptioneque Wandalorum in Romanam urbem. De Paulino episcopo morteque Attilae et Martiani[a] imperatoris.

XXVIIII. De principatu Leonis in oriente confusioneque Romani imperii in occidente morteque Leonis.

XXX. De imperio Zenonis in oriente. De Augustulo Romano et irruptione in urbem Romam sub Odoacro viroque[b] Dei Severino. *p. 3

*XXXI. Exclamatio brevisque Romani[c] imperii recapitulatio.

XXXII.[d] Qualiter, unde vel quomodo Franci in Gallias venerint ibique eiectis Romanis[e] regnare ceperint.

XXXIII. Conclusio quarti[f] libri.

CAPITULA LIBRI QUINTI[g].

I. Quomodo Theodericus Gothorum rex a Zenone in Italiam missus Odoacrum occidit ipseque tyrannice vivens Boetium in carcere posuit regnumque cum vicinis regibus firmavit.

II. De morte Zenonis et substitutione[h] Anastasii. De scismate Romanae ecclesiae et exilio episcoporum Affricae[i] morteque Anastasii et Clodovei.

III. De imperio Iustini et revocatione episcoporum de exilio. De persecutione Theodrici, in qua Iohannes papa, Symachus et Boetius extincti sunt. De morte eiusdem tyranni et visione inde monstrata Iustinique obitu.

IIII. De principatu Iustiniani multisque pietatis eius insignibus triumphisque[k] plurimis. De claris viris, qui sub eo fuerunt. De gente[l] Longobardorum, exaltatione imperii[m] morteque ipsius[n].

V. De imperio Iustini eiusque bonis operibus. De cultu regis Indorum. De plurimis victoriis per Narsen factis et introitu Longobardorum in Italiam morteque augusti.

VI. De imperio Tiberii Constantini elemosinisque eius. De pecunia, quam invenit, Persisque, quos per Mauritium devicit. De Gregorio tunc archidiacono ac morte imperatoris.

a) Martini *A (ex parte corr.* Martiani *A* 1*)*. b) vir. Dei Sev. *om. C. Cusp.* c) Rom. *om. C. Cusp.* d) *numerus om. A* 1; *nulla cap. dist. A* 4, *ubi* qualiterque. e) Rom. *om. C* 3. f) libri quarti *C. Cusp.* g) V. libri *C* 3; Cap. l. quinti *om. C* 4; Capita quinti libri *Cusp.* h) substitione *B* 1. i) Affricae — et *om. B* 2. k) -que *om. C.* l) gentes *B* 2. m) impii *B* 2. n) eius *C* 3. *Cusp.*

VII. De principatu Mauritii persecutioneque eius[a] in beatum Gregorium tunc papam. De viro Dei Columbano discipulisque suis, de visione et eventibus Mauritii fineque eius.

VIII. De imperio Focae transituque beati Gregorii. De duobus, qui post eum erant, Bonifaciis et Cosdroa[b] rege Persarum interituque Focae.

VIIII. De principatu Heraclii magnificoque eius[c] triumpho et reportatione sanctae crucis. De Anastasio monacho et Mahmet[d] regnoque Dagoberti et victoria eius. De timendo fine Heraclii.

X. De imperio Heraclii eiusque nece et de ultione illorum, qui hoc fecerant. De nova heresi[e] Pirri et[f] Cyri.

XI. De imperio Constantis et Martino papa. De victoriis eius et itinere ad Urbem. De filiis Dagoberti morteque Constantis.

XII. De principatu Constantini et synodo congregata dampnataque heresi Cyri et Pyrri. De Ansgiso maiore domus Franciae, Lamberto episcopo morteque Constantini.

XIII. De imperio Iustiniani[g], Kyliano, Pippino maiore domus, de Tiberio et Leontio et VII[a] synodo[h].

XIIII.[i] Item de reditu Iustiniani, quem mutilatis naribus Tiberius et Leontius expulerant, ultioneque eius, qualiter Constantinum papam vocans honeste tractavit[k] Philippicumque[l] persequens ab eo occisus sit.

XV.[m] De principatu Philippici heresique eius et morte.

XVI. De imperio Anastasii augmentoque[n] ac victoriis regni Francorum sub Karolo[o] seniore maiore domus ac[p] defectu imperii Romanorum Anastasioque clerico facto.

XVII.[q] Quod et Theodosius successor illius clericus factus Leoni imperium dimiserit, et de inundatione[r] Tyberis.

XVIII. De imperio Leonis Syri eiusque impietatibus. De Bonifacio, Pyrmenio[s], Beda et[t] obsidione regiae urbis morteque Leonis.

a) eius *om. A.* b) cosdraa *corr.* cosdroa *B* 2; Cosdrao *A.* c) triumpho eius *A.* d) Mahinet *B* 2; Mahmat *C* 3. e) herese *B* 1 *(fortasse mut. ex* -si*). C* 4. f) et *om. B* 2. g) Constantini *add. C. Cusp.; praeterea* filii *alia manu superscr. C* 3. h) synoda *A* 3. i) XIII. *iterum A* 1. k) *ita A* 1. 3. *B. C. Cusp.;* tractaverit *A* 4. l) Philippumque *A* 3. m) XIIII. *mut.* XIII. *et sic deinceps A* 1. n) augumentoque *B* 1. o) Karalo *A* 1. p) ac de *C* 4. q) *novum cap. non numeratur A* 4. r) *ita B* 1. *C* 4. *Cusp.;* undatione *A. C* 3; untione *B* 2. s) Pyrimenio *corr.* Pyrmenio *A* 1. *B* 2; Pyrinenio *B* 1; Primenio *C* 4. t) et de *B* 1.

XVIIII. De imperio Constantini Leonis filii eiusque pessimis operibus morteque[a] Karoli maioris[b] domus ac successione[c] filiorum eius.

XX. De bellis filiorum Karoli fundationeque Fuldensis monasterii, qualiter unus monachus factus, alter Pippino fratri[d] rebellans in pacem sit vocatus.

XXI. Quod Pippinus pro nomine regio consultum ad Romanum pontificem misit regnante Hilderico Merevingo[e].

XXII. Quod reversis nuntiis auctoritate papae Pippinus ad regnum eligitur, et quod Stephanus successor Zachariae pro persecutione ad regem venit.

*XXIII. Quod Pippinus cum ceteris Francorum *p. primoribus a sacramento absolvitur et in regem ungitur, et de civibus Christi, qui hoc tempore erant.

XXIIII. De beato Corbiniano[f].

XXV. Quod Pippinus rogatu Stephani in Italiam ingressus sit. De morte Bonifacii rursumque ingressu Pippini in Italiam. De legatione Constantini ad Pippinum. De variis bellis Pippini morteque eius.

XXVI. De regno Karoli variisque bellis eius[g] contra Aquitanicos[h] et Saxones[i] ingressuque eius[k] in Italiam morteque Constantini augusti.

XXVII. De imperio Leonis morteque eius et[l] item de victoriis Karoli contra Saxones[i].

XXVIII. De principatu Constantini et patriciatu Karoli.

XXVIIII. De Tassilone[m] duce, qualiter monachus factus sit, et de excecatione Constantini imperioque matris suae[n] Hirenae.

XXX. Quod Leo papa male a Romanis tractatus Karolum ad Urbem vocaverit ipseque de obiectis sponte[o] se purgaverit.

XXXI.[p] Qualiter Karolus a summo[q] pontifice totoque populo augustus vocatus imperium a Grecis ad Francos transtulit sub Hirene[r]. De iudiciis eius, quae fecit, et legatione Hirenae[s] itemque de legatione Nicephari imperatoris muneribusque regis Persarum.

a) -que *om. B* 2. b) *ita A* 4; maiore *A* 1. 3. *B. C. Cusp.* c) successore *C, corr. alia manu* successione *C* 3. d) fratre *A* 1. 3. *B* 2. e) mereiungo *A* 1. 3. f) Gorbiniano *A* 3. *B* 2. g) eius *om. A. B* 2. h) aquitacos *A* 3. i) sarones *A* 3. k) eius *om. B* 1. l) et *om. A* 3. m) Tessilone *A. B* 2. n) eius *A* 4; suae Hir. *om. A* 3. o) sponte *om. C. Cusp.* p) XXX. *et sic deinceps C* 3. q) Kar. assumpto *C. Cusp.* r) Hinere *B* 2. s) hireneque *B* 2.

XXXII. De morte Nicephari substitutioneque[a] Michahelis ac[b] renovatione federis inter duos imperatores itemque depositione Michahelis morteque Karoli, brevisque[c] epilogus de gestis eius.

XXXIII. De principatu Lodewici et Leone papa itemque de Stephano, qui imperatorem coronavit. De filiis imperatoris factioneque Bernardi ac exitu.

XXXIIII. De promotione Lotharii a Pascali nuntiisque Bulgarorum[d] ac morte Lodewici.

XXXV. De intestina pugna trium fratrum divisioneque regni Francorum.

XXXVI. Excursus[e] et exclamatio contra volubilitatem rerum.

CAPITULA LIBRI SEXTI[f].

I. De imperio Lotharii et Michahelis regnoque Karoli ac monachatu imperatoris divisioneque regni inter tres filios.

II. De imperio Lodewici[g] et Basilii et coniugio Lotharii ac controversia pro regno Karoli. De victoria Lodewici et pugna Karoli cum Brittonibus. De Noemeticio rege Brittonum et Herispeio.

III. De causa Lotharii, quomodo pro repudio legitime[h] a Nicolao papa excommunicatus fuerit episcopique fautores eius dampnati, et ingressu Lodewici in occidentalia regna egressioneque[i] Normannorum.

IIII. Quem finem Lotharius fratri succurrere volens in Italia habuerit, et quomodo post mortem eius patrui ipsius regnum diviserint. De fraude Adelgisi circumventioneque imperatoris ac victoriis, quas egit in Campania et Lucania. De locustis.

V. Qualiter Karolus occidentalis[k] rex Nortmannos obsidione clausos deceptus abire permiserit, quaeque[l] mala postmodum ab eis pertulerit.

VI. De morte Lodewici imperatoris imperioque patrui sui Karoli; item Lodewici orientalis regis, et quomodo Karolus regnum fratris invadere gestiens a filiis eius victus sit, ipsique regnum[m] paternum diviserint[n]. Item de ingressu Karoli in Italiam morteque ipsius. De

a) substitioneque *B* 2; -que *om. C.* b) ac — Michahelis *om. C* 4. c) -que *om. A. B* 2. d) Pulgarorum *A.* e) Exclam. et excursus *C. Cusp.* f) VI. libri *C* 3; Cap. l. sexti *om. C* 4; Capita sexti libri *Cusp.* g) et pugna *add. C* 3. h) legitimo *C.* i) egressioque *C, eadem manu corr.* egressioneque *C* 3; egressuque *Cusp. (sed postea fol. LIIII.* egressioque*).* k) rex occid. *C. Cusp.* l) quecumque *A* 1. 3; et quae *Cusp.* m) pat. regnum *B* 1; regnum *alio atram. superscr. C* 3. n) dimiserint *B* 2.

Lodewico Balbo[a] filiisque eius et pugna illorum cum Bosone.

VII. De morte Karlomanni[b] filioque eius Arnulfo, qualiter frater eius Lodewicus regnum sibi subiecerit, Arnulfo ducatum Carentanae[c] tribuerit.

VIII. De imperio Karoli tercii, irruptione Nortmannorum[d] morteque Lodewici, reditu Karoli imperatoris in Gallias; qualiter omnibus de semine regio mortuis ipse monarchiam obtinuerit.

VIIII. De depositione[e] Karoli subrogationeque[f] Arnulfi, morte[g] Karoli et confusione Romani simul et Gallici imperii.

X. Quos Itali, quem Franci occidentales regem fecerint. De Ungaris et irruptione Normannorum.

XI. Ubi Arnolfus regnaverit, opera, quae gessit, victoriaque eius contra Normannos[h]. Controversia[i] in occidentali regno Francorum.

*XII.[k] Quae Italiam ingressus Arnolfus fortia gesserit, quidque[l] Lodewico Bosonis filio contulerit. De morte Guidonis in Italia filioque suo[m] Lanberto et[n] Zuendebaldo filio regis Odoneque[o] rege Franciae. *p. 3.

XIII. Qualiter Arnulfus imperium Romanum obtinuerit, quomodo item Lodewicus Bosonis filius illud habuerit, et quid diversi de hoc sentiant. De morte Odonis[p] subrogationeque Karoli itemque de morte Arnulfi.

XIIII. De regno Lodewici in orientali Francia morteque Zuendebaldi et discursione Ungarorum.

XV. Qualiter Berengarius a Lodewico primo expulsus ipse postmodum cecato[q] Lodewico imperaverit. Quomodo Lodewicus orientalis Frantiae rex Albertum[r] comitem fraude Hattonis decollari fecerit eiusque terram in fiscum redegerit. De excursione Ungarorum morteque Lodewici.

XVI. De regno Conradi in orientali Frantia et occisione Ungarorum, fuga Arnulfi ducis morteque regis et subrogatione Heinrici Saxonis.

XVII. De exordio regni Teutonicorum diversaeque allegationes[s], utrum regnum Teutonicorum[t] vel potius adhuc regnum[u] Francorum dici debeat.

a) Balbo *eadem vel coaeva manu in marg. suppl. B* 2. b) Karromanni *B* 1. c) *ita B. C* 4; Carintanae *A;* carcutane *C* 3. d) Nartmannorum *A.* e) positione *B* 2. f) -que *om. A* 1. 3. *B* 2. g) morteque *A* 3. h) romanos *B* 2. i) controversiam *A* 3; contraversia *B* 1. k) XI. *et sic deinceps A* 1. l) quodque *C. Cusp.* m) eius *C.* n) De *B* 1. o) Oddoneque *A* 4; Ottoneque *C.* p) Ottonis *C.* q) cecatus, *omisso* Lodewico *A.* r) adilbertum *A* 4. s) alligationes *A* 3. t) Teucon. *B* 2; romanorum *C* 4. u) Franc. regnum *A.*

XVIII. De regno Heinrici in orientali Karolique in occidentali Frantia, decisio litis duorum regum pro Lotharingia. De[a] tyrannide Arnolfi Baioariorum ducis victoriaque Heinrici[b] super Ungaros. De lancea sacra morteque Heinrici.

XVIIII. De regno Ottonis triumphisque eius tam de Sclavis quam de Belgis. De eiectione Lodewici ac per Ottonem restitutione[c] synodique in presentia amborum celebratione. Qualiter Otto Italiam ingressus Berengarium debellavit ipsumque postmodum cum Alberto[d] filio in deditionem accepit. De rebellione filii eius Letalfi itemque reconciliatione.

XX. Triumphus Ottonis de Ungaris traditioque Schirensis[e] comitis, itemque triumphus Ottonis de Sclavis.

XXI. Querimonia Romanorum super tyrannide Berengarii. Ubi[f] rex sublimato prius ad regnum filio Italiam ingressus palatium Papiae reedificat.

XXII.[g] Ubi[f] Otto Romam veniens a Iohanne papa ac toto populo augusti nomen sortitur, sicque imperium Romanum ad Teutonicos vel iuxta alios[h] orientales Francos derivatur. Quod[i] imperator Papiam venit, Berengarius fugit[k].

XXIII. Quod[i] imperator Iohannem papam, eo quod Albertum susceperat, pontificatu deponit eique[l] Leonem substituit.

XXIIII. Ubi[m] imperator Berengarium capit, Romanos seditionem moventes sternit[n] et sic ad Spoletum divertit, rursumque rediens Urbem[o] obsidione claudit ac papam, quem Romani posuerant, captivum abducit. Denuo rediens quosdam ex Romanis suspendit, coronatoque[p] prius a summo pontifice filio in Saxonia moritur.

XXV. De imperio Ottonis secundi eventuque eius[q] in Calabria[r] ac morte[s] ipsius. Traditio Romanorum de beato Bartholomeo.

XXVI. De imperio Ottonis tercii, martirio beati Alberti ac morte imperatoris.

a) *novum cap.* XX. *inc. A* 4, *ubi l.* 1. *legitur* XVIIII. b) Heinr. *om. A* 3. 4; Heinrici ducis *A* 1, *linea rubra transducta,* ducis *etiam punctis suppositis delet.* c) *ita Cusp.;* restitutionem *A. B. C.* d) Adelberto *A* 3. e) *ita A* 1. 3; Schyrensis *A* 4. *B* 1; Schicirensis *B* 2; Scyrensis *C.* f) Ubi *om. C. Cusp.* g) *numeros hinc usque ad finem libri VI. om. A* 3. h) ad *add. C.* i) Quod *om. C. Cusp.* k) fuit *B* 2. l) -que *alia manu superscr. C* 3; -que *om. C* 4; et ei *Cusp.* m) Ubi *om. C. Cusp.* n) sternit *om. B* 2. o) Urbem — rediens *(l.* 30*) om. A. B* 2. p) corono | toque *A* 3. q) eius *om. B* 2. r) calaba *A* 1; calabam *A* 3. s) ac morteque *A* 3.

XXVII. De imperio Heinrici, triumphis[a] eius fundationeque Babinbergensi[b], conversione Ungarorum ac morte ipsius.

XXVIII. De regno regis Conradi eiusque uxore Gisila. De virtutibus eius victoriaque super[c] Polunios[d]. De rebellione ducum Conradi et Ernusti[e], reconciliationeque[f] Ernusti[e] ac expeditione[g] regis in Italiam.

XXVIIII. De promotione Conradi in imperatorem seditioneque orta in populo. De reditu[h] eius rebellioneque item[i] Ernusti[k] ducis[l] morteque eius.

XXX. De morte Rûdolfi regis Burgundiae Burgundiaque tradita filio imperatoris. Descriptio Galliarum[m].

XXXI. Rebellio[n] Odonis[o] in Gallia expeditioque[p] imperatoris super ipsum; cogitur[q] ad deditionem[r]. Expeditio imperatoris in Italiam victoriaeque[s] eius. Occisio Odonis[t] a fidelibus imperatoris. Captivitas pontificum excidiumque Parmae, processus imperatoris in Apuliam victoriaeque eius ibi, pestilentia[u] redeuntium obitusque augusti.

*p. 9. *XXXII. De imperio Heinrici virtutibusque eius. De eventu ipsius[v] in Boemia triumphoque in Pannonia. De nuptiis eius et[w] morte Leopaldi marchionis. De scismate Romanae ęcclesiae[x] et[y] depositione Gratiani ac subrogatione Clementis[z], et quid Hiltibrandus inde senserit.

XXXIII. Ubi[a] Heinricus Romae a Clemente coronatur ac per Apuliam[b] transiens[c] in patriam redit, et qui postmodum ab ipso Romanae sedi prepositi sint, et qualiter Bruno, qui et Leo, ad episcopatum venerit[d]. De deditione Gotefridi et Baldewini ducum et synodo[e] celebrata, expeditione Ungarica. De irruptione Nortmannorum in Apuliam, transitu[f] Leonis, subrogatione[g] Teutonicorum pontificum morteque imperatoris.

XXXIIII. De imperio Heinrici matrisque eius Agnetis, de liberatione Romanae ęcclesiae ac rebellione

a) triumphisque *C.* b) *ita scripsi;* Babinberg̃ *A* 1. 3. *B* 1; Babbergensium *A* 4; Babinberg *B* 2. *C;* Babenberg *Cusp.;* Babinbergae *Wilmans;* episcopatus de *alia manu ante* Bab. *add. C* 3. c) sub *B* 2. d) *ita emendavi;* Polimios *A* 1. 3. *B. C* 4; hunos *A* 4; Polimios *alia manu mut.* Polonos *et in marg. add.:* qui extunc regno Alamannie subiecti sunt *C* 3; Polonos *Cusp.* e) Ermisti *A;* Ernusti *alia manu mut.* Ernesti *C* 3. f) -que *om. A. B* 2. g) expeditio *A* 1. 4. h) creditu *A.* i) item *om. A. B* 2. k) Ermisti *A.* l) ducis *om. A* 4. *C. Cusp.* m) Gallinarum *A.* n) Debellio *A* 1. *B. C, corr.* Rebellio *A* 1. *B* 2. *C* 3. o) Ottonis *A* 4. *B* 2; Oclonis *vel* Otlonis *C* 3. p) *ita C. Cusp.;* expeditio, *omisso* -que *A* 4; expeditione *A* 1. *B;* expeditioneque *A* 3. q) ubi cogitur *C. Cusp.* r) detitionem *A* 3; seditionem *B* 2. s) -que *om. C* 3. t) Oddonis *A* 4. u) pestilencie *C.* v) eius *A* 4. *B* 1. w) et de *C. Cusp.* x) Depositio *add. B* 2. y) et *om. A* 1. 3; de *A* 4. *Cusp.* z) elementis *A* 3. a) Ubi *om. C. Cusp.* b) apuleam *B* 1. c) transiens *bis A* 3. d) venerint *A* 3. e) synado *B* 1. f) transituque *C. Cusp.* g) de subrog., de *alia manu supra lin. add. C* 3.

Saxonum. De morte Alexandri subrogationeque Gregorii septimi et scismate inde inter regnum et sacerdotium orto. De virtutibus eiusdem sacerdotis institutisque salubribus. De pugna Saxonum et regis.

XXXV. De visa cometa et expugnatione Angliae. De nuptiis regis sententiaque in eum a summo pontifice data. De positis super eum[a] regibus et in brevi occisis.

XXXVI. Excursus, qualiter intelligi possit, quod in Daniele legitur, lapidem excisum de monte sine manibus statuam in pedibus, qui[b] ex parte ferrei, ex parte fictiles erant, percussisse. Mala temporis illius obitusque Gregorii et terminus libri.

CAPITULA LIBRI VII[c].

I. De electione Victoris consecrationeque eius et morte.

II.[d] De expeditione Hierosolimitana sub Urbano, exitu progressuque ipsorum ac[e] captione Antiochiae.

III. Legatio Sarracenorum ad Gotefridum ducem descriptioque antiquae et novae Babylonis.

IIII. Item legatio Gotefridi ad regem Babylonicum. Fraus Sarraceni. Afflictio populi Dei victoriaque subsequens et post fames expugnatioque[f] urbis Hierusalem.

V. Dolus item Babylonici regis, victoria nostrorum, reditus primatum ducatusque Gotefridi super eos, qui remanserant.

VI. Quomodo Urbanus sedem eiecto Guiberto receperit[g] ipseque moriens Paschali eam reliquerit.

VII. De morte Gotefridi[h] et regno fratris sui Baldewini. De morte Guiberti scismatici[i] Conradique imperatoris filii. De[k] secunda transmarina expeditione exituque eius ac martirio Tiemonis[l] episcopi.

VIII. De occisione Sigehardi intestinisque malis[m] inter regem Heinricum et filium eius.

VIIII. Qualiter post multa[n] mala ambo in ripa Regeni[o] fluminis armati convenerint paterque ad ultimum cedere compulsus sit[p].

a) eum *om. C* 3. b) qui *om. C (alia manu supra lin. suppl. C* 3*). Cusp.* c) VII. libri *C;* Capita septimi libri *Cusp.;* Incipiunt cap. libri VII[mi] *A* 4. d) *novum cap. non numeratur A* 3. e) De *A. B* 2. f) -que *om. C.* g) recepit *B* 1. h) Gotefri *A* 1. 3. i) cismatici *A* 1. 3. k) *novum cap.* VIII. *inc. A* 4. l) Tyemonis *A* 4. *C* 3; Timeonis *B* 2. m) malisque *A* 3. n) mala multa *C.* o) *ita A* 1. 4. *B* 2; regem *A* 3; Regini *B* 1; flum. regini *mut. alia atram.* fl. reni *C* 3 *(secundum* -i- *in* fluminis *et in* regini *e corr.);* flum. regni *C* 4. p) cędę *(sic A* 1; eędę *A* 3; cede *A* 4) reus pulsus est *A (in loco raso, alia fortasse manu A* 4*);* cede[7]re[9]pulsus sit, *sed* [9] *erasum B* 2.

X. De curia, quae ad decisionem[a] litis indicta est. De victoria Baldwini regis ac perfidia Alexii imperatoris[b].

XI.[c] Qualiter curia celebrata pater regalia remiserit filiusque in regnum sublimatus sit.

XII. Qualiter pater adhuc in Belgas[d] transiens a quibusdam receptus querelas fecerit[e] et post pugnam commissam Leodii mortuus sit.

XIII. De obsidione Coloniae, restitutione episcoporum ac expeditione contra Ungaros.

XIIII. De magna expeditione Italica, captione summi pontificis ac cede Romanorum, privilegio[f] extorto[g] ac reprobato.

XV. De captione comitis Reginaldi, nuptiis imperatoris, scismate regni, anathemate contra imperatorem dato, de Burdino et terrae motu, egressione Ungarorum ultioneque nostrorum.

XVI.[h] De pace reformata sub Calixto et victoria imperatoris de Vangionibus, de tributo indicto morteque imperatoris.

XVII. De imperio regis Lotharii rebellioneque ducum Friderici et Conradi, qualiter Conradus a Mediolanensibus[i] susceptus in regem sit unctus[k].

XVIII. De scismate Romanae ęcclesiae, qualiter Innocentius Gallias[l] ingressus conciliis cele*bratis regem *p. ad defensionem Romanae ęcclesiae invitaverit. De expeditione eius in Italiam ac sublimatione[m] imperatoria.

XVIIII. Qualiter duo fratres in gratiam regis venerint. De duce Polanorum, rege Datiae et Ungarorum. De[n] secunda expeditione imperatoris gestisque fortibus.

XX.[o] De fuga Rugerii et substitutione Reinaldi. De lite Romani pontificis et imperatoris morteque Lotharii.

XXI. De claris viris, qui illo tempore obierunt, et plurimis malis, quae diversis in regnis tunc pulularunt[p].

XXII.[q] De sublimatione Conradi regis contradictioneque Saxonum[r] et Heinrici ducis. De fuga Rugerii et[s] morte Petri Leonis.

XXIII.[t] Qualiter Saxones in pacem vocati sunt

a) decisione *B* 1. b) imp. *om. A.* c) VIIII. *A* 1; *qui l.* 5: XI, *et l.* 8: XII, *et l.* 10. *iterum:* XII. *et sic deinceps habet; novum cap. non numeratur A* 3. d) Pelgas *A.* e) fecit *C. Cusp.* f) privil. — reprobato *om. A* 3. *C. Cusp.* g) exorto *B* 2. h) *nulla cap. distinctio C.* i) Medialanensibus *B* 1. k) untus *A* 1. l) in Gall. *B* 2. m) sublimitate *B* 1. n) *hic sequens cap. inc. C.* o) *novum cap. non numeratur A* 3. p) pululaverunt *A;* pupularunt *B* 1. q) XV. *et sic deinceps A* 1; *nulla cap. distinctio C.* r) Saxanorum *B* 1. s) De *A* 3. *C.* t) *nulla cap. distinctio C.*

et Heinricus dux proscriptus et eiectus. De tyrannide Růgerii et ducatu[a] Leopaldi synodoque Romae[b] celebrata.

XXIIII. Excursus de fortuna regis Conradi. De rebellione Saxonum.

XXV.[c] De pugna Gwelfonis cum[d] duce et item illius cum rege, seditione Ratisponensium, expeditione ducis contra Gwelfonem morteque[e] ipsius.

XXVI.[f] De factione Boemorum expeditioneque regis illo. De ducatu dato Heinrico fratri Leopaldi malisque plurimis ob hoc a Gwelfone et predicto Heinrico provinciae Baioariae irrogatis.

XXVII.[f] De expugnatione[g] Tiburti seditioneque Romani[h] populi et instauratione senatorum ac[i] morte Innocentii papae. Item de victoria Veronensium. De Paduanis.

XXVIII. Quem finem Iohannes Constantinopolitanus[k] post expeditionem Syriae habuerit[l], et[m] qualiter vel qua re filius eius Manuel fędus cum rege nostro inierit.

XXVIIII. De diversis bellis urbium Italiae variisque eventibus.

XXX.* Qualiter Edissa capta sit ęcclesiaeque[n] profanatae.

*) *Sequentia ita exhibent C* 3. 4:

XXIIII.[o] Quod[p] Lucius papa Celestino succedens persecutionem a Romanis patitur.

XXV. De nuntiis Armeniorum Romanam ecclesiam consulentibus. De causis diversis.

XXVI. Qualiter capta sit Edissa.

XXVII.[q] Qualiter episcopus Gabulensis summo pontifici periculum[r] transmarine ecclesie exposuit, et de Iohanne presbitero.

Sine aliqua distinctione subiunguntur capitula Ottonis de Sancto Blasio sub numeris XXVIII. *et sequentibus. De prima recensionis C forma nihil constat nisi pauca ea quae e Cuspiniani editione fortasse conici possunt, quae vide in apparatu critico.*

a) Rug. ducatuque *A* 3. b) Roma *C (alia manu corr.* Romae *C* 3*).* c) *nulla cap. distinctio A* 1. 3. *B* 2. *C.* d) dum *B* 1. e) mort. ips. *om. A* 4; mortemque eius *B* 1. f) *nulla cap. distinctio C;* XVIII. *(l.* 9*) et* XVIIII. *(l.* 13*), et sic deinceps A* 1; XXII. *(l.* 9*) et* XXIII. *(l.* 13*), et sic deinceps A* 3; XXV. *(l.* 9*) et* XXVI. *(l.* 13*), et sic deinceps B* 2. g) expeditione *C.* h) Romani *mut.* Romana, *omisso* populi *C* 3. i) ac morte *om. A* 3. k) Constantinopolitanis *A.* l) habuit *C.* m) et *om. C.* n) *ita B* 1. *Cusp.;* -que *om. A. B* 2. o) *numeros om. C* 4. p) Quod — suc- *in loco raso C* 3. q) XXVI. *corr.* XXVII. *C* 3. r) ppłm (= populum) *C* 3.

XXXI. De persecutione Lucii papae legationeque[a] ipsius ad regem. Qualiter Romanus[b] populus senatoribus patricium adiecerint[c] et ob hoc quidam ex eis ab Eugenio[d] Lucii successore anathematis gladio percussi sint[e]. 5

XXXII. De nuntio Armeniorum causaque itineris ipsius ac miraculis, quae in Romana curia[f] vidit[g].

XXXIII. De episcopo Gabulensi ac rumoribus, quos de transmarinis regionibus retulit.

XXXIIII. De pace Romani pontificis cum Romano 1 populo et item perturbatione. De Boritio[h] et variis per orbem commotionibus terminusque hystoriae*.

XXXV. Descriptio diversorum ordinum religiosorum terminusque libri VII[mi].

XXXVI.[i] Catalogus regum et pontificum**. 1

*) *Manu coaeva in margine inferiore f. 9v. addita signisque huc transposita sunt A 4 quae sequuntur*[1]*:*

XXXV. De Arnaldo quodam monacho perversi dogmatis.

XXXVI. De diversis in regno bellis repente sopitis. 2

XXXVII.[k] De pugna regis Ungarorum cum Heinrico duce Noricorum.

XXXVIII. De preda Rogerii Siculi in Grecia.

XXXVIIII. De procinctu expeditionis versus Hyerosolimam primo per L. regem Francorum, postmodum 2 per C. regem Romanorum cum multis principibus aggressae hortatu Pernhardi abbatis.

**) *Cusp. add.*[2]*:* De morte Conradi imperatoris, in cuius locum Fridericus dux Suevorum rex electus, et quomodo maximum scisma[l] in ecclesia Dei oriri coepit. 3 Tandem Alexander confirmatur, qui Romae concilium celebravit. Item quomodo imperator bis Longobardiam intraverit Mediolanumque ceperit, tandem quo pacto Henricum filium regia dignitate sublimaverit data ei prius uxore nobili, et qualiter idem Henricus 3 Bresacum aedificaverit[m]. Cap. ultimum.

a) legationemque *B* 2. b) Romananus *A* 3. c) *ita A* 1. 3. *B* 1. *Cusp.;* adiecerit *A* 4. *B* 2. d) fugenio *A* 3; Eug. *fortasse corr. ex* fug. *A* 4. e) *ita B* 1. *Cusp.;* sint perc. *A* 4; percussi sit *B* 2; perc. sunt *A* 1. 3. f) cura *B* 2. g) *ita A. B. Cusp.;* viderit *Wilmans.* h) Borcio *vel* Bortio, *mut., ut videtur, ex* Boriio *B* 2. i) *numerus om. A* 1; *nulla cap. distinctio Cusp.;* XLI. *in loco raso A* 4, *ubi iam l.* 13*:* XL. *in loco raso legitur.* k) XXVII. *A* 4. l) schisma *Cusp.* m) aedificauerit *Cusp., sed recte in textu f. XC.*

1) *V. Ott. G. Frid. ed. Waitz, praef. p. XXX, et supra praef. nostram.* 2) *V. infra Cont. S. Trudperti in Nigra Silva.*

CAPITULA[a] LIBRI OCTAVI.

I. De quadrifaria ęcclesiae persecutione, et[b] ex[c] qua tribu Antichristus nasciturus sit.

II. De discessione, quae eius adventum precedit[d].

III. De ipso eius adventu ac[e] persecutione, quae sub ipso fiet.

IIII. De vita et doctrina eius.

V. De Enoch et Helia.

VI.[f] De tempore tyrannidis eius.

VII. Quae percusso eo adventum Domini signa precedant.

VIII. De exterminatione seculi per ignem.

VIIII. Qualiter intelligendum sit: *Celum et terra transibunt.* *Matth.* 24, 35.

X.[g] De bifaria resurrectione mortuorum.

XI. Qualiter auctoritate et ratione probari possit resurrectio mortuorum.

XII. Qua aetate, sexu vel forma resurgant[h] mortui*.

XIII. Utrum qui vivi repperiuntur[i] in illo statu obviam Christo rapiantur vel moriantur, ut denuo resurgant.

XIIII. De novissima tuba.

*XV.[k] De ultimo iudicio et terrore seu forma iudicantis.

XVI. De facilitate iudicandi.

XVII. De quadripertito ordine iudicantium et iudicandorum.

XVIII. Ubi iudicium fiat.

XVIIII. De celeritate iudicii.

XX. De interitu reprobae civitatis**.

XXI.[l] De qualitate pęnarum***.

XXII.[l] Quomodo intelligendum sit: *Eadem men-* *Luc.* 6, 38.

*) *Cusp. add.:* An monstruosi et abortivi resurgent. Cap. XIII.

**) *Cusp. add.:* De aureo calice Babylonis. Cap. XXII.

***) *Cusp. add.:* et quid sit: *Vermis eorum non morietur.* *Is.* 66, 24.

a) *indicem capitulorum totumque librum octavum om. B* 1 *(vide C* 5*);* Cap. VIII. libri *C* 3; Cap. 1. octavi *manu moderna suppl. C* 4; Incipiunt capitula *C* 5, *ubi hic index primum libri VIII. caput praecedit; indicem capitulorum om. C* 6; Capita octavi libri *Cusp.* b) *ita C;* et *om. A. B* 2. *Cusp.* c) eo *B* 2; ex *om. C* 3. 4. d) precedet *C* 5. *Cusp.* e) et *C* 4. f) *nulla cap. distinctio A* 3. g) *numerus om. C* 3, *ubi tamen in c.* 14—20. *numeri rursus cum nostris concordant.* h) resurgent *C* 4. i) reperiantur *Cusp.* k) *nulla cap. distinctio A* 4. l) *nulla cap. distinctio C* 3. 4.

sura, qua mensi fueritis, r[emetietur][a] *v[obis],* si[b] temporaliter[c] peccantibus[d] aeternae pęnae irrogantur[e].

XXIII.[f] Si in penis positi de transactis malis vere peniteant vel peccandi adhuc voluntatem habeant.

XXIIII. Si post iudicium extra infernum inferiorem ad leviores penas locus remaneat*.

XXV.[g] Quomodo ignis[h] ibi ardeat et non luceat.

XXVI. De gloria et exaltatione civitatis Dei.

XXVII. Qualia post[i] resurrectionem sancti corpora habeant.

XXVIII. Qualiter preteritorum memoriam habeant.

XXVIIII. De diversis in caelesti curia mansionibus.

XXX.[g] De tribus ternis angelorum.

XXXI.[k] Qualiter in eorum ordines sancti proportionaliter assumantur[l].

XXXII. Quomodo stare possit, quod tantus fiat[m] numerus electorum, quantus ibi remanserit[n] angelorum, si[o] iuxta decimam dragmam decima tantum pars angelorum perdita per homines restauranda putabitur.

XXXIII.[p] De beatitudine sanctorum.

XXXIIII. Qualiter Deus videatur.

XXXV. De fine utriusque civitatis[q].

INCIPIT[r] LIBER PRIMUS.

Oros. I, 1, 14. I. Gestarum rerum ab Adam protoplasto[1] usque ad tempus nostrum seriem executurus primo ipsum, quem habitat genus humanum[s], orbem, sicut a maioribus accepimus[t]

*) *Cusp. add.:* et quid de parvulis, qui solo originali tenentur.

a) r. v. *tantum in codd. praeter C* 4. 5; etc. *pro* r. v. *Cusp.* b) *cap.* XXIII. *incipit C* 5. c) spiritaliter *C.* d) pecc. *om. C.* e) irrogentur *A* 4. *Cusp.* f) XXI *iterum, et sic deinceps A* 3; XXIIII. *et sic deinceps C* 5. g) *nulla cap. distinctio C* 3. 4. h) *ita B* 2. *C* 5. *Cusp.;* ibi ignis *A. C* 3. 4. i) sancti post res. *A* 3. k) *nulla cap. distinctio A* 3. l) assumentur, -mentur *manu multo recent. suppl. B* 2. m) fiat *om. Cusp.* n) -erit *supra lin. suppl. A* 1; remansit *C. Cusp.* o) *cap.* XXXIIII. *inc. C* 5. p) XXXV. *et sic deinceps C* 5. q) *sequitur prologus ad Isingrimum praemissa rubrica* Prologus I. libri *C* 3. 4 *(cf. p.* 11, *n.* a)*; sequitur primum libri VIII. caput praemissa rubrica* Expliciunt capitula. Incipit liber VIII[us] *C* 5. r) Inc. l. primus *om. A* 2. 4. *B;* Ottonis episcopi Frisingensis rerum ab origine mundi ad ipsius usque tempora gestarum liber primus *Cusp.*; *numeros capitum in omnibus libris om. A* 2. s) *sic A. C;* hominum *B.* t) accipimus *A* 1. 3.

1) *Cf. ex. gr. Iord. Rom. init.*

breviter distinguamus*. Tres mundi partes esse[a] scriptores[1] asserunt, Asiam, Affricam, Europam. Quarum primam duabus posterioribus magnitudine coequant[2], quamvis quidam duas tantum partes constituerint, Asiam videlicet et *Oros. I, 2.*

*) *B* 2 *addit*[b]*:* Totam mundi machinam, id est caelum et terram et illa, quae haec media ligant, elementa, eo quod nichil extra, infra, supra citraque se habens suis tantum claudatur terminis, circumscriptam loco esse, sed non locatam philosophi tradunt. Ipsum vero caelum spericum corpus seu globosum ratione perpenderunt, terram proportionaliter ambiendo ac velut a centro aequaliter distando tamquam punctum continens. At[3] ipsius superioris mundi partes in quinque zonas diviserunt, ex quarum habitudine inferioris mundi portionem quinque plagarum inaequalitatis naturam contraxisse voluerunt. Hinc fit, ut due extremae perpetuo algore obrigescere, media nimio caloris fervore torrida ab eis dicatur, ac ob hoc tres istae omnis animae viventis extorres putentur. Unde est illud Virgilii[4]:

Quinque tenent caelum zone, quarum una perusta.

Restat, ut due tantum, que inter perustam et gelidas velud mediae ex uno latere calore, ex alio algore habitudinaliter participant, temperatam quandam hinc inde trahant qualitatem ac exinde ab eis ad habitandum idoneae iudicentur. At de altera earum, quia anthecos nostros quidam[c] manere somniant, curiose investigare supervacaneum est. Huius igitur nostrae habitabilis plagam, ut de superflua itidem antipodum nostrorum[5] habitatione taceam, in tres partes scriptorum sollertia partitur, *omissis* Tres mundi — asserunt.

a) script. esse *A* 3. 4. b) *idem additamentum etiam in B* 3 *nunc deperdito extitisse affirmat b. m. Wilmans, sed his solis verbis viri cl. C. M. Engelhard nisus:* Das 13. *(lege* 1.*)* Kapitel des 1. Buchs (divisio orbis) enthält über die Hälfte mehr als die Ausgabe *(sc. Urstisii).* c) *supple* ibi.

1) maiores *Oros. I,* 2, 1. 83. 2) *Cf. Aug. De civ. Dei XVI,* 17. 3) *Ea quae sequuntur partim cum Philosophia Wilhelmi de Conches, quae ex gr. apud Migne, Patrol. Lat. CLXXII. sub Honorii Augustod. nomine legitur, congruunt (IV,* 2 *sq., Migne col.* 85 *sq.); pauca etiam similia apud Honorium Augustod. De imagine mundi I,* 6. *inveniuntur. Cf. K. Kretschmer, 'Die physische Erdkunde im christlichen Mittelalter, Pencks Geographische Abhandlungen' IV,* 1 *(*1889*).* 4) *Georg. I,* 233 5) *Cf. Aug. De civ. Dei XVI,* 9.

Oros. I, 2. Europam, ita ut Affricam propter sui parvitatem adiunxerint[a] Europae. Qui enim Affricam terciam mundi[b] partem dixerunt[c], non rationes dimensionum, sed refluxiones marium secuti sunt. Quarum provintias, situs, regiones qui velit cognoscere, legat Orosium.

Gen. 2, 8 sqq. II. Ad[d] orientem igitur, quantum ex scriptis Geneseos conici potest, in[e] terra Eden[1] creata paradisus creditur. Ubi dum[f] primus homo positus, verbo Dei factus[g] inobediens, in hanc peregrinationem[2] iusto[h] Dei iudicio deiectus est[i], cepit maledictionis terram excolere[3] primum in Asia. Gene-
cf. Aug. De civ. Dei XV, 1. ravit autem filios utriusque civitatis, de quibus agere pro-
ib. 1. 5. 17. posuimus, primos *cives. Quorum prior invidia et bonis *
operibus alterius incitatus fratrem interfecit primusque *in* hac *valle*[k] *lacrimarum*[4] civitatem construxit. Occiso Abel alius Adae filius, Seth scilicet, nascitur[l], qui resurrectio inter-
ib. 19. pretatur; a quo postmodum populus Dei propagatur. Ab hoc sextus[m] magnus civitatis Dei civis[n] Enoch fuit, qui in tantum Deo placuit, ut ab ipso translatus ad ultima ecclesiae[o] tempora in loco cunctis mortalibus incognito vivus reservetur[5].

Gen. 6, 1 sqq., cf. 1, 28. Hominum[p] vero genus crescere cepit et multiplicari, donec filii Dei ad filias hominum accedentes generavere
Aug. XV, 22. 23. gygantes. Quod quidam minus graviter[q] intelligentes — presertim cum pro filiis Dei alia translatio habeat angelos[6] — malignos spiritus assumptis corporibus, quos incubos vocant, mulieribus mixtos putant. Alii filios Dei ex Seth, filias hominum ex Cain natas autumant[r], ac illos ex harum coniunctione, sicut[s] de Salemone[t] habes[7], ad oblivionem Dei

a) coniunxerint *A* 4; adiunxerunt *C* 4. b) partem mundi *B* 1. c) dix. *om. C* 3. d) Ad — deiectus est (*l.* 9) *habet C* 1. e) in terra *om. C* 3. f) In qua *pro* Ubi dum *C* 1. g) factus *om. A* 4. *C* 1, *in marg. suppl. B* 2. h) iusto Dei iud. *om. C* 1. i) *desinit C* 1. k) lacr. valle *C* 3. 4. l) qui res. interpr. nasc. *C. Cusp.* m) sectus *B* 1. n) ciuuis *A* 3; ciues *corr.* ciuis *A* 4; *om. C* 4. o) temp. eecle *A* 2. p) *sequentia ita habet C* 1: Ab hoc hominum genus crescere cepit — Que tamen lapidea actenus permanet in Syria (*p.* 39, *l.* 15). q) *ita A* (intell. grav. *A* 2). *B. C* 1—3; gnaniter *C* 4; gnauiter *Cusp.* r) nominant *ante* aut. *add., sed delet. A* 2; *super* autumant *manu recentiore* i[d est] putāt *superscr. A* 3; aut. *om. C.* s) sicut *om. C* 3. t) sic *add. C* 3.

1) *Gen.* 4, 16. 2) *Ad vocem* peregrinationem *cf. ex. gr. Gen.* 17, 8. 28, 4. 36, 7. 47, 9; *Aug. De civ. Dei passim.* 3) cum adhuc hi qui primi creati fuerant homines in beatitudine degerent, mandato Dei neglegentia corrupto in hanc vitam mortalem et fragilitati obnoxiam deciderunt *Rufinus in translatione Historiae ecclesiasticae Eusebii I,* 2, 18 *(ed. Schwartz-Mommsen, Leipzig* 1903*).* 4) *Ps.* 83, 7. 5) *Cf. infra VIII,* 5. 6) Et septuaginta quidem interpretes et angelos Dei dixerunt istos et filios Dei; quod quidem non omnes codices habent, nam quidam nisi filios Dei non habent. Aquila autem *etc. Aug. De civ. Dei XV,* 23, *ed. Dombart (Leipzig, Teubner* 1905*) II, p.* 110 *sq.* 7) 3. *Reg.* 11.

provocatos, indeque iram eius in omnes pariter exarsisse affirmant[1].

Et de his quidem, qui ex Seth generati usque ad septimam generationem iuste vixerunt, Iosephus in primo Antiquitatum libro sic ait: *Disciplinam rerum caelestium et ornatum earum primitus invenerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus quae ab eis inventa fuerant, aut, antequam venirent ad cognitionem, deperirent, cum predixisset Adam exterminationem rerum omnium unam ignis virtute, alteram vero*[a] *aquarum*[b] *multitudine fore venturam, duas quidem columpnas*[c] *facientes, aliam ex lateribus, aliam vero*[d] *ex lapidibus, ambabus quae invenerant conscripserunt, ut, si constructa ex lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permanens*[e] *preberet hominibus scripta cognoscere. Quae tamen*[f] *lapidea hactenus permanet in Syria*[g]. *Et ista quidem VII generationibus permanserunt.* De aliis vero sic: *Deinde animum iudicantes esse dominum*[h] *et ad virtutem semper respicientes tempore procedente*[i] *de paternis sollempnitatibus ad mala progressi sunt.* Et infra: *Nam mali angeli*[k] *mulieribus coeuntes iniuriosos filios genuerunt; qui omne bonum despicientes propter confidentiam fortitudinis*[l] *similia his, qui dicti sunt*[m] *gygantes, perpetrasse*[n] *traduntur.*

Ios. Ant. Iud. I, 4.

ib. I, 5.

III. Itaque cum Deus crescente malitia genus hominum[o] delere cogitasset[2], Noe[p·3] viro[q] iusto, decimo ab Adam, cum uxore ac filiis totidemque uxoribus eorum[r], qui[s] sunt VIII animae, in arca salvato[t] ceteros aquis diluvii perdidit. *Huius diluvii et arcae* — quamvis quidam ex nostris ab Adam usque ad Ninum[u] tempora a scriptoribus gentium[v] pretermissa vel ignorata fuisse putent[4] —, ut item[w] Iosephus ait, *memoriam faciunt omnes, qui hystorias barba-*

ib. I, 5.

ib. I, 5.

a) vero *om. A* 4. b) aq. vi ac mult. *Cusp. cum Iosepho.* c) fac. col. *C.* d) vero *om. A* 2. 4. e) permanens — lapidea *om. C* 3. f) tm̄ *A* 1. *C* 2. g) -i-*adrasum A* 2; syrida *A* 1. 3. 4 (sirida *A* 3; d *multo post delet. A* 4). *B* 2. *C* 1—3 (d *eras. C* 1, d *alio atram. expunct. C* 3); *desinit C* 1. h) dnm *mut.* dm̄ *A* 2. *C* 3. i) precedente *C* 3. 4. k) Dei *add. C.* l) fortitudinē *A* (*corr.* -nis *A* 2; et fort. *A* 3). m) a Graecis *add. Cusp. cum Iosepho.* n) perpetrare *C* 2. 4; perp. trad. *om. C* 3. o) humanum *C* 2 *(ita etiam p.* 41, *l.* 17. *et p.* 44, *l.* 5*). Cusp.* p) vero *add. A. B* 2. q) iusto viro *A. B* 2. r) eorum *om. A* 2. s) quae *C* 2. *Cusp.* t) saluate *A* 2. u) nini *e corr. A* 2; ninum *mut. alio atram.* nini *A* 3. v) genitū *A* 1. w) idem *A* 4; item *mut.* idem *C* 2; n̄r (= noster) *C* 3; memorans *in loco raso pro* ut item *A* 2.

1) *Cf. Aug. De civ. Dei XV,* 23, *p.* 109 *sq. et Gen.* 6, 1 *sqq.* 2) *Cf. etiam verba Geneseos* 6, 5 *sqq., qualia exhibet Aug. De civ. Dei XV,* 24, *et Frutolfi Chronicon, quod vulgo dicebatur Ekkehardi, SS. VI,* 35, 15, *vel Orosius I,* 3. 3) *Cf. Aug. De civ. Dei XV,* 26 *in. et XVI,* 1. 4) *Oros. I,* 1; *Frut. l. c. p.* 34, 10. *ex Hieronymo.*

Ios. Ant. I, 5. *ricas conscripserunt. Quorum unus Berosus taliter est effatus*[a]*: 'Dicitur autem et navis eius, quae in Armeniam venit, circa montem Chordeium*[b] *adhuc aliqua pars esse et quosdam bitumen inde tollere, quo maxime homines ad expiationem utuntur'. Meminit autem horum et Ieronimus Egyptius, qui antiquitatem Phenicae noscitur descripsisse*[c]*. Sed et Manasseas*[d] *Damascenus*[e] *in LXXX*[o]*VI*[o][f] *Historiarum libro ita de his dicit: 'Est et super Miliadam*[g] *excelsus mons in Armenia, qui Paris appellatur, in quo multos confugientes sermo est diluvii tempore liberatos, et quendam simul in arca devectum in montis Socilem*[h] *summitatem*[i] *lignorumque reliquias multo tempore conservatas esse'.*

Item de patribus, qui tam longo ante diluvium vixerunt tempore, Iosephus in I[o] Antiquitatum[k] sic ait:

Ios. Ant. I, 8. *Nullus ad vitam modernam et annorum brevitatem, quibus nunc vivimus, vitam comparans antiquorum putet falsa, quae de illis sunt dicta*[l]*. Illi namque*[m] *cum essent religiosi et ab ipso Deo facti, cum eis pabula oportuniora ad maius tempus existerent preparata, tantorum annorum circulis rite vivebant. Deinde propter virtutes et gloriosas utilitates, quas iugiter perscrutabantur, id est astrologiam, geometriam*[n]*, Deus eis amplius spacium vivendi concessit, quae nec*[o] *ediscere potuissent, nisi DC viverent annis. Per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Testes autem mei *sunt*[p] *dicti omnes, qui antiquitatem apud Grecos*[q] *et barbaros conscribere maluerunt. Nam et Manethon, qui descriptionem fecit Egyptiorum, et Berosus, qui defloravit Chaldaica, et Mochus et Estius, ad haec et*[r] *Ieronimus Egyptius, qui Fenicam disposuerunt*[s]*, concordant cum meis dictis. Ysiodus quoque et Eliatheus*[t] *et Ellanecus et Achlansis*[u] *et inter hos Efforus et Nicolaus in hystoriis suis memoriam faciunt antiquorum annis mille viventium.* Haec* Iosephus.

*) Haec Iosephus — redacta fuerunt *(p. 41, l. 7) om. C, habet Cusp.*

a) affatus *A* 1—3. b) chordicum *C* 2. 3. *Cusp.;* chordieum *C* 4. c) scripsisse *A* 2. d) Manasses *C* 3. 4. e) Damascēs *B* 1. f) 96. *Iosephus.* g) Miliadem *C* 4; Miniadam *Cusp. cum Iosepho.* h) Ocilę *Cusp., quod, qui Iosephum Latine vertit, Graeco minus intellecto scripsisse videtur, quamvis editio a.* 1524. *e Graeco* venisse *correxerit.* i) sumitate *A* 1. 3. *B* 2; summitate *A* 4. *C.* k) libro *add. A* 4. *Cusp.* l) dicta *om. C* 3. m) enim *Cusp.* n) et geom. *C. Cusp., Iosephus.* o) aut *add. B* 1. *C;* ante *add. Cusp.;* non *Iosephus.* p) dicti sunt *Cusp. cum Iosepho.* q) gregos *A* 1. r) et *om. C* 4. s) conposuerunt *A* 4. t) *ita B* 1; Elatheus *C;* Eialtheus *B* 2; Fialtheus *A* 1. 2. 4; ualtheus *A* 3; Egatheus *Cusp., qui in marg.* Elatheus *ponit;* Echatheus *Iosephus; intelligendus est* Hekataeus. u) Achansis *B* 1; Achlausis *C et ita Cusp. in marg., qui in textu* Acusilaos *ex Iosepho emendavit.*

Quod autem superius dictum est quosdam ex nostris a scriptoribus gentium tempora illa ignorata vel stilo subpressa putasse[1], sic intelligi[a] potest, quod barbaros non dignati[b] fuerint[c] inter scriptores computare, vel quod tunc primo scripta aliqua auctoritate digna arbitrentur[d], cum per annorum digestionem in ordinem redacta fuerunt[e]. Fiunt[f] autem ab Adam usque ad diluvium *Frut.* iuxta LXX[g] anni IICCLXII, iuxta Ieronimum[2] MDCLXVI[3], capita familiarum X: Adam, Seth, Enos, Cainan, Malalehel, Iareth, Enoch, Matusalam, Lamech, Noe[4].

IIII. Transacto diluvio Noe, cum vineam plantaret, *Gen. 9, 20—23.* vinum bibens inebriatur et ex ebrietate nudatus est[h]. Quod unus[5] filiorum videns derisit, alter[6] operuit[7]. Fuerunt itaque hii duo fratres primi[i] post diluvium cives civitatum, de quibus agimus[8]. Ab his et tercio, Sem scilicet, Cham et Iafeth, diffusis ubique filiis nepotibusque eorum, universum genus hominum propagatur. Unde Iosephus: *Galathae olim dicti sunt Gamaricae*[k], *quos Gomer instituit.* *Ios. Ant. I, 11.* *Magog Magogas*[l], *qui et Scithae, a se institutos*[m] *nominavit. Medi*[n] *a filio Iafeth Madeo, Ionii Elladicique a filio Iaphet Iano. Phyras*[o] *Tyrenses, quibus Greci Traum*[p] *nomen commutaverunt. Cethim autem Cethimam insulam habuit, quae*[q] *dicitur Cyprus, et ab ea omnes insulae et maritima loca Cethim Hebraice nuncupantur; unde et quaedam civitas Cipri Cythis a Grecis vocatur*[r]. Omnibus vero erat lingua una et labium unum. Superbia[s] igitur[t] instigante turrim seu civitatem in campo Sennaar auctore Nemroth, qui de stirpe Cham descenderat[u], quae

a) in | intelligi *A* 2. b) dedignati *A* 2. c) fuerunt *B* 1. d) arbritr. *A* 1; arbitrantur *corr.* -trentur *B* 2. e) fuerint *Cusp.* f) Fuerunt *A* 2. *C* 2; Fiunt *A* 3. g) interpretes *add. C. Cusp.* h) nudatur *C.* i) primi *supra lin. suppl. A* 1; post dil. primi *A* 2. k) Gomoritę *Cusp.;* Gomeritae *Ios.;* Gam. dicti sunt *C.* l) qui et Scithae Magogas *C.* m) *ita Pithoeus;* institutas *A. B. C. Cusp.;* nominatos instituit *Ios.* n) Medi — Iano *(l. 21) om. B* 1. o) *sic A* 3. 4. *B. C* (Phiras *C* 3); Pyras *corr.* Phyras *A* 1; Pyras *mut.* Piras *A* 2; Thyras *Cusp.;* Tiras *Ios.* p) traum *supra delet.* tauru *A* 1; g'ertraū *pro* Greci Traum *C* 2; Traium *Cusp.;* Tracum *Urstis. cum Ios.* q) nunc *add. C. Cusp. cum Ios.* — Cyprus dic. *C* 3. 4. r) nominatur *Cusp.* s) Superbia — cogitaverunt *(p. 42, l. 1) habet C* 1. t) vero *A* 3. u) descendebat *A* 2.

1) *Supra p.* 39, *l.* 28—30. 2) iuxta Hebraicam vero veritatem *Frut. p.* 35, 25; secundum Hebreos *ib. p.* 35, 45. 3) 1656 *Frut., sed* 1666 *Hieronymus ipse, ed. Schoene I, App. p.* 47. 4) *Nomina patrum Hebraicorum Iord. Rom.* 8. 9, *Frut. p.* 34 *sq. suis locis exhibent.* 5) iunior *Iosephus.* 6) *Plurali numero* (Sem et Iapheth) *utuntur Ios., Gen., Aug. De civ. Dei XVI,* 10. 7) *Ios. Ant. Iud. I,* 13; *Gen.* 9, 20 *sqq.; Frut. p.* 35, 30. 8) *Cf., si placet, Aug. De civ. Dei XVI,* 1. 2. 10.

caelos attingeret, construere[a] cogitaverunt[1]. Quod Moyses
Gen, 10, 6. 8—10. noster in Genesi hoc modo prosequitur: *Filii Cham: Chus et Chanaan. Chus genuit Nemroth. Ipse cepit potens esse in terra et erat robustus venator* contra *Dominum*[b]. *Fuit principium*[c] *regni eius Babilon et Arach et* 5
cf. Archat et Chalanne in terra Sennaar. Sed Dominus, in-
Prov. 24, 12. *Ps.* 7, 12. spector cordium iustusque iudex, hanc in tenera mundi emergentem[d] aetate contumatiam non ferens, animadvertere voluit linguasque eorum confudit. Propter quod et turris ab hac confusione Babel[e] nomen accepit[2]. Hinc LXXII 10 linguae per totum orbem dispersae sunt[3]. Haec est[f] illa Babylon, figurans eam, cuius sunt cives omnes, qui ordinationi Dei superbe resistere conantur ac per hoc *confusione digni*[4] ab aeterno iudice reputantur. Huius[g] turris et confusionis, ut item in[h] libro Antiquitatum ait 15
Ios. Ant. I, 9. Iosephus, *meminit Sibilla, dicens: 'Cum omnes homines unius vocis existerent, quidam turrim aedificaverunt excelsam*[i] *tanquam*[k] *ascensuri per eam in caelum. Dii vero inmittentes ventos everterunt turrim et vocem propriam unicuique partiti sunt, et propterea vocari contigit Babylon civi-* 20 *tatem*[l]*'. De campo vero Sennaar in regione Babylonis meminit Estius ita dicens: 'Qui vero de sacerdotibus sunt erepti, Iovis sacra sumentes, in Sennaar Babylonis venerunt'.*

Fiunt[m] autem secundum LXX[5] a diluvio usque ad Nemroth principatumque Heber[n], unde[o] Hebrei, anni[p] DXXXI, 25 secundum supputationem vero[q] Ieronimi[6] C et unus. Quae
Frut. talis est: Sem genuit Arfaxat biennio post diluvium, Arfaxat[r] XXX°V° genuit Sale, Sale XXX° Heber, Heber[s] XXX°IIII° genuit Phalech, cuius[7] diebus per confusionem linguarum divisa est terra[7]. Septuaginta inter Sale et Arfaxat medium Chainan ponunt 30 eique CXXXV[t] annos tribuunt, predictis etiam et post nominandis longe plures quam Ieronimus, antequam ge-

a) cog. constr. *A*. b) *ita B* 1; contra domino *corr.* dominū *A* 2; coram domino *A* 1. 3. 4. *B* 2. *C. Vulg., superscr. eadem manu eodemque atram.* vel contra Dominum *A* 1. *B* 2. c) princ. *om. C* 4, regni *mutato in* regnū. d) etate emerg. *A* 2. 35 e) nomen Babel *A* 2. f) est *om. C* 2. g) Huius — civitatem *(l.* 21*) habet C* 1. h) ut item Ios. in l. Ant. dicit *A* 4, *ubi* in l. Ant. *supra lin. suppl.* i) exc. *om. A* 1, *sed superscriptum fuisse videtur, margine a bibliopego nimis resecto;* exc. edif. *A* 2—4. k) tanquam — turrim *(l.* 19*) in marg. exter. suppl., ex parte a bibliopego resecta A* 1. l) *desinit C* 1. m) Fuerunt *C* 2. n) Heber *om. C* 2. o) unde Hebrei *in marg. suppl.* 40 *B* 2. p) DXXXI anni *C*. q) sec. vero supput. *A* 2; vero *om. C* 3. 4. r) vero *add. A* 2. s) Heber *om. B* 2. t) CXXX *A* 4.

1) *Gen.* 11, 1 *sqq.*; *Ios. Ant. Iud. I*, 9; *Frut p.* 35, 50. *Cf. etiam Aug. De civ. Dei XVI*, 4. 2) *Cf. Gen.* 11; *Ios. l. c.* 3) *Frut. p.* 35, 35. 4) *Cf. Prov.* 18, 13: confusione dignum; *supra p.* 10, 15. 45 *et n.* 2. 5) iuxta alios *Frut. p.* 35, 35. 6) secundum Hebreos *Frut. ib.* 7) cuius — terra *Aug. De civ. Dei XVI*, 10. *et* 11.

nerarent, annos supputant. Quare et in[a] annorum ratione discrepant[1]. Quos Lucas evangelista in genealogia sua[b] secutus: *Qui fuit,* inquit, *Sale, qui fuit Chainan, qui fuit Arfaxat.* *Frut.* *Luc.* 3, 35. 36.

V. A confusione vero linguarum usque ad nativitatem Abrahae iuxta priores fiunt[c] DXLI[d.2], iuxtae subputationem vero posteriorum anni CXLI[3]. Quae talis est: Phalech XXX°[4] anno genuit Reu, sub quo primum templa constructa homines-
134. que[f] pro diis adorati fuisse traduntur. Reu *XXX°II°[g.5] genuit Saruch, Saruch[h] XXX°[i] genuit Nachor, Nachor XXX°IIII°[6] genuit Thare, sub quo regna Assyriorum et Sycioniorum, Assiriis Belo, Sycioniis Agialeo imperantibus, orta sunt. Thare LXX° anno genuit Habraham. Fiunt[k] ergo iuxta alios[7] MLXXII anni[l] a diluvio usque ad Abraham. Quos Augustinus, cum amplius quam mille annos a diluvio usque ad[m] Ninum fuisse dicat, sequi videtur. Iuxta supputationem vero aliorum minus quam CCC[ti 8], in quibus annorum supputatio in duabus aetatibus satis conturbatur[9]. Haec omnia iuxta nostros. Porro annales gentium ab imperio Nini incipiunt[10]. Quos sequentes simulque nostros cum illis auctores conferentes[11] humanae miseriae hystoriam a Nino incipiamus[12], quam per annos ab ipso usque ad Urbem conditam, ab Urbe vero condita usque ad Christum digestam, a Christo usque[n] ad nos Deo adiuvante per annos item[o] perducamus.

Iord. Rom. 10. *Frut.* *Aug. XVI,* 10. *ib. XVIII,* 22.

a) in *om. C* 2. b) sua *om. C* 3. c) anni *add. C.* d) DXLI — posteriorum (*l.* 6) *om. B* 1. e) iuxta — CXLI *om. C* 3. f) -que *om. A* 3. g) XXXIIII. *B* 1. h) Saruch *om. B* 2. i) anno *add. C.* k) Finiunt *B* 1. l) MLXXII a dil. usque ad Abr. anni *C.* m) ad *om. B* 1. n) ad nos usque *C.* o) iterum *erasum B* 2.

1) Ratio vero annorum satis in hoc conturbatur *Frut. p.* 35, 45. 2) *Ita Iord. l. c.* 3) computantur anni 191 secundum Hebraicam veritatem, secundum alios vero 541 *Frut. p.* 35, 60. 4) *Ita Frut. secundum Bedae Chron.;* CXXX. *Aug. De civ. Dei XVI,* 10. *et Iord. secundum Hieron. Exord. ed. Schoene I, App. p.* 48. 5) *Ita Frut. Bedam secutus;* CXXXII. *Aug. l. c. et Iord. secundum Hieron. l. c.* 6) 29. *(sic Beda)* sive, ut alii volunt, 79. *(sic Aug. l. c. et Iord. cum Hier.) Frut.* 7) secundum vulgatam editionem, hoc est interpretum septuaginta *Aug. l. c.* 8) 292 *Frut. p.* 34, 10. 36, 40. 9) *De verborum concinnatione cf. verba Frutolfi supra in nota* 1. *allata.* 10) *Oros. II,* 2, 4; *Frut. p.* 34, 10. *et* 36, 40. *A primo anno Abrahae, qui est* 43. *imperii Nini annus, Eusebium Caesariensem coepisse chronica, quae Hieronymus in Latinum sermonem vertit, vix est quod moneam.* 11) dein ab ipso *(sc. Abraham)* et a Nino ex singularum gentium hystoriis tempora congregantes sibi invicem conferamus *Frut. p.* 34, 40. 12) ego initium miseriae hominum ab initio peccati hominis ducere institui *Oros. I,* 1; nos ab ipso mundanae creationis primordio incipientes generationes patrum ab Adam usque ad Noe et a Noe post diluvium usque ad Abraham describamus, deinde cum ceteris scriptoribus ab Abraham et a Nino usque ad nostram aetatem inferiora tempora prosequamur *Frut. p.* 34, 15.

VI. Igitur[1] anno* post diluvium secundum LXX[a a] M[0 b] tricesimo II[0] seu[c] III[0 2] Belo mortuo, qui per LXX[a]V annos regnum Assyriorum in pace tenuerat, Ninus filius eius primus[d], ut traditur[3], propagandae dominationis libidine genus hominum cruentare non metuens bellorum inquietudinem orbi induxit totumque pene orientem imperio suo subegit. Quod tanto liberius facere potuit, quo homines adhuc rudes et agrestes nec armis tutati nec bellis exercitati nec rerum bellicarum scientia prediti fuerant, quippe qui nullis adhuc legibus aut disciplinis in unum coierant et, ut ait Eusebius, *ferino magis ac*[e] *beluino more oberrantes non urbes ad societatem, non mores ad honestatem, non leges ad vitae iusticiam tenuere. Artium vero disciplinarumque apud eos et philosophiae*[f] *ne*[g] *ipsum quidem*[h] *nomen habebatur, sed agrestes et vagi per deserta nullis sedibus vagabantur.* Sed et[i] Tullius[4] in prologo Rethoricae primae: *Fuit quoddam tempus, cum magis*[k] *homines passim bestiarum more vagabantur et sibi victu ferino vitam propagabant, nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant*[l]. *Nondum divinae religionis, non humani officii ratio colebatur, nemo nuptias viderat legitimas, non certos quisquam inspexerat*[m] *liberos*[n], *non, ius equabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem atque inscitiam ceca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam viribus*[o] *corporis*[p] *abutebatur pernitiosis*[q] *satellitibus.* Sic[r] Tullius.

Eus.-Ruf. I, 2, 19.

Aug. XVIII, 2. XVI, 17. Erat etiam[s] tunc regnum Sycioniorum in Europa, quod XL[0]V[0] anno Beli ceperat[5], sed parvum; a quo doctissimus Marcus Varro scribens velut ab antiquo tempore Romanorum hystoriam ordiri

*) anno — III[0] *(l. 2) om. C, habet Cusp.*

a) LXX[ta] *e corr. A* 2; LXX[mo] *A* 3; LXX[a] *et in marg. minio* septuages . . . *corr.* septuaginta *B* 2. b) M[0] *om. A. B* 2. c) vel *A. B* 2. d) ut trad. primus *A* 2. e) aut *A.* f) prophę *corr.* prophię *A* 1. 2; prophie *A* 3. g) nec *A.* h) nomen quidem *A* 2. i) ut *A.* k) in agris *Cusp. Cicero.* l) admistrabant *A* 2. m) aspexerat *Cusp. Cicero.* n) filios *A* 2. o) viribus *bis B* 2. p) corp. *om. B* 1. q) perniticiosis *B* 2; perniciosissimis *Cusp. Cicero;* satell. pern. *A* 2. r) Sic Tull. *om. C.* s) et *A.*

1) *Ea quae sequuntur ex Frutolfo, Aug. De civ. Dei XVI,* 10. 17. *IV,* 6 *(ex Iustino). XVIII,* 22, *Oros. I,* 4. *confecta sunt.* 2) *Hunc quomodo invenerit Otto numerum, nescio, quia, quoniam supra p.* 43, *l.* 12 *sq.* 1072 *annos a diluvio usque ad Abraham et Abraham infra p.* 46, *l.* 3. 42. *vel* 43. *Nini anno natum statuit, Beli mors* 1029. *vel* 1030. *anno post diluvium assignanda erat.* 3) *Oros. I,* 4: primus, ut ipsi volunt, propagandae dominationis libidine arma foras extulit. 4) *Cicero De invent. I,* 2. 5) quod — ceperat *ex Frut. p.* 36, 5.

cepit, eo quod ad[a] Athenienses[b] et inde ad Romanos traductum eorum quasi fons et origo extiterit. Unde est item illud Cyceronianum[1]: *Imperium Greciae fuit penes Athenienses, Atheniensium*[c] *potiti sunt Sparciatae, Sparciatas superaverunt*[d] *Thebani, Thebanos Macedones vicerunt, qui ad imperium Greciae brevi tempore adiunxerunt Asiam bello subactam.* Sic ille[e]. Ab his a Romanis imperium ereptum nemo, qui hystorias novit, ambigere[f] potest.

Fuit etiam[g] regnum Aegyptiorum, quod tunc cum aliis Asiae regnis Assiriis subiacebat[2]. Totam enim Asiam excepta India, quam post mortem eius Semiramis haut contenta terminis, quos a viro solo bellatore susceperat, mulier regno adiecit, Nino subditam legimus[3]. De his ergo, qui[h] regni eius tamquam appendices[4] fuere, necesse dicere non est. Edificavit[i] vero Ninus civitatem maximam, quam ex nomine suo Ninam[k] seu Ninive vocavit[5]. Quae adhuc in Mesopotamia posita mutato nomine lingua eorum Mussa[1·6] vocatur[m]. Quod Moyses noster in libro Geneseos latenter innuit. Cum enim, ut supra posui[7], de Nemroth dixisset, quod *principium regni eius fuerit Babylon in terra Sennaar,* adiunxit: *De terra illa egressus est Assur et aedificavit Ninive.* Sed et Iosephus: *Assur,* ait, *Ninum*[n] *constituit*[o] *civitatem.* Quod* tamen quidam ad nepotem Noe Assur interpretantur[8]. Unde apparet Babylonem fuisse ante Ninum, Semiramidemque uxorem Nini instauratricem eius potius dicendam quam conditricem[p·9]. Ninus Zoroastrem[q] magicae artis repertorem[r] interfecit. De quo Aristotiles scribit, quod vicies

Oros. I, 4.

Aug. XVI, 3. Frut.

Gen. 10, 10. 11.

Ios. Ant. I, 14.

Frut.

*) Quod — interpretantur *om. C* 3. 4 *(plura om. C* 2, *v. n.* o*), habet Cusp.*

a) -d *supra lin. A* 2; ad *corr. ex* ati *B* 2; ad *om. C* 3. 4. b) A- *supra lin. suppl. A* 1; themenses *vel* thenienses *B* 1. c) Athenienses *A* 2. d) superavere *C. Cicero (non Cusp.).* e) Sic ille *om. C.* f) abnegare *A* 2; ambigit *pro* ambigere potest *C.* g) et *C.* h) quae *A* 1. 3. 4. i) Edificavit — Mussa vocatur *(l.* 17 *sq.) exstant C* 1. k) Nitiam *vel* Niteam *corr.* Niniam *A* 1; niceam *A* 2, *ubi praecedens* suo *om.* l) missa *corr.* mvssa *A* 1; *super* myssa *superscr. eadem manu* † ed (= vel edyssa) *A* 2. m) *desinit C* 1. n) ninum *mut.* ninam *A* 3. o) constituit — Ninum *(l.* 24*) om. C* 2. p) conditric- *erasum B* 2. q) Zoroasten *A* 4; toroastrem *B* 1; Zoraastrem *C* 2. r) repatorem *B* 1.

1) *Ad Herenn. IV,* 25, 34. 2) *Aug. De civ. Dei XVI,* 17. 3) *Ibid. XVI,* 17. *XVIII,* 2. 22. 4) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 2: Regna cetera ceterosque reges velut adpendices istorum (*sc.* Assyriorum primum, deinde Romanorum) dixerim. 5) *Aug. De civ. Dei XVI,* 3; *Frut. p.* 36, 25. 6) *Hodie Mosul; sed in sinistra Niniven, Mosul civitatem in dextra Tigridis ripa positam esse constat.* 7) *I,* 4, *p.* 42, *l.* 5. 8) *Glossa ordin. in Gen.* 10, 22—24, *ubi tamen Iosephi locus non affertur.* 9) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 2. *XVI,* 4; *Iord. Rom.* 14.

Frut. centum versuum milia condiderit. Cuius artem longe post Democritus ampliavit.

*VII. Anno ab imperio Nini XLII[0] vel III[0][1] regnante *p. 13
apud Sycionios Europe[a] rege secundo, in Chaldea[b] natum esse asserunt Abram [2]. Qui multarum gentium futurus patriarcha a Domino vocatur, aucto[c] nomine ab ipso dictus[d] Habraham [3], precipiturque ei, ut non solum affectu[e], sed et loci mutatione [4] cives Babyloniae fugiat ac terram, quae huius, de qua agimus, civitatis typus esse
Hier. L. Hebr. Quaest. in Gen. 11, 28. noscitur, magnus eius civis futurus, introeat. Refert Philo [5] eum a Chaldeis, eo quod ignem ritu ipsorum adorare nollet[f], in ignem proiectum, sed mox ad invocationem Domini liberatum, iuxta illud [6]: 'Eduxit eum[g] Dominus de Ur [7] Chaldeorum'. Ur enim lingua eorum ignis vocatur[h] [8]. Sed
Ios. Ant. I, 15. et Iosephus: *Meminit,* inquit, *patris nostri Abraham Berosus, non quidem nominans eum, sed ita dicens: 'Post diluvium decima generatione apud Chaldeos fuit quidam vir iustus*[i] *et magnus, in caelestibus rebus expertus'. Nicolaus vero Damascenus in IIII[0] Hystoriarum sic ait: 'Abraham is regnavit in Damasco, veniens advena cum exercitu de terra, quae super Babylonem dicitur Chaldeorum'.*

Oros. I, 4. Porro[k] Ninus cruentam victoriam tamquam lupus seviens inter oves inhermes exercens L[0] [9] regni anno in oppugnatione urbis cuiusdam sagitta percussus interiit, in[l]
Matth. 26, 52. ipsoque veridice impletum est: *Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.*

a) Eurobe *B* 2. *C.* b) claldea *A* 1. *B* 2. c) auctoque *C.* d) est *add. C* 3. 4. e) affectus *A* 2. 3. 4 (*corr.* -tu *A* 2. 4). — *sequens* sed *supra lin. suppl. A* 3. 4. f) et *add. A* 1 (*statim delet.*). 2. g) illum *C* 2. h) dicitur *A* 2; interpretatur *A* 4. i) magnus et iustus *A* 2. k) *A* Porro *usque ad finem c.* 8 (*p.* 48, *l.* 6) *exstat C* 1. l) et in ipsoque *A* 1. 2, et *et* -que *supra lin. A* 1, -que *erasum A* 2.

1) XLII. *Iord. Rom.* 10; 43. *Aug. De civ. Dei XVI,* 17, *Oros. VII,* 2, *Frut. p.* 36, 35. *cum Hieronymo.* 2) *Aug. De civ. Dei XVI,* 17. 12. *XVIII,* 2. 3) *Cf. ibid. XVI,* 28. 4) *Cf. ibid. XVI,* 15 *ex.:* Quod . . . dicit Deus: 'Exi de terra tua' *etc.,* non ut corpus inde eiceret, quod iam fecerat, sed ut animum avelleret, dicitur. 5) Tradunt autem Hebraei *Hieron., qui l. c. (Migne, Patrol. Lat. XXIII, col.* 1005*) Philonem non nominat, sed in praefatione Libri de nominibus Hebraicis (Migne, Patrol. Lat. XXIII, col.* 815*) eum librum Hebraicorum nominum edidisse dicit. Quae fortasse posteriores coniunxerunt. Ipse Philonis liber Antiq. bibl. (Latine editus Basil.* 1527. *p.* 6—8*) cum hoc loco minus convenit.* 6) *Gen.* 15, 7: Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldaeorum. 7) igne *Hieron., qui paulo ante* in Ur Chesdim, id est in igne Chaldaeorum *habet.* 8) *Isid. Orig. XVI,* 1, 9 *(Hieron. L. de nomin. Hebr., Migne, Patr. Lat. XXIII,* 831*).* 9) cruentamque vitam quinquaginta annis per totam Asiam bellis egit *Oros.;* 52 *Frut. cum Hieron. et Iord.*

VIII. Occiso Nino[a] Semiramis[b] uxor eius, mulier viro inmanior, Orientis imperium rexit Ethiopiamque[c] et Indiam ferro domitas subiecit. De cuius non solum crudelitate, sed etiam execrabilis libidinis voluptate quia multi multa dixerunt, supersedemus. Haec post mortem mariti XLII[bus] annis regnavit ac medio imperii sui tempore urbem potentissimam, nobilissimam opulentissimamque ac tocius orientis caput ex turre Babel cocto latere ac bitumine[1] instauravit Babyloniam. *Oros. I, 4. et Frut.* *cf. Oros. I, 4, 6. 7.* *Frut. et Oros. II, 3, 1.*

Tradunt Treverenses[2], quod privignum suum Trebetam post mortem Nini regno expulerit; qui classe facta ex Asia in Europam profectus, id est per mare in Renum[d] ac inde per Mosellam, in valle pulcherrima Galliae consederit ibique florentissimam opibusque confertissimam[e] ac totius tunc caput Galliae urbem fundaverit, quam Treverim ex nomine suo appellaverit[2]. Quae quanta qualisve[f] fuerit, ex ipsa ruina sui liquido probari poterit. Monstratur ibi miri[g] palatium operis, quod ad instar Babylonici muri[h] ex cocto latere factum tantae adhuc firmitatis manet, ut non solum hostem non metuat[i], sed etiam nulla operum arte frangi queat[3]. Porta quoque ibi ostenditur[4], quae ex incredibili lapidum magnitudine ferro iunctorum compacta in superficie sui corpora beati Symeonis[5] ac venerabilis presulis Popionis[6] in ecclesia ab eodem pontifice facta fovere cernitur. Extant etiam ibi antiquae[k] nobilitatis, ut[l] ipsi aiunt, monimentorum insignia, e quibus nostris ibi temporibus repertum et in lapide sculptum infra posuimus epitaphium[7]: *G. Trev. c. 1.*

Nini Semiramis, quae tanto coniuge felix
Plurima possedit, sed plura prioribus addit,
Non contenta suis nec totis finibus orbis

a) uiro, *eadem manu superscr.* nino *A* 2. b) Semiramidis *corr.* Semiramis *A* 2. c) -que *om. A* 2. d) in regnum *C* 2; inrenum *alia manu mut.* tirrenum *C* 3. e) fertilissimam *A* 3; opibus conf. *C* 4. f) qualisque *A* 4. *B* 1; qualis ne *C* 2. g) pal. miri *A. B* 2. h) miri *B* 1. i) timeat *C.* k) alique *A* 2. l) ut — monimentorum *om. A* 2.

1) *Ex Orosio II,* 6, 9. 2) *Similia leguntur in Gestis Treverorum c.* 1, *SS. VIII,* 130, *quae etsi Ottonem hic illic inspexisse non nego, in universum tamen hic a se ipso potius visa et audita quam ex libro quodam desumpta posuit.* 3) *Quod exstat.* 4) *Quae exstat, Portae Nigrae nomine famosa.* 5) *Qui a.* 1035. *Iun.* 1. *obiit; cf. Gesta Trev.* 31, *SS. VIII,* 174; *Ebervini Vita S. Symeonis, Acta SS. Boll.* 1. *Iun. t. I,* 89. 6) *Qui sedit a.* 1016—1047; *fuit ex genere marchionum Austriae Babenbergensium, v. infra VI,* 32; *cf. Gesta Trev. l. c.* 7) *Quod plenius habes Gest. Trev. c.* 2, *SS. VIII, p.* 131; *Cod. Udalrici, Jaffé, Bibl. rerum Germ. V, p.* 459.

G. Trev. c. 1. *Expulit a*[a] *patrio privignum Trebeta regno,*
Insignem profugus nostram qui condidit urbem,
Treveris et cetera.

Aug. XVIII, 2. Semiramis[b], dum filium suum Ninum seu Niniam[c] de illicito ac incestuoso sollicitare audet concubitu, ab eo, ut traditur, interficitur, eique successit in regnum filius[d].

ib. XVIII, 2. XVI, 15. 16. 18. VIIII.[e] Anno ab imperio Nini C^0XIII^0 [1], anno vero aetatis suae LXX^0V^0, regnante apud Assyrios Nino IIII^0, apud Sycionios V^0 Telexion[f], cum Sara uxore sua[g], Loth quoque consobrino de terra Chaldeorum egressus Abraham habitare cepit in terra Chanaan; Loth vero tamquam Hierusalem civis in Sodoma civitate peccatorum habitans multis modis pro malis eorum operibus, tanquam granum inter paleas, tribulabatur [2]. Volens ergo Dominus tam iustum [3] a temptatione eripere quam fetida iniquorum scelera novo et exquisito ultionis[h] genere punire, igne ac sulphure quinque civitates, quod Greci Pentapolim vocant [4], delevit iustumque ab angelo *premonitum misericorditer in montem educens liberavit [5] anno ab imperio Nini C^0XL^0. Iam tunc inter tenera mundi rudimenta monstrabatur[i] cives Babyloniae mundique amatores, inter quos nunc premitur ac conculcatur ecclesia, in extremo iudicis examine cum auctore suo igne puniendos aeterno iustosque ab eis separatos in caelestis regni habitaculum assumendos fore [6].

Oros. I, 5. Aug. XVI, 29. 30.

*p

X. Abraham vero gentium futurus patriarcha primus circumcisionis signum et spem repromissionis accepit [7] generavitque duos filios, Ismahel et Isaac [8]; quorum unus *secundum*[k] *carnem,* alter *per repromissionem*[l] iuxta apostolum [9] est natus, imperante Assiriis Ario[m] V^0 [10], apud Sycionios adhuc manente Telexion [11], qui propter leta et[n] mitia[o] regni sui tempora mortuus a suis cultu divino honorari cepit[p] [12].

Gal. 4, 23.

a) e *A* 2. b) Itaque Sem., Itaque *alio atram. supra lin. add. C* 1. c) niam *C*. d) *desinit C* 1. e) *numerus om., sequentia cap.* VIIII *sqq. signata A* 3. f) Abraham *add. A* 2; Abraham in terra Chanaan *add. A* 4. g) sua *om. C;* sua — Chanaan *(l.* 11*) om. A.* h) gen. ult. *A* 2. i) *ita A* 1. 3. *B* 1; monstrabantur *A* 2. 4. *B* 2. *C, corr.* monstrabatur *C* 2. k) unus iuxta ap. sec. carnem, alter per reprom. est *C*. l) repromissionis *A* 3. m) *ita scripsi, cf. n.* 10; assyrio, *superscr.* vel ario *A* 1. *B* 2. *C* 4; nino *eadem manu supra lin., omisso* Ario *A* 2; assiario, *superscr.* vel rio (*id est* vel assirio) *A* 3; vel assario *A* 4; assirio V^0 uel ario *B* 1; Assyrio *C* 2. 3. n) et *erasum A* 2. o) initia *A* 2. p) cultu dei honoratur *C*.

1) *Ponendus erat annus* 117. 2) *Haec Otto de Gen.* 14. *fortasse recordatus scripsit.* 3) *Cf. ex. gr. Oros. VII,* 39, 2: tamquam iustus Loth. 4) *Oros. I,* 5: quae tunc Pentapolis vocabatur. 5) *Cf. Gen.* 19, 29 *sq.* 6) *Oros. I,* 6. *in comparanda clade Sodomitana et Romana de punitione solum peccatorum lectores monet.* 7) *Cf. Frut. p.* 37, 25. 8) *Cf. Aug. De civ. Dei XVI,* 26. 31. 9) *Cf. ibid. XV,* 2. 10) *Ibid. XVIII,* 3: Tunc et Assyriis quintus erat rex Arrius. 11) *Cf. Frut. p.* 37, 25. 12) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 2 *fin.*

Fuerunt autem duo[a] prefati fratres post datam circumcisionem utriusque civitatis, unde agere cepimus, primi cives, posteriorque[b] a priore persecutionem[c] in typum futurorum passus est. Et nota, quod inter harum trium aetatum primordia ab uno patre editos hos cives invenies, ut per hoc[d] fide una preditos, uno fonte genitos, utrosque uno sinu populos longe retroactis seculis contentura fore monstraretur[e] ecclesia.

Genuit autem et Ysaac geminos ex uno, ut scriptura refert[1], concubitu, sepe dictarum cives civitatum, Esau et Iacob fratres. Hic est Iacob, qui Dominum facie ad faciem videns[f] vocatus est Israel[2], a quo secundum carnem carnalis, secundum spiritum spiritualis propagatus est Israel. Hii sunt tres patriarchae sepe nominatae cives et principes civitatis, quorum et meriti et fidei prerogativa Dominus se appellari Deum[g] voluit dicens: *Ego sum Deus Abraham et*[h] *Deus Ysaac et Deus*[i] *Iacob.* *Exod.* 3, 6.

XI. Mortuus est[k] ergo Abraham annorum[l] CLXXV, regnantibus apud Assyrios Xerxe, qui et Baleos, apud Sicyonios[m] Turicho seu Turimacho, septimis regibus; octavis quoque Armamithre apud Assyrios, apud Sicyonios[n] Leucippo, apud Argivos, quorum cum Abrahae nepotibus ortum est regnum, Inacho primo regnantibus, ad Ysaac sicut ad patrem suum facta repromissio[o] est. Imperantibus autem Assyriis Belocho VIIII[o], Argivis Foreneo Inachi filio, apud Sicyonios adhuc permanente Leucippo, facta est eadem repromissio Iacob. Hisdem diebus sub Foreneo legibus et iudiciis informata primum Grecia fuisse dicitur. Phegius quoque frater eius mortuus ab eis adoratus est ut deus. Io[p] etiam Inachi filia, post Isis dicta et ab Egyptiis pro dea maxima postmodum culta, hisdem fuisse invenitur temporibus. Haec, ut alii dicunt, ex Aethiopia orta, eiusdem gentis regina, iuste lateque[q] imperavit ac litteras Egyptiacas[r] invenit, unde et cultum divinum ab eis meruit. *Aug. XVIII,* 3. *et Frut.*

XII. Circa idem tempus pervicax fuisse prelium inter Telcisces et Caratasos adversus Phoroneum Argivorum regem et Pharphasios ancipiti gestum victoria fertur, tandemque a Phoroneo victos[s] ac profugos factos in Rodos insula, quae Offusa tunc dicebatur, quam omnis[t] humanae *Oros. I,* 7.

a) prefati duo *C.* b) posteriorumque *A (corr.* posteriorque *A* 2*).* c) persecutione *A.* d) hec *C.* e) monstratur *C.* f) et *add. A* 2; vidit et *Cusp.* g) Deum *om. A* 3; voluit deum *C.* h) et *om. A* 2. *Cusp. Vulg.;* et Deus *om. B* 1. *C.* i) Deus *om. B* 1. *C.* k) ergo est *C* 2. 3. l) CLXXV ann. *A* 2. m) Sicinios *A* 1—3; Sycinios *corr.* Sycionios *B* 2. n) Sicinios *A* 1—3; Sycinios *A* 4; Sycinios *corr.* Sycionios *B* 2. o) est reprom. *C.* p) Idē *mut.* Idea *vel* Ida *A* 2; Ideo *C* 2. q) -que *om. B* 1. r) Egyptias *C.* s) victus *B* 1. t) omis *A* 4; omnes *C.*

1) *Gen.* 25, 24 *sqq.; cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 3. 2) *Gen.* 32, 28, *cf. Aug. De civ. Dei XVI,* 39; *Gen.* 32, 30: Vidi Deum facie ad faciem.

Oros. I, 7, 2. habitationis[a] extorrem putabant[1], consedisse Telcisces. Ex hinc eadem insula, in qua Colosus[2] civitas posita est, satis oportuna carinis[3], inhabitari[b] cepit.

Oros. I, 7, 3. XIII.[c] Anno ab imperio Nini CC°LX° sevum in Achaia[d] Ogii[e] Eleusinae[f] conditoris ac regis[g] diluvium fuit temporibus, *Aug. XVIII, 8.* quod ab[h] ipsius nomine Oggii diluvium est appellatum. Minerva tunc ad lacum Tritonis in virginali aetate apparuisse di- *ib. XVIII, 4.* citur, unde Tritonia vocatur. Regnantibus Assyriorum X° rege Baleo, Sicyoniorum VIIII° Mesapo, Argivorum III° Api, mortuus est Ysaac CLXXX[i] annorum, Iacob et Esau annos CXX habentibus.

Oros. I, 8. XIIII. Anno ab imperio Nini CC°XC°II° regnantibus, quos iam nominavi[4], Baleo, Api, sub Egyptiorumque[k] rege Dyopolita, cui nomen Amases erat[l], fuisse in Egypto maximam *Aug. XVIII, 4. et Frut.* primo ubertatem, post intolerabilem famem, cui Ioseph unus de XII Iacob filiis, a fratribus venditus, sed ex Dei dispensatione *Oros. l. c.* toti Egypto prepositus, divina provisione subvenerit, Pompeius quoquem[m] ac Iustinus[n] eius[o] breviator sic refert: *Minimus aetate inter fratres Ioseph fuit, cuius excellens ingenium fratres veriti interceptum* *[p] *peregrinis mercatoribus vendiderunt. *A quibus deportatus in Egyptum, cum magicas ibi artes sollerti ingenio percepisset, in brevi ipsi regi percarus fuit. Namque[p] et prodigiorum sagacissimus erat et somniorum primus intelligentiam condidit, nichilque divini iuris humanique ei incognitum videbatur, adeo ut etiam agrorum sterilitatem futuram ante multos annos prospiciens fruges congregasset; tantaque eius experimenta fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa viderentur.* Sic Iustinus. *Oros. l. c. et Frut.* Qualiter vero populus Dei in Egyptum descenderit ibique peregrinatus fuerit[5], Moyses noster, quem et ipsi scientem sapientemque, ut postea monstrabimus[6], testantur, scriptum reliquit.

Aug. XVIII, 5. XV. Ea[q] tempestate ydolum[r] magnum Egyptiorum Serapis, quod Christianis temporibus sub Theodosio imperatore ecclesiastica destructum narrat hystoria[7], Argivorum regi Api illo navibus transvecto ac ibidem mortuo ab Egyptiis est factum. Cur autem post mortem eius non Apis, sed Serapis[s] dictum sit, Varro huiusmodi causam reddit: Quia

a) habitationes *A* 1. 2. b) cepit inh. *B* 1. c) *numerus om., sequentia cap.* XII. *sqq. signata A* 3, *ubi omissis c.* 19. 20. 25. *numeris numeri c.* 21—24. *cum nostris conveniunt, c.* 26 *sqq. uno minores sunt; totum c.* 13. *sine numero in marg. suppl., sequentia cap.* XIII. *sqq. signata A* 4, *ubi in c.* 27. *sqq. numeri rursus cum nostris conveniunt.* d) achia *B* 1. e) Oggii *A* 4. *C;* Ogygii *Cusp., Oros.* f) Eleusione *A.* g) Thebanorum *superscr. A* 4. h) ad *A* 1. 2. i) ann. CLXXX *C.* k) -que *om. C* 2. 4. l) dicunt *in marg. add. C* 2. m) ac Iust. quoque *A* 2. n) Iustinus — viderentur *(l.* 26*) habet C* 1. o) quidam *in loco raso C* 1. p) -que *om. A* 2. *Oros.* q) *c.* 15. Ea — simulacrum *(p.* 51, *l.* 6*) habet C* 1. r) magnum ydolum Eg. *A* 1. 3. 4; yd. Eg. magnum *A* 2. s) Syrapis *A* 1. 3. 4; Sirapis *A* 2. *B* 2.

1) quia se penitus a congressu totius humanae habitationis abstraherent *Oros. I,* 7, 2. 2) *Hoc nomine Rhodus civitas dici videtur; cf. Spruner-Menke, 'Handatlas für die Geschichte des Mittelalters und der neueren Zeit', tab.* 84; *Ioh. Malal. Chronogr., ex rec. L. Dindorf, Bonn* 1831, *Lib. V fin., p.* 149, *et qui eum expilaverunt Graeci.* 3) *Nota partem versus heroici.* 4) *c.* 13 *fin.* 5) habitavit *Frut.* 6) *I,* 18. 7) *Rufin. Eccl. hist. XI,* 23 *sq.*

enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes sarcofagum vocant, soros[a] dicitur Grece, et ibi venerari eum ceperunt[b] sepultum, priusquam templum[c] eius esset[d] exstructum, velut soros et Apis[e], Sorapis primo, deinde una littera, ut fieri assolet, commutata Serapis dictus[f] est. Ferunt tamen quidam Ioseph nostro, eo quod Egyptios a fame liberaverit, hoc factum fuisse simulacrum. *Aug. XVIII, 5.* *Rufin. Hist. eccl. XI, 23.*

XVI. Mortuo Api filius eius Argus, ex quo Argivi[g] appellati sunt, patri successit in regnum. Huius diebus regnante apud Sicyonios Erato, apud Assyrios manente[h] adhuc Baleo, mortuus est Iacob annorum CXLVII. Tunc etiam delatis aliunde seminibus primo cepit habere segetes Grecia. Et nota, quod Grecia, quae ceteras precellit[i] gentes sapientia, aliunde segetes[k] in se et a se, ut ex priori patet hystoria[1], accepit[l] leges, prius informatur iudiciis et legibus[2], quam redundet[m] panibus. *Aug. XVIII, 6. et Frut.*

Imperante Assyriis XII° Aminto[3], Sicyoniis XI° Clemineo[4], apud Argivos manente[n] adhuc Argo[o], Ioseph C et X annos habens in Egypto moritur. Post cuius mortem populus Dei in Egypto cepit crescere ac multiplicari, mortuisque eis, qui noverant Ioseph, ab Egyptiis graviter affligi. Itaque Moyses eiusdem populi futurus liberator natus est, regnante apud Assyrios XIIII°[p] Saphro, apud Sicyonios Ortopoli. Hisdem temporibus Prometheum, qui ob nimiam sapientiam de luto homines fecisse fingitur, Athlantem etiam[q] fratrem eius, qui ob scientiam astronomiae caelum portare dicitur, fuisse ferunt. Huius Athlantis ex Maia filia nepos Mercurius, qui et Hermes Egyptius seu Trimegister[r·5], magnus philosophus fuit, qui mirae profunditatis philosophicos libros edidit[6]. *Aug. XVIII, 7.* *ib. 8. et Frut.*

XVII. Anno ab imperio Nini CCCC°XC°, regnante apud Athenas a Cecrope III° Amphitrion[s], vel iuxta alios sub *Oros. I, 9.*

a) foros *A (corr.* soros *A* 3*). B.* b) sep. cep. *C.* c) eius templum *A* 2. d) exstr. esset *B* 1. e) *ita Cusp.;* rapis *A. B* (r *multo post delet. B* 1). *C.* f) dictum *corr.* dictus *A* 1; dictis *corr. alia manu* dictus *C* 3. g) Arguii *A* 1. 4. h) adhuc manente *A* 4. *C.* i) gentes prec. *A* 2. k) et *add. A* 2. l) accipit *B* 2. *C.* m) et *add. B* 2. n) adhuc manente *A* 4. *C* 3. 4. o) i. *add. B* 1. p) Saphro XIIII. *A* 2. q) et *A.* r) *ita A* 1. *B. C* 3. 4; trimegistus *A* 2—4. *C* 2; Trismegistus *Cusp.* s) Amphithon *A* 1—3 *(secundum* -h- *supra lin. A* 1*).*

1) *c.* 11. 2) *Eadem fere verba supra c.* 11: legibus et iudiciis informata primum Grecia fuisse dicitur. 3) Mamytho *Augustinus cum Hieronymo;* Maminthus *Iord., Frut.; Otto ipse infra c.* 33. Mamirtus *exhibet.* 4) Plemmeo *vel* Plemineo *Aug.;* Plemneus *Frut. cum Hieron.* 5) *Trismegistum Mercurium nepotem Mercurii maioris, Atlantis ex filia nepotis, dicit Aug. De civ. Dei XVIII,* 39*; cf. etiam ibidem VIII,* 23 *sq.* 6) *De libris sub Hermetis Trismegisti nomine apud medii aevi viros doctos saepius occurrentibus, sed a litteratis nostri temporis nondum satis collectis et recensitis cf. M. Baumgartner, 'Die Erkenntnislehre des Wilhelm von Auvergne', Münster* 1893 *(Bäumker-Hertling, 'Beiträge zur Geschichte u. Philosophie des Mittelalters' II,* 1*), p.* 5*, n.* 6; *idem, 'Die Philosophie des Alanus de Insulis',* 1896*, (ibidem II,* 4*) p.* 114 *sq.* 118 *sq.; R. Reitzenstein, 'Poimandres', Leipzig* 1904.

Oros. I, 9. ipso Cecrope, memorabile illud sub Deucalione diluvium fuit[1]. Qui idcirco, quod venientes ad se circa montem Parnasum ratibus eductos fovit et aluit, genus hominum reparasse in fabulis legitura. Ea quoque tempestate diris morbis pestilentiaque mortifera estuasse Plato refert Ethyopiam. Hisdem diebus gentem simplicem ac nulli umquam obnoxiam suisque terminis contentam Liber pater sanguine madefecit, libidinibus polluit Indiam.

Aug. XVIII, 8. 9. Sed quia Athenarum mentionem[b] fecimus, qualiter vel a quo condita vel cur hoc nomen sortita fuerit, dicamus. Cum ergo a Cecrope conderetur vel instauraretur, apparuisse ibi uno loco olivae arborem, alio erupisse aquam Varro refert. Motus his[c] rex prodigiis ad Delficum Apollinem sciscitandi gratia cum misisset, ille respondisse dicitur olivam[d] Minervam, aquam Neptunum significare, in potestateque civium esse, ex cuius potissimum nomine civitatem vellent vocare. Rex convocatis[e] utriusque sexus populis statutisque ex una parte maribus, ex alia feminis, cum una persona masculos excederent feminae, Minervae dicandam hoc omine civitatem iudicaverunt. Ita vocata civitas[f] est feminino genere pluraliter Athenae, quod singulari numero Minervam in Greco sonat. Ob ea, dum exestuanti mari non multo post ipsorum terrae vastarentur, Neptuno quasi deo maris hoc asscribentes[g], per hoc, ne ulterius suffragia mulierum quererent, eum placare statuerunt. Sicque nobilissima illa liberalium artium philosophorumque[h] maximorum nutrix futura in prima conditione sui ludificatione demonum inchoatur.

Oros. I, 10 et Aug. XVIII, 11. *XVIII. Anno ab imperio Nini CCCC°XC°V°, regnantibus apud Assyrios Ascathidei.[2], apud Sycionios Maratho, apud Argivos[k] Triopha, Moyses vir Dei, decem antea plagis percussa Egypto, de servitute eius liberatum eduxit Israel. Quod Iustinus seu Pompeius atque Cornelius utrique, sed vario testantur modo. Ait ergo Pompeius sive Iustinus ita: *Filius Ioseph Moyses fuit, quem preter scientiae paternae hereditatem etiam[l] formae pulchritudo commendabat. Sed[m] Egyptii cum scabiem atque[n] vitiliginem paterentur, responso moniti eum cum egris, ne pestis ad plures serperet, terminis Egypti pellunt. Dux igitur exulum factus sacra Egyptiorum furto abstulit; quae armis repetentes Egyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt.* At vero Cornelius de eadem re sic ait: *Plurimi auctores consentiunt orta per Egyptum tabe, quae corpora fedaret, regem Bochorim adito Hammonis oraculo remedium petentem[o] purgare regnum et id genus hominum ut invisum[p] diis alias*

Oros. I, 8, 5. 10, 2 sqq.

a) fingitur *C*. b) fec. ment. *A*. *B* 2. c) rex his *A* 2. d) Min. ol. *C* 3. 4. e) convotis *A* 1. f) est civ. *A* 2. *C* 3. 4. g) asscribūtur *B* 1. h) -que *om. A* 2. i) *ita B* 1; Aschathide *C* (-tide *C* 3); Ascalthide *A* 1—3. *B* 2; Aschaltide *A* 4. k) argiuo *A* 1. l) et *A* 1—3. m) Sed Egyptii *om. C* 2. n) ac *C*; et *vel* ac *Oros.* o) petentes *B* 1. p) in usum *A* 2. 3.

1) vel (*p.* 51, *l.* 30) — fuit *ex Aug. De civ. Dei XVIII,* 10: His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao successore Cecropis, ut autem nostri Eusebius et Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis. 2) Ascatades *Aug. et Frut. cum Hieron.;* Astacades *Iord. Rom.* 28; *cf. infra c.* 33.

in terras avehere iussum. Sic conquisitum[a] *collectumque vulgus, post-* Oros.
quam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus Moysen unum exulum monuisse, ne quam deorum hominumve opem expectarent, sed sibimet duci caelesti crederent, primo cuius auxilio presentes miserias 5 *propulissent.* Itaque ambo isti, quamvis ab eo multa strennue acta malitiose celaverint, magno tamen[b] illi duci Moysi nostro testimonium prebuere inviti. Haec idcirco de hystoriis gentium ponere volui, ut ostenderem cives Babyloniae ad dampnationis suae cumulum veritatis assertores scisse 10 quidem, sed erroris mendatia non deseruisse.

Eo tempore sole per devia oberrante fervor intolera- Oros. *I*,10,19.
bilis terras exussit. Unde[c] ridiculosam[d] Phetontis fabulam *vario errore delusa gentilitas*[1] texuit[e].

XVIIII. Anno ab imperio Nini D⁰XXX⁰V⁰[2] quinqua- *ib. I*, 11.
15 ginta parricidia inter Egisti Danaique fratrum liberos una nocte *et Frut.*
commissa feruntur. Danaus autem, tanti sceleris auctor, ad Argos cedens et a Tenelao rege ipsorum humane susceptus, postmodum eum infideliter regno expulit et ipse pro eo regnavit. A quo Danaum genus tractum puto, ab eoque 20 perfidiae scelus ad illos derivatum esse. Unde est illud Virgilianum[3]:

Accipe nunc Danaum insidias et crimine ab uno
Disce omnes.

Et rursum[4]:

25 *Timeo Danaos et dona ferentes.*

Hisdem diebus Perseus a Grecia in Asiam navibus trans- Oros. *I*, 11.
vectus barbaras gentes domuit easque de nomine suo Persas vocavit.

Pudet[5] hic inextricabiles[f] flagitiorum recessus pan- 30 dere. Tunc enim Busiridis hospites suos diis suis immolantis[6] viguit immanitas. Progne et Philomelaeg parricidium appositumque marito ab uxore filium quis non gemens audire poterit? Omitto Tantali Pelopisque facta turpissima, Ganime- *ib. I*, 12.
demque Troi regis filium a Tantalo Frigiorum rege flagitiosissime 35 sub nomine[7] dei sui Iovis raptum maximumque bellum inde excitatum. Quid de flagitiis Limniadum[h], de Edippo interfectore

a) conquesitum *A* 1. 3. 4. *B* 2. *C* 2. b) tm̄ *B*. c) Non *A* 3; Unde *om.* *C* 3. d) ridiculosa Ph. fabula, *mut., ut videtur, ex* -sam Ph. fabulam *A* 2. e) extitit *A*. f) inexecrabiles *C*. g) Philomee *A* 1—3; Phylomeę *A* 4; Philomelę, -lę *e corr.* *B* 1; 10 Philomene *B* 2. *C* 4; Philomele *mut.* Philomene *C* 2; Phylomenie, -i- *expunctum* *C* 3. h) Liminadum *A* 1. 2. 4; liminā dum *mut.* liminadum *A* 3; limmadum *B* 2; lyminadum *C* 2.

1) *Hieron. Vita s. Pauli primi eremitae c.* 8, *Migne, Patrol. Lat. XXIII, col.* 23. *Eundem locum adhibuit Thietm. Chron. VI,* 24.
15 2) *Ponendus erat annus* 525, *cum Orosius* 775. *ante Urbem conditam annum habeat.* 3) *Aen. II,* 65. 66. 4) *Ibid. II,* 49. 5) *Cf. Oros. I,* 12, 6 *sq. et infra II,* 17. 6) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 12. 7) *Cf. ibid. XVIII,* 13.

Oros. I, 12. patris, matris marito, filiorum fratre, vitrico sui, de Medeae quoque veneficiis ac crudeli amore dixerim[a]? Nonne tanta tamque inaudita huius temporis scelera fuere, ut etiam astra fugisse ab ipsis civibus mundi dicantur? Quid igitur[b] hic aliud, quam *fugiendum esse de medio Babylonis*[1] eiusque sceleratissimorum civium[c] consortio atque ad cives nostros transeundum asseruerim[d]?

Aug. XVIII, 11. XX. Moyses ex Aegypto populo Dei educto legem in monte Syna dedit, per XLque[e] annos rector eorum in deserto existens, annorum CXX moritur Iesuque filio[f] Nave ducatum populi reliquit[g·2]. Hic primus officio[h] nomineque[i] formam[k] gerens salvatoris[3], in terram promissionis, quae huius, unde agimus, typus civitatis[l] est, populum Dei inducere meruit.

Non fortuitis casibus, sed Dei providentiae dividentis inter lucem et tenebras[4] asscribendum reor, quod circa tempus egressionis filiorum Israel ex[m] Aegypto[5] — vel iuxta alios[6] mansionis in terra promissionis — novis et inauditis, ut[n] modo retulimus, mundus inferbuit sceleribus. Ut enim rege[o] caeli Christo nato rex terrae turbatus legitur[7] Herodes, sic non immerito Domino in Aegyptum descendente populumque suum inde *educente *p. 9. diabolus turbatus ad ausus nefarios factaque sceleratissima permissam sibi civitatem incitavit. Unde et adhuc Domino de Aegypto mundi[p] huius servos suos ad regnum suum vocante mundum frequenter concuti ac turbari videmus. Eadem ratio est, si circa introitum[q] populi Dei in terram promissionis et eiectionem gentium ibi morantium talia fuere.

Oros. I, 13. XXI. Anno ab imperio Nini DC°XL°[8] fuisse bellum inmane inter Cretenses et Athenienses victoriamque magis Cretensibus cessisse ferunt victosque ex Atheniensibus Mino-

a) dixerimus *A* 1—3. b) igitur *om. A* 2; hic ergo *C* 2; hic igitur *C* 3. c) cons. civium *C*. d) asseuerim *A* 1—3. e) -que *om. A. B* 2. f) Iesu filioque, *sed* -que *erasum A* 2. g) relinquit *A* 4; reliquid populi *A* 2. h) off*o *A* 1—3; offero *expunctum et* officio *in marg. suppl. B* 2. i) -que *om. A* 2; et nomine *A* 4. k) gerens formam *A* 2. l) est civ. *C*. m) in *B* 1. n) ut *om. C* 3, *ubi* que *alia manu alioque atram. supra lin. add.* o) regi *A* 1. p) huius mundi *C* 3. 4. q) interitum *A* 3.

1) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 18, *ubi locus non Is.* 48, 20, *quem Dombart affert, sed Ierem.* 51, 6: Fugite de medio Babylonis *exponitur.* 2) *Cf. etiam Iord. Rom.* 29. 3) *Cf. Hieron. Ep. ad Paulinum* 53, 8. 4) *Gen.* 1, 4. 5) *Cf. Oros. I,* 10 *fin. sqq.* 6) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 13. *et Frut. cum Hieronymo.* 7) *Matth.* 2, 3. 8) *Hoc cum Orosii codice Bobiensi convenit, qui pro* 560. *annum* 660. *ante Urbem conditam exhibet.*

tauro, aut fero homini aut humanae bestiae, expositos. Quam *Oros. I, 13.*
hystoriam non solum ex[a] hoc bello, sed etiam ex artificiosis factis Dedali in fabulis notissimam, a puerisque[b] in[c] scolis tritam prosequi non oportet[1]. Ea tempestate *ib.*
Laphitae cum Thessalis decertantes Thessalosque discurrere in equis a longe videntes equis mixtos putabant, et exhinc Centaurorum fabula traducta est.

XXII. Anno ab imperio Nini DCCC°XX° Vesores rex *Oros. I, 14.*
Aegypti Scitis bellum indixit. Cui Scitae ridiculose responderunt[2] frustra ditissimum regem contra pauperes bellum sumpsisse. Adiciunt etiam se non oportere ad ipsos venire, cum ei ultro occurrere parati sint. Dicta factis secuntur. Pugna conserta est, fugientequed Vesore ac destituto exercitu preda magna capta: Scitae Aegyptum quoque[e] populati essent, si Nili[3] paludibus coerciti non fuissent[f]. Inde revertentes Asiam pervaganturg eamque peneh·[4] totam[5] vectigalemi fecerunt. Itaque dum per XV annos ibi morantur, mulieribus denuntiantibus prolem se a finitimis, ni redeant, recepturas, reverti coguntur.

XXIII. Mediok tempore duo regii iuvenes Plinius et Scolo- *Oros. I, 15.*
pecius[l] Scithia pulsi cum ingenti multitudine in Ponti et Capadociae orism iuxta Thermodontem amnem consedere. Ubi dum vicina quaeque populantur, insidiis finitimorum trucidantur. Horum uxores exilio simul ac viduitate permotae femineaeque[n] fragilitatis oblitae[6] maribus, qui superfuerant, occisis arma sumpsere petitisque a vicinis[7] conubiis masculos[7] necabant, feminas reservabant. Ex his Amazonum genus traductum est. Quae in tantum, mirabile[o] dictu, invaluere mulieres[8], ut pene toti Asiae ac Europae imperarent. Hae dicuntur illo inp tempore Ephesum condidisse ac Dianae tamquam deae belli[9] templum multis dehinc seculis famosum[10] fabricasse[11]. Porro ex eo, quod dextras, ne ictumq sagittarum impedirent, adurebant mamillas, Amazonesr quasi[s] sine mamillis sunt dictae.

a) in *A* 2. b) -que *om.* *A* 2. c) tritam in scolis *A* 2. d) -que *om.* *A* 3; fugenteque *B* 2. e) quoque *om.* *C* 3. 4. f) essent *A* 2. g) pervagantes *B* 1; pervagantes Asiam revertuntur *C* 4. h) totam pene *A* 2. i) vectigabilem *A* 2; vestigalem *C* 2. k) *c. XXIII. habet C* 1, *qui pro* Medio *eraso praebet* Quodam. l) Scolepecius *A*. m) horis *B* 1. *C*. n) -que *om.* *A* 2. o) dictu mir. *A* 2. p) *ita B* 1. *C* 1; in illo *A* 1. 3. 4. *B* 2; in *om.* *A* 2. *C* 2—4. q) ictu *A* 2. r) Amazones — mamillis *om.*, Amazones *in marg. suppl. alia manu C* 3. s) quia *B* 2.

1) *De Daedalo cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 13; *Frut. p.* 43, 25; *Vergil. Aen. VI,* 14 *sqq.; Ovid. Ars amat. II,* 21 *sqq. et Metamorph. VIII,* 152 *sqq.* 2) *Ita codices Bobiensis, Ambros., Donauesch. Orosii et Frut. p.* 43, 40. 3) *Ita cod. Rehdig. Orosii manu correctoris, Iord. Get. VI,* 11, *Frut. p.* 43, 45. 4) *Ita Iord. Get. VI,* 47. 5) *Ita Frut. l. c.* 6) *Cf. Iord. Get. VII,* 49. 7) *Cf. Iord. Get. VIII,* 65. 8) *Oros. I,* 16, 1. 9) ob sagittandi ac venandi studium *Iord. Get. VII,* 51. 10) *Cf. etiam Act. ap.* 19, 27. 11) ac Dianae — fabricasse *ex Iord. Get. VII,* 51. *XX,* 107, *quorum partem exscripsit Frut. p.* 122, 65.

Aug. XVIII, 11. *Frut.* XXIIII. Mortuus est autem[a] Iesus in terra promissionis, regnantibus apud Assyrios XVIII[0] Amintha, apud Athenienses IIII[0b] Erichtonio, apud Sicyonios XVI[0] Corace, apud Argivos X[0] Danao. Exhinc ceperunt esse iudices in populo Dei *Ann. Hild.* usque ad Saulem[1]. Quorum primo iudicante Othoniel[2] Cathmus[c] Grecas litteras invenit[3].

Aug. XVIII, 14. Per idem[d] tempus fuere theologi, qui de[e] diis falsis canerent, Orpheus, Museus, Linus. Regnum etiam finitum est Argi- *ib. XVIII,* 15. vorum et translatum est ad Micenas, unde fuit Agamennon. Exortum quoque[f] est[g] in Italia regnum Laurentum, ubi pater Fauni, Picus Saturni filius, qui et Sterces, eo quod primus stercore agros fecundari fecit, dicebatur, post patrem[h] regnavit, Debora femina prudente[i] ac prophetissa iudicante Israel, Assyriis *Ann. Hild.* vero imperante XX[0]III[0k] Lamphere. Apollo citharam condidit artemque medicinae invenit[4]. Non multo post[l] iudicante[m] Iair Israel Carmentis nimpha litteras Latinas reperit[n. 5].

Oros. I, 17. XXV. Anno[o] ab imperio Nini DCCC[0]LXX[0] raptam fuisse Helenam coniurationemque factam adversus Troiam ferunt[p]. Hinc decennalis obsidio famosumque sequitur Troiae excidium. Quod qui scire desiderat, legat Homerum eiusque imitatorem[q] Pindarum[6] seu Virgilium. Hinc Romanorum gentem duxisse originem ab Enea profugo[7] et, ut ipse adulatur, viro forti — ut vero ab[r] aliis traditur[s], patriae proditore ac nicromantico[s], utpote[t] qui etiam uxorem suam diis suis immolaverit[9] —, scribit Virgilius.

Frut. p. 44. 115. Ferunt etiam Francorum gentem ab eis traxisse principium. Dum enim Troianorum[u] principes incertis[v] vagabantur sedibus, plurimi *eorum in Scithia[w] consederunt regem- *14

a) autem *om. A* 2. 4. b) III. *A* 3. c) Cahtmus *B*. d) quoque *add. C* 3. 4. e) de *om. C* 3. f) quoque *om. B* 1. g) etiam *add. B* 1. h) mortem *A* 1—3. *B* 2; mortem patris *A* 4. i) prudentissima *B* 1. k) XX[0]IIII[0] *A*. l) post *om. C* 4. m) Iair iud. *C*. n) invenit *A* 2. 4. o) Anno — hunc teneant locum *(p.* 57, *l.* 16*) habet C* 1. p) ferunt *mut.* fertur *A* 2. q) imitatoremque eius *B* 1. r) trad. ab aliis *A. B* 2. s) nigromantico *C* 2—4; necromantico *Cusp.* t) utpote *om. B* 1. u) princ. Troian. *C*. v) in incertis *C* 2—4. w) *ita A* 2. *B* 1. *C* 1. 2; Schytia *A* 1. 3; Scythia *A* 4; Schitia *B* 2; Scycia *C* 3. 4; cons. in Scithia *A* 2.

1) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 13. 2) *Ita cod. Valenc. Iord. Rom.* 30. *et Beda;* Gothoniel *Iord. Rom.* 30, *Ann. Hild., Frut. cum Hieronymo.* 3) *Hoc ex Ann. Hildesheim. (ed. Waitz, SS. r. G. p.* 2), *in quibus hoc loco et in sequentibus Isidorus exscriptus est, desumpta esse in commentario meo demonstrabo.* 4) *Hoc item sub* Debbora *femina iudice habent Ann. Hildesheim. p.* 2. 5) *Cf. Ann. Hildesheim. p.* 3, *sub Iair iudice.* 6) *Ad Iliadem Latinam Pindari Thebani nomine insignitam haec verba spectant. Homerum poetam testem adhibet Orosius I,* 17. 7) *Cf. Aeneidos initium; Oros, I,* 18; *Sallust. Catil.* 6, 1. 8) *Cf. Dares Phrygius, De excidio Troiae c.* 39 *sqq. (ed. Meister, Lipsiae* 1873*).* 9) *Haec ex verbis Verg. Aen. II,* 666 *sq. male intellectis originem sumpsisse pro certo non affirmaverim. Crudelitatem Aeneae memorat Historia Daretis Frigii de origine Francorum, SS. rerum Meroving. II,* 199, 15.

que sibi creaverunt. Ac primo dicti Sicambri, postmodum elapso tempore sub Valentiniano imperatore, cum ipsi proposito sibi libertatis premio vicinas imperio gentes subiecissent, a prefato principe Attica lingua Franci sunt vocati a feritate vel Franci a nobilitate. Lingua enim eorum franco nobilis dicitur[1]. Tradunt tamen quidam a quodam Francone Troianorum principe, qui iuxta Rhenum consedit, Francos esse appellatos. Monstrantque in argumentum urbem adhuc, quam ipsum construxisse patrioque nomine Troiam fluviumque eius[a] Xantum[b] vocasse asserunt[2]. Quae postmodum a Sarracenis[3] destructa ac rursum a Christianis reedificata Xantis[c] usque hodie vocatur. Quomodo vero in Gallias, quas modo inhabitant, venerint, suo loco ac tempore Deo adiuvante dicemus[4]. Haec de origine gentis[d] Francorum dicta hunc teneant locum. *Frut.*

Diffusis longe lateque per[e] orbem Troianis Antenor quoque[f] fundator extitit Patavi[g]. Unde Virgilius[5]:

Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illiricos[h] *penetrare sinus atque ultima*[i] *tutus*
Regna Liburnorum et fontem superare Timavi.

Et infra[6]:

Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit.

Et Lucanus: *Patavique*[7] *truces.* Quarum[k] quidam Galliae urbem Pictavim[l·8], nonnulli Baioariae[m] Pataviam, alii vero Venetiae Paduam[9], quae et Patavium[n], putant. Quod et verisimilius est et sensui[o] Virgilii accommodatius[p].

Factum est autem hoc celeberrimum excidium, cum iam regnum Laurentum cessisset ad Latium regnaretque *Aug. XVIII,16.19. et Frut.*

a) eius *om.* *A* 2. *B* 1. b) xanctum *C.* c) xanctis *C.* d) generis *add.* *C* 2—4. e) Troianis per orbem *A* 2; per orbem *om.* *A* 4. f) qui *A.* g) Pictaui *corr.* Pataui, *signis ante* fundator extitit *positum* *A* 1; pactaui *corr.* pataui *A* 3; pataui, *primum* -a- *in loco raso* *A* 4. h) Miricos *B* 1. i) intima *Cusp. Vergil.* k) *sic* *A* 1. 2. 4. *B. C;* Quorum *A* 3. l) Pictavi *B* 1. *C* 4; pictauium *C* 2; pictaui *alia manu mut.* pictauia *C* 3. m) Bauuariae *A* 1—3. *B* 2. n) patauii *A* 3. 4. o) sensu *B* 1. p) acommodamus *A* 2; acommodatius *B.*

1) *Item Gesta Frid. II,* 30, *p.* 109: Francus, vere nomine et re nobilis. 2) *Cf. 'Annolied' v.* 389 *sqq., MG. 'Deutsche Chron.' I,* 2, *p.* 123 *sq.* 3) *Immo a Normannis a.* 863, *cf. Böhmer-Mühlbacher, Reg. imp. I*², *nr.* 1298 *(*1263*) a.* 4) *IV,* 32. 5) *Aen. I,* 242—244. 6) *Ibid. I,* 247. 7) *Phars. I,* 431, *ubi nunc rectius* Batavique *legitur.* 8) Pitavium *pro* Patavium *'Annolied' v.* 383. *habet.* 9) Padowe *'Kaiserchronik' v.* 370, *'Deutsche Chron.' I, p.* 87, *sed complures codices Passau urbem intellegunt, vide ibi n.* b.

filius Fauni Latinus, iudicante Hebreos Labdon[a·1] vel iuxta alios viro fortissimo Samson[2]. Quem etiam ob incredibilem fortitudinem Herculem putabant. Utrum autem ipsum vere putaverint[b] Herculem, dicere non est meum. Fuisse autem contemporaneos ex hoc, quod circa subversionem Troiae extiterunt[3], innuitur.

Haec Romani regni principia aureis seculis[4], id est sine luxu inherti bellorumque turbulentia, sub Saturno inchoata Laurenti fuere. Verum abhinc ferrea successit aetas[c·5].

XXVI. Eneas enim in Italiam navibus ex Frigia transvectus Latini regis filiam accepit[6], gravique inter ipsum et Turnum[7] ob hoc bellorum orto discrimine humano cruore aurea secula in ferrum commutari docuit[d]. Quod Virgilius, utrum veracitèr vel adulationis fuco fallaciter, pulcherrimo versuum ordine prosequitur. Haec de Troianorum profugis dicta sufficiant.

Victores vero eius tanta secuntur discrimina[8], ut non inmerito, qui in[e] tam miserrimo fortunae rotatu noxio magis subcubuerint[f] fato, dubitetur. Ut enim de his, qui in congressu diutino occubuerant, quos tamen Dares Frigius[9] ex Argivis DCCC[a]LXXXIII milia[g], ex Troianis DC[a]LXVI milia[h] fuisse memorat, taceamus, quanta fuere Ulixis pericula[10], longorum[i] circuituum[k] tedia? Unde est illud poetae[11]:

a) *ita A* 2. 3. *C (sed* L- *alio atram. expunctum C* 3). *Frut. cum Hieron.;* iabdon *A* 1. 4. *B. Ann. Hild.* b) putaverit *B* 2; putaverunt *C* 2. 4. c) eatas *B* 2. d) ceperunt, *alia, ut videtur, manu superscr.* vel docuit *A* 4. e) tam in *A* 2. f) subcubuerunt *A* 3. 4. g) DCCC[a]LXXIII M̄ *A* 2; DCCCC[a]LXXXIII M̄ *A* 3; DCCC[is] LXXX[is] III[b9] m̄ *B* 1. h) DC[is] LXVI m̄ *B* 1. i) longiorum *A* 3. k) circuitum *B* 1.

1) *Ita Iord. Rom.* 38, *Isid., Beda, Ann. Hild., Frut. p.* 44, 25. *Hieronymum secuti; cf. August. l. c.* 2) *Sub Samson iudice Aeneam Latino mortuo tribus annis regnum habuisse Aug. l. c. tradit, quem post captam Troiam in Italiam sub Labdon iudice venisse diserte dicit.* 3) *De Herculis aetate cf. Frut. p.* 44, 1; *econtra ex. gr. Ann. Hild. Herculem ante Troiani belli ortum obiisse, Samsonem capta demum sub Iabdon iudice urbe populum Hebraeorum rexisse aperte dicunt.* 4) *Virg. Aen. VIII,* 324 *sq., quos versus Aug. De civ. Dei XVIII,* 15. *attulit.* 5) Ferreae *gentis Virgilius v.* 8. *notissimae quartae eclogae mentionem facit; cf. Virg. Aen. VIII,* 325 *sqq.; Aug. De civ. Dei III,* 10. 6) *Oros. I,* 18; *Frut. p.* 44, 35. 7) *Turni interfecti etiam Frut. l. c. mentionem facit.* 8) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 16; *Virg. Aen. XI,* 255 *sqq.* 9) *C.* 44, *ubi* 886 *et* 676 *milia.* 10) *Ulixis breviter meminit Frut. p.* 44, 55; *cf. Virg. Aen. III,* 613 *sqq. XI,* 263; *Horat. Epist. I,* 2, 19 *sqq.; Dictys Cret. Ephem. belli Troiani VI,* 5. 11) *Horat. Epist. II,* 3, *v.* 141 *sq.*

Dic mihi, Musa, virum, captae post tempora Troiae
Qui mores hominum multorum vidit[a] *et urbes.*

Totum quippe pene orbem non tam peragrando quam oberrando pertransiens universis[b] terrae marisque miseriis participavit. Unde idem[c] precipuus orator in libro de Officiis[1]: *Quam multa passus est Ulixes in illo errore diuturno, cum et mulieribus, si Cyrce*[d] *et Calipso*[e] *mulieres sunt*[f], *inserviret et in omni sermone omnibus se affabilem*[g] *esse vellet! Quot*[h] *etiam*[i] *contumelias servorum ancillarumque pertulit*[k], *ut ad id aliquando*[l], *quod cupiebat, perveniret. Aiax*[m] *quo*[n] *animo traditur miles*[o] *appetere mortem, quam illa*[p] *perpeti*[q] *maluisset.* Hic in Hispania Ulixibonam[r·2], quae[s] a nostris[t] nuper Sarracenis ablata est[3], et in Gallia Troiam, de qua supra mentio facta est[4], primus condidisse dicitur[5]. Quare et hoc, quod de Francone traditur, ficticium[u] videtur. De fabulosis autem et pene fidem excedentibus erumpnis eorum quid dicam? Denique non solum fabulae concrepant, verum etiam plenae sunt hystoriae, socios Diomedis[v] in aves mutatos, quae[w], *Aug. XVIII,* 16.
ipso[x] in deum translato[y], circa templum eius in insula Diomedia, haut procul a monte Gargano situm volitent aquasque ministrent. Quod iuxta Augustinum* in tantum Varro
141. probare videtur, ut easdem aves referat *ex Grecia venientes tamquam cives cognoscere, alienos[z] diris a se morsibus[a] repellere. Quod ut probabilius idem Varro faciat, de famo- *ib. XVIII,*17.
sissima Cyrce, quae socios Ulixis mutavit in bestias, et de Archadibus, qui[b] transnatando stagnum in lupos convertebantur, qui si humana non vescerentur carne, quod[c] post VIII°[d] annos transmisso amne rursum reverterentur ad hu-

*) iuxta Augustinum *om. C, habet Cusp.*

a) -it *supra lin. pro duabus litteris erasis A* 2; uid *A* 3. b) uniuersisque *A* 2. c) item *B* 2. d) mul. sycirce *A* 3; sy cyrce *A* 4. e) due mulieres *manu fortasse posteriore supra lin. add. B* 1; ⊽ *eadem manu atram. nigro supra lin. add. A* 3. f) appellandae sunt *Cusp. Cic.* g) aff. se *C. Cusp.;* aff. esse se *Cic.* h) *ita C* 3. 4; quod *A. B;* q *C* 2; Domi vero *Cusp. Cic.* i) et *A.* k) pertulerit *B* 1. l) aliq. *om. B* 1. m) At Aiax *Cusp. Cic.* n) quoque *B* 2. o) milies (millies *Cusp.*) oppetere *Cusp. Cic.* p) ille *A.* q) ab alio *add. Cusp.* r) uluxi bonam *A* 1—3, *corr.* Ulixib. *A* 2; ulyxib. *A* 4; ulixi bonam *alio atram. mut.* ulix bonam *C* 3. s) quam *B* 1. t) nuper Sarr. a nostris *C.* u) fictum *B* 1. v) et *add. C* 4. w) quia *B* 1. x) ipso *mut.* ipse *A* 1; ipse *A* 2—4. y) mutato *B* 1. z) alienas *A* 2. a) mors. a se *A* 2—4. b) que *C* 3. 4. c) quod *om. C.* d) novem *Aug.*

1) *Cic. de off. I,* 31, 113. 2) *Isid. Orig. XV,* 1, 70. 3) *A.* 1147. *Oct.* 25. *Hoc primae chronicae ad Isingrimum missae editioni defuisse patet.* 4) *I,* 25, *p.* 57, *l.* 10. 5) *Ulixem Asciburgium in ripa Rheni situm (fortasse Asberg prope Mörs) secundum quosdam condidisse Tacitus Germ.* 3. *tradit.*

Aug. XVIII, 17. manam formam, commemorat. Exprimit etiam ex[a] nomine quendam Demenutum de sacrificio Archadum gustasse et in lupum mutatum decimo tandem anno in propriam figuram reversum fuisse. Unde et dicit deum eorum Liceum dictum, Greci enim lupum[b] licum dicunt. Romanorum quoque lupercos ab eis[c] originem duxisse narrat. Quae omnia utrum deorum suorum amore fingant, an ita ludificatione demonum[1] ac quibusdam abditis naturae seminibus fieri possint, dicere presentis[d] non est operis. Augustinus[e]
ib. XVIII, 18. tamen[f] suis[g] temporibus Prestantium quendam[h] de patre suo retulisse dicit, quod venenum in caseo sumpserit, unde in lecto quasi dormiens multis diebus iacuerit, evigilans autem caballum se[i] factum ac annonam[k] portasse retulerit. Narrat etiam idem pater[l], cum in Italia esset, se de quibusdam mulieribus audisse, quae in caseo dare solerent viatoribus diabolica machinamenta, unde in[m] iumenta verti viderentur; qui dum peractis temporibus[n] ad se redirent,
Rufin. mentem se rationabilem[o] habuisse testarentur. De Machario quoque heremita scriptum invenis[p·2], quod puella ad eum, quam amici in equam a maleficis mutatam dixerunt, ducta fuit; quam ille[q] intuens puellam se dixit videre, non equam. Ita quae amicis equa[r] visa fuit, homini Dei puella apparuit. Unde ad Deum fusis precibus tam puellam quam amicos eius a prestigiis demonum liberavit. Ex his ergo ac[s] simi-
cf. Aug. l. c. libus apparet demones quidem hominum naturam mutare non posse, sed occupatis illis corporis partibus, per quas ratio operari solet, mentem hominis obfuscare cernentiumque oculos, ut[t] hoc putent, ocultis[u] machinamentis ac abditis naturae seminibus fascinare.
Gal. 3, 1. Unde ad Galathas Paulus dicit[v]: *O insensati Galathae, quis vos fascinavit?* Demones quippe multa tam ex subtilitate naturae quam ex antiquitate temporis et experientia rerum permissu Dei scire ac posse[w], unde

a) quendam ex nom. *B* 1. b) licum lupum *A* 2. *B* 1. c) ab eis *post* originem *supra lin. suppl. A* 2. d) non est pres. *A. B* 2. e) Augustinus — maledicere potuisset *(p.* 61, *l.* 6*) habet C* 1. f) quoque *in loco raso C* 1. g) suis *post* temporibus *supra lin. suppl. A* 2. h) nomine *add. A.* i) sese *A* 3. k) se *add. A.* l) pater idem *A* 2; pater *erasum C* 1. m) in *om. B* 2. n) operibus *C.* o) racion. se *B* 1. p) est *eadem manu supra lin. suppl. pro* invenis *A* 2; invenis *mut.* inveni *C* 3. q) ille *om. B* 1. r) visa fuit equa *A.* s) et *B* 1. *C* 3. 4. t) in *A* 3. u) *ita A* 1—3. *B* 1. v) scribit *A* 2; Unde illud Pauli ad Galathas *A* 4. w) credimus *add. C* 4; dicuntur *add. Cusp.*

1) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 18 *init.:* Sed de ista tanta ludificatione daemonum nos quid dicamus, *etc.* 2) *Rufin., Hist. monach.* 28.

non solum cives mundi decipiant[a], sed et civibus Christi, si ab ipso non prohiberentur, noceant, ex hoc[b] liquido probari potest, quod Balaam, qui utique gentilis et ariolus fuit, tantam ex prestigiis demonum efficatiam habuit, quod etiam populo Dei, si ab ipso prohibitus non fuisset, maledicere potuisset. Non enim, ut quidam putant, propter hoc, quod de ipso dicitur: 'Loquar[c] domino', Dominum, id est[d] Deum verum, colebat, sed[1] cum[c] demoni[f], quem ipse dominum vocabat, se loqui putaret, Dominus, ut hoc, quod ille malitiose proposuerat, impediret, sapienter se interposuit, ut non iuxta voluntatem suam populo suo nociva, sed iuxta nutum Domini profutura diceret. Cui sensui et hoc[g] fidem facit, quia[h] crebris eum sacrificiis et hostiis a proposito inclinare temptabat. Quod de incommutabili divinae maiestatis essentia credere vel presumere absurdum esset[i].

cf. Num. 22—24.

cf. Num. 22, 8. 19. 23, 3.

XXVII. Regnante apud Assyrios Autene[k], Sicyoniis imperante Pelasgo, Samson iudicante Israel, Latino mortuo, tribus annis in Latio regnavit Eneas. Quo mortuo, quia[l] non comparuit, ab eis factus est deus. Imperantibus[m] Assyriis XX°VIIII° Oneo[n], Atheniensibus Mesanto[o], IIII° Latino rege Enea[p]·[2] Silvio, Eneae[q] non de Creusa, sed de Latini regis filia genito, iudice autem Hebreorum Hely, regnum Sicyoniorum[r], quod per[s] DL vel amplius[3] annos[t] duraverat, defecit. Unde est illud Castoris cronografi[u]: *Exponemus et Sicyoniorum reges ab Agialeo*[v] *usque ad Zeuxippum*[w], *qui omnes regnaverunt annis DCCCCXLV*[x], *et sacerdotes carnis*[y] *VI, qui prefuerunt annis XXXII*[bus]. *Post quos sacerdos*[z] *constitutus est Caridemus, qui impensas non*[a] *sustinens fugit.* Exhinc Atheniensium res publica auctoritatem habere cepit in Europa. Eneas iste, eo[b] quod mater eius Ascanium timens in silvis latitando eum, dum adhuc puer esset, abscondit[c], a silva vocatus est Silvius[4].

Aug. XVIII, 19. *et Frut.*

Hieron. Chron. 885.

Iord. Rom. 39.

a) decipiat *A* 2. b) quo *C* 2—4. c) Loquor *C*. d) id est *om. C* 3; Dom. et *C* 4. *Cusp.* e) eum, e- *in loco raso A* 2. f) demone *B* 1. g) h (= haec) *A* 1. h) quod de *C*. i) est *B* 1. k) al's. Tautāes *add. Cusp. in marg.* l) qui *A* 3. m) Imperante *B* 1. n) al's. XXVIII. Thineo Athēiēsib⁹ Melantho *add. in marg. Cusp.* o) IIII° Mesanto rege quoque Latino ęnea sylv. *B* 1. p) Enee *C (corr.* Enea *C* 3*)*. q) Eneae *om. B* 1. r) regnum defecit Sicioniorum, quod DL annos durasse dicitur *C*. s) per *om. B* 1. *C (v. n. r)*. t) annos *om. A* 2. u) Crhonographi *A* 1; Ex honografi *A* 2; crhonografi *A* 3; Erhonografi *B* 2. v) egialio *C* 2; gialeo *C* 3. w) deleucippum *C* 2; leucippum *C* 3. 4. x) al's. DCCCLXII *add. in marg. Cusp.;* DCCCCLXII *Hieron.* (DCCCLXII *cod. Amandinus*). y) Carni *Hieron.* z) const. est sac. *C* 3. 4. a) non *om. C* 3. b) eo *om. C* 2. c) unde *add. B* 1.

1) *Ea quae sequuntur usque ad* diceret *(l.* 13*) secundum sensum cum Glossa ordinaria conveniunt.* 2) *Postumum Silvium* Aeneam Silvium *nominat Iord. Rom.* 39, *quem Frut. p.* 44, 50. *exscripsit; cf. infra p.* 64, *n.* 7. 3) per annos nongentos quinquaginta et novem *Aug. l. c.;* DCCCCLXII *Frut. cum Hieronymo.* 4) *Cf. Frut. p.* 44, 50.

Exhinc Greci et Latini quasi in uno semine[a] coalescentes quandam et morum et linguae affinitatem habere ceperunt aliasque gentes tamquam rationis acumine et oris venustate minus utentes barbaros[b] vocare consueverunt[c]. Quod enim tam ingenio quam eloquio ceteris Greci preferantur[d] gentibus, poeta[1] ostendit, qui ait:

*Grais[e] ingenium, Grais[f] dedit ore rotundo *p. 2
Musa loqui.

Et[g] alibi[2]:

Grecia, facundum, sed male forte[h] genus.

Unde et tres linguae principales habentur: propter cultum Dei et antiquitatem Hebraica[i], propter prudentiam et eloquii leporem Greca[k], propter potentiam et item[l] prudentiam Latina[3].

XXVIII. Post mortem Hely Hebreorum iudex factus est Samuel. A quo dum regem peterent, acceperunt Saulem[4], regnante apud Assyrios Dercilo[5]. Circa idem tempus Codrus rex Atheniensium Peloponensibus[m] hostibus, eo quod responsum accepissent se non prius ab Atheniensibus superandos, nisi regem eorum occidissent, mutato habitu se obiecit ad propriamque necem iurgiis[n] provocavit. Unde Virgilius[6]: *Et iurgia Codri.* Et alius[o·7]: *Rumpantur ut ilia Codri*[p]. Quem Athenienses ob hoc cultu divino honorare decreverunt[q], et exhinc magistratus, qui rem publicam administrarent, post reges habere[r] ceperunt.

Aug. XVIII, 19. 20. et Frut.

Et hii traduntur in populo Dei post patriarchas fuisse iudices: Moyses, Iesus, Othoniel[8], Ahoth, Debora, Gedeon, Abimelech, Thola, Iayr, Iepthe, Abiessan, Achialon[s], Labdon[t], Samson, Hely, Samuel[9].

XXVIIII. Exhinc reges et prophetarum tempora

a) sermone *B* 1. b) barbaras *A* 4. c) consuerunt *B* 1. d) preferant *B* 2. e) Gragis *A* 1. *B* 2; Grais *mut.* Gragis *A* 2. f) grays *A* 4; gragis *B* 2. g) Et alibi *om.* *A* 3. h) fore *B* 1. i) hebraicam *A, corr.* hebraica *A* 2. 3. k) Grecia *A* 2. l) eī *B* 1. m) Polopensibus *B, mut. manu multo recentiore* Peloponensibus *B* 2; Peloponensibus *Cusp.* n) iurgiis *om. B* 1. o) *ita A. B. C;* alibi *Cusp.* p) Codro *Verg.* q) ceperunt *A* 2. r) cep. hab. *A.* s) Achialon *om. A* 3. t) *ita C, sed* L- *alio atram. delet. C* 3; Iabolon *A*; Iabdon *B; cf. supra p.* 58, *n.* a.

1) *Horat., Epist. II,* 3, 323 *sq.* 2) *Ovid., Fasti III,* 102. 3) *Aug. In Ioann. Evang. tract.* 117, 4 *(c.* 19, 19 *sq.).* 4) *Frut. p.* 45. 5) *Ex Iord. Rom.* 42. 6) *Eclog.* 5, 11. 7) *Ibid.* 7, 26. 8) *V. supra p.* 56, *n.* 2. 9) *Nomina iudicum suis locis affert Frut. cum Hieronymo, qui tamen* Achialon *Ottonis apud LXX omissum incidenter tantum commemorant, quem Iord. (omisso etiam Samuele) omnino neglexit, Isid. Chron. mai.* 93*a et Beda in ordine habent, Ann. Hild. post addunt.*

supputantur[1]. Quorum primus reprobato Saul fuit David, magnus civitatis Dei princeps[2], utpote cui post patriarchas primo facta est promissio[3], quod de eius semine Christus, huius, de qua agimus, auctor[a] civitatis, foret nasciturus. Cuius filius Salemon, imperante Assyriis Eupale[4], templum tam cultu Dei quam operis structura nobilissimum, eo tempore, quo in Italia Alba[b] est condita, construxit[5]. Qui etiam, ne tam ob potentiam quam ob preclaram, qua omnes mortales precellebat, sapientiam illud semen, quod promissum[c] David, dispositum per angelos, omnes gentes possessurum erat, putaretur[6], a Domino labi[d] est[e] permissus. Amator enim cum esset mulierum ardentissimus, quas usque ad mille ac pene omnes alienigenas habuisse perhibetur, ab eis usque ad ydolatriae[f] voraginem est tractus. Ex quo accidit, ut, dum ipsi[g] propter merita David patris sui Dominus parceret, de manu filii eius Roboam, imperante Assyriis Triciade[7], scinderet regnum duasque ei tantum[h] tribus, Iudam videlicet[i] et Beniamin, relinqueret. Hinc iam[k] illud nobilissimum[l] *regnum in se ipsum divisum* iuxta veritatis vocem *desola*ri debuit in tantum, ut nullum ex regibus Israel, ex Iuda vero paucissimos cives invenias Ierusalem[8]. Et ut auctoritatis verbis utar, a David usque ad[m] transmigrationem Babylonis[9] *preter Ezechiam et Iosiam omnes pecca*verunt, nec tamen omnes alii reprobi fuerunt. Proinde utriusque regni peccatis exigentibus, primo Israel, postremo in captivitatem ductus est et Iuda[n]. Habuit tamen utrumque regnum, qui peccantis[o] populi ac prevaricatorum regum[p] excessus[q] reprehenderent, regni Christi cives. Inter quos in

3. Reg. 11, 1 sqq. et Aug. XVII, 8. 21.

Matth. 12, 25. et Luc. 11, 17.

Eccli. 49, 5.

Aug. XVII, 22. 23.

a) civ. auctor *C.* b) est cond. Alba *B* 1. c) David prom. *C.* d) -i *e corr. A* 1. e) est *om. A* 1. f) idololatriae *Cusp.* g) ipse *corr.* ipsi *A* 1—3; ipsi *supra lin. suppl. A* 4. h) tamen *A* 1. 2. i) videl. *om. B* 1; scilicet *C* 3. 4. k) etiam *A. B* 2. l) nobil. *om. B* 1. m) ad *om. C* 3. n) Iudas *B* 1. o) peccantes *B* 1. p) regnum *mut.* renum *B* 2. q) excelsus *A* 3. *B* 2.

1) *Ad haec et ea quae sequuntur cf. Frut. p.* 45. *et Aug. De civ. Dei XVIII,* 20. *XVII,* 20. 7. 2) filius caelestis Hierusalem *Aug. De civ. Dei XVII,* 20. 3) *Cf.* 2. *Reg.* 7, 12. 4) *Iord. Rom.* 43; *Frut. p.* 45, 60. 5) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 20. 6) *Hanc promissionem in Salomone non fuisse completam Aug. De civ. Dei XVII,* 8. *multis exponit.* 7) *Ita Iord. Rom.* 45, *ubi pro nomine regis forma paulo rectior* Pritiades *usurpatur.* 8) *Cf. Aug. De civ. Dei XVII,* 23, *ubi tamen de Iuda regibus nonnulli tantum reprobi dicuntur.* 9) *Verba* a David usque ad transmigrationem Babylonis *leguntur Matth.* 1, 17 *sed ad rem longe aliam relata.*

Aug. *XVII,* 22. 23. regno Israel Helyas et Helyseus floruere, qui eximiis vitae meritis caelum claudere ac rursum aperire, mortuos suscitare, regibus imperare ac innumera[a] prodigiorum ac[b] signorum miracula facere a Domino meruere. Horum prior igneo curru in aera vivus transvectus[1] adhuc manere creditur superstes[2], alter vero mortuus mortuum suscitasse invenitur[3]. Et ne quis parvam tunc temporis fuisse civitatem Dei arbitretur, audiat de Israel tantum *Rom.* 11, 4. ad Heliam[c] a Domino dictum: *Reliqui mihi VII milia virorum*[4], qui in[d] scriptura frequenter numerus pro infinito poni solet. In Iuda vero Osee, Ysaias aliique *cf. Aug.* *XVIII,* 27. quam plures, quos suo loco ponemus[5], non solum predicaverunt, sed etiam civitati Dei plurimum profutura[e] monimenta librorum reliquerunt. Sed iam[f] ad cives mundi revertamur.

XXX. Alba a Silvio Enea[g] condita[6] reges Latinorum ibidem regni[h] sedem locaverunt. Successit Eneae Silvio[i.7] Latinus, et illi Alba, cui rursum Aegyppus[k], ac deinde Capis[8], postque[l] Tyberinus, a quo Tyberis, quae prius Albula dicebatur[9], nomen accepit. Post Tyberinum filius eius regnavit Agrippa, deinde Aremulus, sicque consequenter Aventinus. *Aug.* *XVIII,* 20. 21. Qui omnes *a primo[m] Silvio Silvii, sicut postmodum a Cesare *p Cesares, sunt dicti[n]. Aventinus autem mortuus et in monte ex nomine suo* Aventino vocato sepultus ab eis colebatur ut deus. Dicunt alii ab[o] adventu avium hunc montem Aventinum

*) ex nomine suo *et* vocato *et* ab eis *om. C, habet Cusp.*

a) -ra *corr.* (*ex* -ros?) *A* 1; innumerorum *A* 2; innumero *A* 4. b) et *A* 2. c) ad Heliam *in marg. suppl. A* 1, *om. A* 3, *post* a Domino *colloc. A* 4. d) num. in script. freq. *B* 1. e) profuerunt profuturaque *B* 1. f) etiam *A* 3. g) Enena *A* 1; Enena *A* 2. h) regni *om. B* 2. i) *ita* (eneę siluio) *B* 1; Silvio *om. A. B* 2; Successit vero Silvio *C.* k) *ita B. C. Frut.;* Aegyptus *A. Hieron.* l) post quem *C* 2. m) Enea *add. C.* n) vocati *A* 2. o) hunc montem ab avium adv. *C* 3. 4.

1) 4. *Reg.* 2, 11. 2) *V. infra VIII,* 5. 3) 4. *Reg.* 13, 21. 4) *Cf. Aug. De civ. Dei XVII,* 22; 3. *Reg.* 19, 18. *idem verbis paululum recedentibus legitur.* 5) *II,* 4. 7. 6) *Albam ab Ascanio conditam Frut. p.* 44, 50. *cum Hieronymo tradit (ita etiam Ann. Hild.); nullum nomen conditoris Aug. De civ. Dei XVIII,* 20. *affert.* 7) *Duos reges Postumum Silvium et Aeneam Silvium distinguit Frut. cum Hieronymo, qui reges sequentes suis locis inserunt. Unum tantum Silvium inter Ascanium (Iulum) et Latinum Ovid. habet, qui in sequentibus Fast. IV,* 41 *sqq. cum Ottone convenit, Metam. XIV,* 610. *longius secedit.* 8) *Inter Capyn et Tiberinum Otto Carpentum (rectius Capetum), quem et Ovid. et secundum Hieronymum Frut. habent, hic omisit, sed in catalogo regum post finem libri VII. posuit.* 9) *Haec proxime ad verba Hieronymi a. Abr.* 1094. *accedunt.*

vocatum[a]·*. Inter hunc et Romulum duo tantum fuisse *Aug.*
reges dicuntur, Procax et Amulius. Cum igitur regnum
Romanorum, ut ita dixerim, parturiretur, regnum illud nobi-
lissimum ac potentissimum Babyloniorum longo diutur-
5 nitatis senio marcescere cepit[1].

XXXI. Anno itaque ab imperio Nini M⁰CC⁰XXX⁰VI⁰, *Oros. I, 19.*
a regno vero patris sui Bely[b] M⁰CCC⁰V⁰[2], a conditione[c] vel
instauratione Babylonis sub Semiramide M⁰CLXIIII⁰[d]·**. 3
novissimus ac corruptissimus apud Assyrios XXXusVIus[4] regnavit
0 Sardanapallus, qui inter scortorum greges colum habitu muliebrie
tractans ab Arbato Medo prefecto suo invenitur. Dumque ab[f]
eodem regnum adversus eum concitatur, ipse ardenti

*) *C. Cusp. et manu saec. XIII. in marg. infer. B* 1 (= *C* 5)
add.: Roma enim constructa a duobus fratribus,
5 scilicet Romulo et Remo, hystoria Romana testante,
de impositione vocabuli civitatis inter eosdem fratres
lis oriebatur. Et quia neuter eorum[g] alteri cedere
voluit, ut lis illa per sortem vel per[h] augurium
terminaretur, utrique complacuit[i]. Romulus ergo,
0 quia senior[k], prior egressus[l] est et in Aventino
monte septem vultures conspexit; Remus autem post
eum egrediens[m] XII in eodem monte vidit[5]. Et
quia exhinc apud posteros inolevit usus querendi
augurium in eodem monte, Aventinus dictus est ab
5 adventu avium. Vel Aventinus[n] dicitur quasi even-
tinus[o] ab eventu futurorum, qui similiter inibi in
volatu avium querebatur.

**) a conditione *(l. 7)* — M⁰CLXIIII⁰ *om. C, habet Cusp.*

a) uocāt *A* 1; uocant *A* 2; dictum *A* 4. b) *ita B.* c) autem *add. B* 1.
0 d) M⁰C⁰XL⁰IIII⁰ *A, qui numerus inde a morte Semiramidis computatus videri potest.*
e) mulieribus *A* 3. f) in eodem *alio atram. expunctum et alia manu superscr.* Medorum *C* 3. g) eorum *om. C* 2. 5. h) per *om. C* 5. i) placuit *C* 5. k) fuit *add. C* 5.
l) est egressus *Cusp.* m) egressus *C* 5. n) Adventinus *C* 2. 5. o) eventivus *C* 2.

1) *Cf. etiam Oros. II,* 2, 9. 10. 2) *Hunc numerum ex Aug.*
5 *De civ. Dei XVIII,* 21. *Otto assumpsit, quamquam cum ipsius verbis supra I,* 6 *in. non convenit.* 3) *Cf. supra I,* 8, *ubi Semiramis Babyloniam* medio imperii sui tempore *instaurasse dicitur. Secundum Orosium II,* 2, *qui* 64 *annos a primo Nini anno usque ad instaurationem Babylonis computat, hic* 1172. *annus ponendus erat.* 4) *Eundem*
0 *numerum Hieronymus habet, cum quo Iordanes convenit;* 37. *Sardanapallum numerat Frutolfus a Belo, non a Nino computationem incipiens. Quod idem Otto cum faciat, tamen postea Belocho inter Amyntem et Belleparem omisso in numero regum magis ad duos priores accedit.* 5) *Cf. Iord. Rom.* 89, *Frut. p.* 50, 30, *sed cum neutro additamentum nostrum*
5 *ita convenit, ut ex eo haustum putari possit. Historia miscella nihil simile habet.*

Oros. I, 19. pirae se[a] iniecit, et sic fortissimum illud ac[b] florentissimum ad Medos derivatur[c·1] imperium[d].

XXXII. Exaggerare hoc loco mutabilium rerum miserias non est necesse[2]. Ecce enim potentissimum istud[e] regnum, quamvis nondum penitus destructum, mutatione tamen sui omnimodis sibi minatur interitum. Quid ergo dicemus, qui rebus transitoriis inherere cogitamus, dum eas mutari, mutatas labi, postremo omnino deleri[f] videmus? Quod quidem in Babylonia Deo adiuvante ostendemus impletum et in universo mundo procul dubio ex multis scripturae locis evidentissimisque indiciis expectamus implendum.

Oros. II, 2. Mansit autem ex hoc regnum Babyloniorum propter antiquam urbis dignitatem solo nomine ibi, re apud Chaldeos, auctoritate penes Medos. Habuerunt enim reges exhinc Chaldeorum viribus fortes, sed non tam claros[g], ut in catalogo[h] ponantur priorum. Unde probatur Nabuchodonosor aliosque[i] a Sardanapallo usque ad Cyrum reges de catalogo[h] regum non fuisse illustrium[3]. Ex quo considerari potest, quantae auctoritatis ac[k] potentiae sub prioribus regnum illud constiterit, cum tanti etiam istorum tempore nominis et dignitatis fuerit. Porro Medorum reges, ad quos Babylonici regni auctoritatem derivatam diximus[4], exhinc supputari incipiunt. Post tantam ergo huius maximi regni minorumque regnorum factam mutationem, diminutionem aliasque alternantium temporum calamitates primo volumini terminum demus[5], ut ad eas, quae Medorum, Persarum, Grecorum et maxime Romanorum regnis factae sunt, vicissitudines veniamus.

XXXIII. Et hii sunt reges Assyriorum[6]:

Belus.	Zammeis[m], qui et Ninias, filius Nini et Semiramis[n].
Ninus.	Arius[o].
Semiramis[1].	

a) se *om. A* 1. 3; se *alia manu ante* pirae *supra lin. suppl. A* 2; se *manu coaeva supra lin. suppl. A* 4. b) et *A. C.* c) dirivatur *B* 1. d) regnum *A* 2. e) illud *A* 2. 4. *C* 2. f) labi *B* 1; vid. omn. deleri *A* 2. g) preclaros *A* 2. h) catalago *A* 1. 3. 4. *B* 2. i) aliosque *om. A* 2. k) et *B* 1. l) et *add. C.* m) ammeius *C.* n) Semiramdis, -d- *superscr. A* 1; Semiramidis *A* 2—4. o) Aritis *A* 3; Arrius *corr.* Arius *B* 2.

1) *Cf. Oros. II,* 2, 3: Babylonis regnum . . . in Medos derivatum est. 2) *Cf. Oros. II,* 6, 13, *ubi post Babylonem a Cyro captam et Croesum superatum auctor exclamat:* Exaggerare hoc loco mutabilium rerum instabiles status non opus est. 3) *Cf. infra II,* 1, *p.* 70. 4) *I,* 31 *ex.* 5) *Cf. Oros. I,* 21 *ex.* 6) *Nomina regum Assyriorum ex Hieronymo apud Iordanem et Frutolfum suis locis inveniuntur. Otto quamquam cum Frutolfo et Aug. De civ. Dei XVI,* 17.

Aralius.
Xerses, qui et Baleus[a].
Armamitres.
Belochus.
Baleius[b].
Althadas[c].
Mamirtus[d].
Mathaleus[e].
Sperus[f].
Mammilus[g].
Sparetus[h].
Acchatades[i].
Amintes[k].
Bellepares[l].
Lamprides.
Sophares[m].
Lampares[n].
Paminas[o].
Sosar[p].
Mitreus[q].
Tautanes[r].
Teuteus[s].
Tineus[t] vel Oneus[1].
Derciles[u].
Eupales.
Laostenes.
Piriciades[v].
Offraticus[w].
Ofratenes[x].
Vacrazenes[y].
Thonos Concoleros, qui et[z] Sardanapallus.

[EXPLICIT[a] LIBER PRIMUS].

[INCIPIT[b] PROLOGUS LIBRI SECUNDI.

Superiore[c] libro promisisse me recolo de rerum mutatione ac miseriis scripturum[2]. Quam quidem hystoriam usque ad defectum primae[d] sequentisque inicium, quam Romam dico, Babyloniae Deo opitulante utcumque

a) Beleus *A*. b) Baletus *C* (-t- *expunctum C* 3); Baleus *Hieron., Iord., Frut.* c) *ita B;* Altadas *A;* Alt. *om. C.* d) Mamyrius *A* 4; Mamithus (Maminthus *cod. Amand., Petav.*) *Hieron.;* Mamiuthus *Iord., Frut.; cf. supra p.* 51, *l.* 16. e) Magthaleus *C;* Machaleus *Hieron. (varia lectio* Magchaleus, Magthaleus*), Frut.;* Macthaleus *Iord.* f) Spherus *vel* Sperus *Hieron., Iord.* g) Mammylus *A* 4; Mamilus *B* 2. h) Sparatus *Frut ;* Spar. — Amintes *(l.* 13*) om. C* 4. i) Ascatades *Hieron.;* Astacades *Iord.;* Aschatades *Frut.; cf. supra p.* 52, *l.* 30. k) Amyntas *A* 4. *Iord.;* antnites *C* 2; Amyntes *vel* Amyntas *Hieron.;* Bellothus *add. Cusp.* (Belochus *Hieron., Iord., Frut.*). l) Bellapares *A;* Bellespares *Frut.* m) Sophores *C* 3; Sosares *Hieron., Iord., Frut.* n) Lamperes *Iord., Frut.;* vel Lamprides *add. Cusp.* o) Pammas *C* 2. 3; Pamnias *C* 4; Pamiras *Cusp.;* Pannias *Hieron., Iord., Frut.* p) *ita C;* Sophar *A. B* 1; Sofar *B* 2; Sosar vl Sophar *Cusp.;* Sosarmus *Hieron., Iord., Frut.* q) Mytreus *A* 4; Mitheus vel Mitreus *Cusp.* r) *ita C. Cusp., Hieron., Iord., Frut.* (Th.); Tautas *A. B.* s) Teutenus *C* 2; ceuteus *C* 4; Teuteus vel Tauteus *Cusp.;* Tanteus *vel* Teutaeus *(varia lectio* Tauteus*) Hieron.* t) Tineus *om. A.* u) vel Dercilus *add. Cusp.;* Dercilus *Hieron., Iord., Frut.* v) Pyriciades *A* 1. 4. *Frut.;* Piritiades *Cusp., Hieron.* (*varia lectio* Pertiades); Pritiades *Iord.;* vel Triciades (Terc. *C* 2) *add. C.* w) Ofraticus *A* 4; Ophrateus *Hieron., Iord.;* Offractheus *Frut.* x) Ofratines *A* 2; Offratenes *B* 1; Ofratanes (Offr. *C* 4) *C. Cusp.* (Ophr.), *Hieron., Iord., Frut.* y) Vacrahanes *C* 2; Vacrazanes *C* 3. 4; Acrazapes *Hieron., Iord., Frut.* z) etiam *corr.* et *B* 2; etiam *C* 3. a) *ita A* 4; Expl. l. pr. *om. A* 1—3. *B. C. Cusp.* b) *ita B* 1. *C* 2; Inc. *om. A* 1. 3. 4. *B* 2. *C* 3. 4. *Cusp.;* Inc. prol. l. sec. *om. A* 2; Prologus II. libri *C* 3. 4. c) Sub priore *A* 2. d) primae *om. C* 3.

et XVIII, 21. *initium ex Belo facit, tamen omisso inter Amyntem et Belleparem Belocho in numero magis cum Hieronymo et Iordane convenit, neque vero omnibus locis sibi constans fuit.*

1) vel Oneus, *quod apud Hieron., Iord., Frut. non legitur, ex Augustino Otto addidisse videtur, cf. supra I,* 27. 2) *I,* 5; *cf. Prol. I, p.* 9 *sq.; v. etiam p.* 5, *n.* 5.

complevi. Has enim germanas esse civitates non solum ex hystoriographorum dictis, qui huius illi regnum quasi patri filium, mediis ac brevibus Medorum seu Persarum ac Macedonum regnis, tamquam parvuli filii tutoribus[a], non iure hereditatis, sed successione temporis intervenientibus, successisse tradiderunt[1], sed et ex[b] principis apostolorum epistola, qui a[c] Roma scribens eam Babyloniam vocat: *Salutat vos,* inquiens[d], *ecclesia, quae est in Babylone,* conici potest. Denique dum preteritorum temporum calamitatum reminiscimur, instantis quodammodo pressurae quoquo modo obliviscimur[2]. Modo nempe ubique terrarum et precipue in provincia nostra, quam nuper Welfo[e] nobilis vir hostiliter invasit, agros vastavit, bona ecclesiarum Dei diripuit[3], clamor auditur, et quod maius est, periculum vitae, discrimen animarum timetur. Inter ipsum quippe et Heinricum Noricum ducem, ambos lectos ac ferventis animositatis iuvenes, cum de ducatu sit controversia, quid aliud quam[f] profligatio pauperum, devastatio ecclesiarum, iuxta illud[g·4]:

Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi,

ab utrisque expectari potest? Iudicio ergo Dei ac orationibus ecclesiae id relinquentes nos ceptum opus Deo adiuvante prosequamur[h]. Nemo autem a nobis sententias aut moralitates expectet. Hystoriam enim, in qua civium Babyloniae vicissitudines ac labores civiumque Christi inter eos progressus et profectus[i] texantur, non disputantis more, sed disserentis ordine prosequi intendimus[5]. Nam a maioribus nostris[6] inpugnantibus hanc, quae in nobis est, fidem satis responsum arbitror.

1. *Petr.* 5, 13.

1143.

a) nitoribus *A* 2. b) ex *om. B* 2. *C* 2. c) a *om. B* 2. d) inquid *A* 2; inqui: , *littera sequente erasa C* 4. e) nob. vir Welfo *A*. f) quam *supra lin. suppl. A* 1. 2. g) illud *om. C* 3. h) prosequimur *A* 3. i) progr. profectusque *A* 2.

1) *Eadem fere verba v. infra II,* 13. 27. *Apud Oros. II,* 1, 6, *ubi pro Medis et Persis Carthaginienses ponuntur, sic legimus:* inter Babylonium et Romanum, quasi inter patrem senem ac filium parvum, Africanum ac Macedonicum brevia et media quasi tutor curatorque venerunt potestate temporis, non iure hereditatis admissi. *Cf. Oros. VII,* 2. *et Aug. De civ. Dei XVIII,* 22: civitas Roma velut altera Babylon et velut prioris filia Babylonis. 2) *Paulo aliter Rufinus in Prol. in libros historiarum Eusebii, ed. Schwartz-Mommsen II,* 2, *p.* 951: . . . animus . ., dum notitiam rerum gestarum avidius petit, oblivionem quodammodo malorum quae gererentur acciperet. 3) *Cf. infra VII,* 26. 4) *Horat. Epist. I,* 2, 14. 5) *Cf. Prol. I, p.* 9. 6) *Augustino et Orosio. Ad vocem* maiores *cf. infra VIII,* 13.

INCIPIT[a] LIBER SECUNDUS.

I. Concesso ad Medos Assyriorum regno Arbatus, qui huius translationis auctor fuerat, imperium arripuit ac per XXVIII annos tenuit, regnante in Iudea Ozia, in Israel Sella vel Manae. Arbato successit Sosarmus, regnante in Iuda[b] Achaz[1], in Israel Facee[c]. Huius regni anno XV[o] prima olimpiades, quae quinto exhinc anno, IIII[or] in medio expletis, apud Helidem Greciae urbem agone et ludis exerceri solebat, cepta est nominari. Sosarmus reliquit Madidum[d], regnante in Iuda Achaz[e], in Israel Osee seu[2] Facee secundo. Post quem fuit Cardices, regnante in Iuda Ezechia, in captivitatemque ducto Israel. Post hunc surrexit Dioces, regnante[3] in Iuda Manasse. Post hunc Frahortes XX[ti] II[us] annis imperavit regnumque multis ac crebris bellis cruentavit[f], regnante in Iuda piissimo rege Iosia. Post Dyocles, qui cum esset armis experientissimus, regnum plurimum dilatavit. Cui successit Astyages, qui inhumanus ac crudelis Arpalo cuidam unicum filium occidit patrique epulandum apposuit scelestasque epulas ostensis cum[g] capite manibus patri improperavit. Huius nepos Cyrus Persa mox, ut adolevit, avo bellum indixit[h]. Astyages ergo sceleris sui inmemor Arpalum exercitui preposuit[i]. Qui ipsum dum Cyro traderet exercitum, Astyages rursum in Medos cessit exercitumque[k] congregavit. Quibus denuo congressis dum Persae fugerent, uxoribus seu matribus impudice insultantibus revertuntur victoriaque capto Astyage potiuntur. Cyrus itaque captum avum Hyrcanis prefecit regnumque Medorum finivit, quod per CCLVIII[l] annos mansisse invenitur. Haec iuxta Orosium. Hic est Cyrus, a quo postmodum destructa est Babylonia. Cuius avunculus fuit Darius rex Medorum, qui in Daniele Balthasar percussisse legitur[4]. Unde iuxta alios regnum Medorum non bello obtinuit, sed iure hereditatis post mortem avi sui Astyagis eiusque filii Darii suscepit, sicut in Daniele habes: *Rex Astyages appositus est ad patres suos, et regnavit Cyrus Perses pro eo.* Sed occurrit, quod Darius iste, qui Balthasar percussit, rursum in Daniele non Astyagis, sed Assueri filius vocatur. Potuit vero esse, quod binomius fuerit[m]. Unde Iosephus in libro Antiquitatum X[o]: *Darius,* ait, *Astyagis*

Oros. I, 19. *Iord. Rom.* 49—55. *Oros. II,* 4. *Iord. l. c.* *Oros. I,* 19. *et Frut.* *Frut.* *Dan.* 13, 65. *Ios. Ant. X,* 13.

a) *ita A* 1. 4. *B. C* 2; Inc. *om. A* 3. *C* 3. 4; Inc. liber sec. *om. A* 2. *Cusp.* b) iudea *A* 4, *corr.* iuda *A* 1. 2. c) Phacea *et in marg.* vel Sellum *Cusp.* d) vel Medium *in marg. add. Cusp.* e) Achaz *supra* Ezechia *deletum A* 1, *unde A* 1*a post* Achaz *add.* vel Ezechia, *quod, quamvis continuo deletum, in codicem Scotorum Vindob. vel cod. S. Trudperti deperditos indeque in textum Cuspiniani irrepsit.* f) cruentatum *A* 2 (*corr. alia manu* -vit). 3. g) in *A* 2. h) indixit *om. C* 3, *ubi alia manus in marg. suppl.* movit. i) preposuit *om. C* 3, *ubi alia manu in marg. suppl.* prefecit. k) -que *om. A* 2, *ubi* cessit exercitum congre- *in loco raso.* l) 259 *Frut.; Orosius numerum annorum non habet.* m) fuit *A* 4. *C* 2.

1) Ioatham *Iord. Rom.* 51; *Hieron. et Frut. longius recedunt.* 2) *Cf. Frut. p.* 49. *et* 50, 20. 3) *Frut. p.* 51. 4) *Dan.* 5.

filius[a], *qui Babyloniorum principatum destruxit cum Cyro cognato suo, qui tamen alio* **nomine vocabatur a Grecis.* *p. Medio tempore[1] Chaldei, unde Nabuchodonosor suique successores erant, irruperunt Babylonem ac multis malis civitatem Dei afflixerunt. Qui tamen Medis auctoritatem habentibus de numero, ut supra dictum est[b·2], regum non fuere priorum. Fuerunt autem reges Medorum hii[3]: Arbatus[4], Sosarmus, Madidus, Cardices, Dioces[c], Frahortes, Dyocles[5], Astyages, Darius[6], Cyrus. Exhinc Persarum reges supputantur.

Oros. II, 2, 7. 8.

cf. Oros. II, 2. 3. II. Tempus esse arbitror, ut ad Romanorum regni principia stilum vertamus. Cum enim Babyloniae sub prefecto suo dehonoratae adhuc regnum sub principatu Medorum stetisset incolome usque ad Cyrum, et ab eo prorsus, ut in sequentibus patebit[7], est eversum, iure ipso deficiente, Romani imperii, quod illi tanquam patri filium successisse dixi[8], ortum narraverim. Eo igitur tempore ad Medos cessit, cum Procas in[d] Italia regnavit; eo illud a Cyro penitus subversum fuit, quo a[e] Tarquiniorum[f] iniusta[9] dominatione illud[g] liberatum in propria auctoritate[h] stare cepit.

Oros. II, 2.

Aug. XVIII, 21. et Frut. Procae successit Amulius, cuius frater Numitor, cum filiam Rheam Vestalem ab eo virginem factam stupri ream ex partu cognovisset, geminos, quos pepererat, exponi et in aquam proici iussit. Hi sunt gemini fratres Remus et Romulus, Urbis orbis futurae caput fundatores et auctores[10]. Quos ipsius Urbis scriptores tamquam tocius orbis[i] Marte obtenturae principatum Martis quoque filios autumant[11], in argumentumque, quod a lupa, utpote Martis

Aug. l. c. et Frut.

a) filius *om. C* 3. b) est *om. A* 2. c) Deioces *C* 2. 4; dyodes *C* 3. d) in *bis B* 2. e) antiquorum *pro* a *B* 1. f) quo artaquiniorum *B* 2. g) istud *C*. h) actoritate *B* 2. i) orbis *om. A* 2.

1) *Cf. Frut. p.* 48, 15, *qui Hieronymum exscripsit.* 2) *I,* 32; *cf. infra III,* 2. 3) *Haec series regum proxime ad Iordanem accedit, ubi tamen cum Hieronymo et Frutolfo* Arbaces *pro* Arbatus, Cyaxares *pro* Dyocles *legitur.* 4) *Ita Oros. I,* 19, *quem iam supra I,* 31. *Otto secutus est.* 5) *Ita Oros. l. c.* 6) *Darium omittunt Hieron. et Oros., qui etiam Cyrum aeque ac Frutolfus Medorum regibus non adiungunt, quod apud Iord. Rom.* 57. *Otto invenisse sibi videri potuit.* 7) *II,* 11. 8) *Prol. II, p.* 68 *in.* 9) *Idem addit infra II,* 16. 10) *Cf. Oros. II,* 4, 1: urbs Roma in Italia a Romulo et Remo geminis auctoribus condita est. 11) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 21: quam *(sc. Rheam)* volunt de Marte geminos concepisse; *Iord. Rom.* 87: Romulus fuit Marte, ut ipsorum verbis loquamur, genitus et Rea Silvia.

bestia, lactati ac nutriti contra naturam fuerint, narrant. Qui revera an iuxta eos[a] a lupa, an a meretrice qualibet iuxta alios[1], propter vitae turpitudinem, unde domos[b] earum lupanaria dicimus, sic vocata, nutriti fuerint, nichil mea[c] interest. Hoc tantum affirmo, quod non Martis, sed cuuslibet hominis[2] et secundum quosdam veridicos scriptores sacerdotis[3] filii fuere.

III. Anno ergo ab imperio Nini M°CCC°[4], post eversionem Troiae CCCC°XIIII°, olimpiade VI[a][6], evolutis[d] ab Adam IIII[or] milibus CCCCLXXXIIII[7] annis, regnante in Iuda Achaz[e] vel iuxta Augustinum[9] filio[10] suo piissimo rege Ezechia, in Israel Osee[11] seu Facee secundo[12], geminis auctoribus Remo et Romulo, avo adhuc superstite Numitore[13], maxima illa et famosissima in monte Palatino[14] condita est Roma. Cuius mox regnum tam parricidio, avo fratreque interfectis, Romulus infecit, quam raptu[e] Sabinarum, maritis parentibusque occisis, improbis nuptiis sibi suisque illicite ac[f] crudeliter confederatarum polluit. *Oros. II, 4*[5].

IIII. Circa idem tempus clarissimos, quos supra nominavi[5], Osee et[g] Ysaiam[h] prophetasse prophetiamque scriptam reliquisse constat[16]. Quorum alter non solum dictis, sed et[i] factis meretrice[k] in uxorem accepta[17] vocationem gentium, unde et[l] ait[18]: *Vocabo non plebem meam plebem*[m] *meam*, prenuntiasse cernitur; alter[19] vero de adventu[n] Christi, passione, resurrectione regnoque

a) alios *B* 1. b) domus *A* 3. c) in ea *C* 2, *corr.* mea *A* 1. *B* 2. *C* 3. d) euolutus *B* 2. e) raptu *om. A* 2. f) ac *om. B* 2. g) et *om. A* 3. h) esayam *B* 1. i) et *om. B* 2. k) meretricem *A* 3. *B* 1; meretricis *corr.* -ce *B* 2. l) et *om. A. B* 2. m) pl. meam *secundo loco om. C* 3. n) auentu *B* 2.

1) quamvis non desint qui dicant *Aug. l. c.; ita Iord. Rom.* 51. *et Frut. sentiunt, quorum posterior alteram traditionem a poetis fictam dicit.* 2) *Cf. Aug. l. c., qui tamen De civ. Dei III,* 5. *totam quaestionem in medio reliquit; Iord. Rom.* 51, *quem Frut. p.* 48, 60. *exscripsit.* 3) *Verba Iordanis Rom.* 87. *aut Otto aut quisquam alius ante eum non intellexit codicis fortasse alicuius Valentianensi similis depravata lectione seductus.* 4) *Oros. I,* 4, 1. 5) *Cf. Iord. Rom.* 52; *Frut. p.* 50. 6) *Ita Oros.;* septima *Iord. Rom.* 52. 7) *Hic numerus cum iis, quos supra I,* 3 *ex. et I,* 6 *in. legimus, numeris non convenit; annum ab origine mundi* 4650. *habet Iord. Rom.* 52, *a.* 3211. *Frut. p.* 50, 25. 8) *Iord. Rom.* 52, *Aug. De civ. Dei XVIII,* 22. 9) vel sicut alii conputant *Aug. l. c.* 10) *Iord. Rom.* 53, *quem Frut. p.* 51, 5. *exscripsit.* 11) *Aug. l. c.* 12) *Iord. Rom.* 52; *cf. Frut. p.* 50. 13) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 21 *ex.* 14) *Frut. p.* 50, 25. 15) *I,* 29 *ex.* 16) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 27; *Frut. p.* 51, 5. 17) *Osea* 1, 2. 3. *Ad ea quae sequuntur cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 28. 18) *Paulus ad Rom.* 9, 25, *cum Osea* 1, 9. *longe aliis verbis utatur.* 19) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 29.

eius, quod est ecclesia[1], in hac vita dilatando, post hanc impiorum eternaliter dampnata civitate glorificando atque cum auctore suo Christo in aeternum mansuro tam evidenti, tam luculento ac urbano sermone disseruit, ut non prophetiam, sed evangelii historiam texere videatur[2].

Aug. XVIII, 23. Eo quoque tempore nonnulli Sybillam Erictheam[a] vaticinatam ferunt. Quam ex scripturae suae testimoniis ad civitatem Dei pertinuisse, sicut et Iob et plures alios ex gentibus[3], Augustinus velle videtur[4]. Cuius rei gratia prophetiam eius manifestissimam[5] de incarnatione[b], passione ac secundo Christi[c] adventu idem pater in libro de civitate Dei ponit, quam infra annotavi:

Aug. l. c.

Iudicii signum, tellus sudore madescet[d].
E caelo rex adveniet, per secla futurus,
Scilicet in carne[e] *presens ut iudicet orbem.*
Unde Deum cernent incredulus atque fidelis
Celsum[f] *cum sanctis*[g] *evi iam termino in ipso*
Sic animae cum carne aderunt, quas iudicat ipse,
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis.
Reicient symulacra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis pontumque polumque
Inquirens tetri portas effringet Averni.
Sanctorum sed enim cunctae lux libera carni
Tradetur, sontes aeterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens tunc quisque loquetur[h]
Secreta, atque Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar, et chorus interit astris.
Volvetur caelum, lunaris splendor obibit.
Deiciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime vel altum.
Iam[i] *equantur campis montes, et cerula ponti*
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur[k] *fluminaque igni.*
Sed[l] *tuba tum sonitum tristem demittet ab alto*

a) *ita B* 2; Erittheam *A* 1. 3; Erichtheam *A* 2; Heritheam *A* 4: Ericteam *B* 1. *C* 3. 4; Erecteam *C* 2; Erithream *Cusp.;* Erythraeam *Aug.* b) dni *add. Cusp.* c) adv. Christi *A.* d) *ita B* 1. *Cusp., Aug.;* madescit *A. B* 2. *C.* e) ut carnem *e nonnullis codicibus in Augustini textum recepit Dombart, sed exempli gratia Clm.* 6267 *(Frising. s. IX)* in carne *habet.* f) *sequentes versus* Celsum — amnis *(p.* 73, *l.* 4*) solus exhibet B* 1, *cum ceteri codices iis omissis nihil nisi* et cetera *ponant; versus* Celsum — fluminaque igni *(l.* 34*) alia, ut videtur, manu, sed coaeva in marg. inferiore add. A* 4. g) sancti *B* 1. h) loquatur *A* 4. i) Iam *om. A* 4. k) torrentes *B* 1. l) Et *B* 1; *versus* Sed tuba — amnis *non iam leguntur A* 4, *sed olim addita, nunc erasa videntur.*

1) *Aug. l. c.:* de Christo et ecclesia, hoc est de rege et ea quam condidit civitate. 2) *Hieron. Praef. in l. Isaiae, Migne Patr. Lat. XXVIII, col.* 825 *sq.; cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 29: ita ut a quibusdam evangelista quam propheta potius diceretur. 3) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 47. 4) *De civ. Dei XVIII,* 23: . . . ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad civitatem Dei. 5) quaedam de Christo manifesta conscripsit *Aug. l. c.*

Orbe, gemens facinus miserum variosque labores, *Aug. XVIII, 23.*
Tarthareumque chaos monstrabit terra dehiscens,
Et coram hic Domino reges sistentur ad unum.
Recidet e caelo ignisque et sulphuris amnis.

In quorum versuum capitibus Iesus Christus Theos Sother[1], quod est[a] Iesus Christus[b] filius Dei salvator, in Greco inveniri dicit. Refert etiam Lactantium aliud eius de Christo ponere vaticinium, quod tale est: *In manus infidelium postea veniet. Dabunt autem alapas*[c] *Deo manibus incestis*[d] *et inpurato ore expuent venenatos sputus*[e]. *Dabit vero ad*[f] *verbera simplicem*[g] *sanctumque dorsum et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quo*[h] *verbum vel unde venit, ut inferis loquatur et corona spinea coronetur. Ad sitim acetum et*[i] *ad cibum fel dederunt, inhospitalitatis hanc ministrabant*[k] *Domino mensam. Ipsa enim insipiens tuum deum non *intellexisti ludentem mortalium*[l] *sensibus, sed spinis coronasti et horridum fel miscuisti. Templi vero velum scindetur, et medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis, et morte*[m] *morietur, somno suscepto. Et tunc ab inferis regressus ad lucem veniet primus, resurrectionis principio revocatis ostenso.* Non desunt tamen qui dicant[n] eandem Sybillam Troiani belli tempore vaticinatam fuisse[o].

V. Regnante Romulo post theologos, quos supra nominavi[2], poetas fuisse Thalem Milesium[p] unum de VII sapientibus, quos sophos vocabant, ferunt. Hisdem quoque diebus X tribus a Chaldeis in Samaria debellatae ac in captivitatem ductae sunt, positusque[q] est in Samaria Chaldeorum populus, qui iuxta librum Regum Deum timebat et idola non deserebat. Quare vero Deum timerent[r], causa fuit, quod, dum primo in Samariam venissent, Dominus in eos leones inmiserat. Quod ergo[s] volebant de lege recipiebant et quod nolebant more alienigenarum reprobabant. Hinc in evangelio[3] habes, quod eis Iudei non coutebantur. *Aug. XVIII, 24.* *4. Reg. 17, 24 sqq.*

Circa haec tempora Falaris Siculus tyrannus dum multis ac variis tormentis innocentes afficeret, Perillus quidam faber erarius, volens placere principi aptumque sibi crudelitatis suae munus offerre, taurum aeneum fecit, cui ex latere ianuam composuit, ut, dum cruciandi per eam intromissi ignibus appositis torquerentur, non gemitum hominis, sed mugitum pecudis emittere viderentur. Quod simulacrum *Oros. I, 20.*

a) est *om. A.* b) ☧ *A* 3. c) Deo alapas *C. Aug.* d) scelestis *C* 3. e) sputos *A. B* 2; exp. saliuas venenosas *Cusp.* f) ad *om. C* 3. g) simplicem *alia manu mut.* simplex *C* 3; simplex *Cusp.;* simpliciter *Aug., qui mox* -que *omittit.* h) quod *Aug.* i) et *om. A* 2. k) monstrabunt, *omisso* Domino, *Aug.* l) mortalibus *A (e corr. A* 2*). B* 2. m) morte *om. C* 3. n) dicunt *A.* o) esse *C.* p) milesibus *corr.* milesium *A* 2. q) -que *om. A* 2. r) -rent *in loco raso A* 1; timeret *A* 2. s) vero *A* 3.

1) *Ἰησοῦς Χρειστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτήρ Aug. l. c.* 2) *I,* 24. 3) *Ioh.* 4, 9.

Oros. I, 20. tyrannus gratanter suscepit, ipsumque auctorem[a] in eo positum propria ad inventione punivit.

VI. Romulus contractis undecumque pastorum, predonum ac latronum[1] copiis, quibus etiam asilum construxit, crudeli ortu regnum tocius orbis futurum caput iniciavit[2]. Unde[b] Iuvenalis[3]:

Et tamen[c]*, ut longe repetas longeque revolvas*
Nomen[d]*, ab infami gentem*[e] *deducis asilo.*
Maiorum quisquis[f] *primus fuit ille tuorum,*
Aut pastor[g] *fuit, aut illud quod dicere nolo.*

Ann. Hild. Hic etiam[h] mille iuvenes de[i] plebe electos milites et centum seniores senatores appellavit[4]; et exhinc militaris ordo senatoriaque dignitas exordium sumpsere. Romulo successit Numa, qui cultum, immo sacrilegium plurium deorum[5] in Urbem induxit et Capitolium a fundamentis edificavit[6]. Huius diebus, regnante apud Hebreos impiissimo rege Manasse, a quo Ysaias occisus fertur, Samia Sybilla fuisse dicitur. Successit Numae Tullius[k] Hostilius, qui primus ex Romanis regibus purpura et fascibus usus fuit[l] et Urbem adiecto Celio[m] monte ampliavit. Post quem Ancus Marcus[n] Aventinum montem et Ianiculum Urbi addidit[o] et supra mare[p] XVI[o q] ab Urbe miliario Ostiam condidit.

Aug. XVIII, 24.

Frut.

Aug. XVIII, 25; *cf. ib.* 24. *XVII,* 23.

VII. Regnante deinde Tarquinio[r] Prisco[s], qui Circum aedificavit et numerum senatorum auxit[7], cum Sedechia rege suo a Chaldeis in captivitatem ductus est et Iuda. His diebus plurimi fuere cives regni Christi et precipue prophetae[t], qui populum Dei de malis operibus eorum redarguerent[u] malaque ventura predicerent. Quorum alii cum peccatore populo in captivitatem sunt ducti, alii etiam ab hostibus propriae voluntati ac arbitrio relicti. Prophetavit autem hisdem[v] die-

ib. XVIII, 33; *cf.* 25. 26.

a) auct. *om. A* 2. b) Unde — nolo *(l.* 10*) infra post* exordium sumpsere *(l.* 13*) posita C.* c) inde *A* 3. d) Nomen — tuorum *(l.* 9*) alio atram. in marg. infer. suppl. B* 2. e) gente *C.* f) primus quisquis *A* 2. *Cusp.* g) pasto2ꝗ *B* 2. h) et *A*; etiam *om. C.* i) ex *A* 4. k) Tullus *Cusp.* l) fu'it *A* 2. m) *ita C. Cusp.*; Cecilio *A. B.* n) Martius *Cusp.* o) addit *B* 2. p) mare *om. C* 3. q) VIX. *A* 1—3; decimo *Cusp.* r) .t. *A* 1. 4 *(in quo manu coaeva* Tarquinio *superscr., sed erasum est);* .i. *A* 2; Tullio *A* 3. *B* 2. s) Prisco *om. A.* t) prophecię *corr. manu recentiore* prophetę *B* 2. u) redarguerunt *A;* -runt *corr.* -rent *B* 2. v) his *C* 2. 4.

1) latrones *Frut. p.* 51, 30. 2) *Oros. II,* 4, 2 *sq.; Frut. p.* 50, 30; *cf. Aug. De civ. Dei I,* 34. *V,* 17 *fin.* 3) *Iuv. Sat. VIII,* 272. 4) *Haec ex Ann. Hildesheim. a. mundi* 4468 *(p.* 3*), qui hoc loco non Isidorum, sed Chronicam urbis Romae Chronographo anni* 354. *insertam (MG. Auct. ant. IX, p.* 144*) sive ipsam sive ab alio quodam scriptore expilatam exscripserunt, sumpta sunt; Hieron. a. Abr.* 1289, *Isid. Chron. mai.* 150. *et Orig. IX,* 3, 32 *(= Rab. Maurus, De Univ. XVI,* 3*), Frut. p.* 50, 35. *paulo longius recedunt.* 5) deorum . . falsorum numerositate *Aug. l. c.* 6) Capit. — edificavit *ex Frut. p.* 51, 30. 7) qui — auxit *Frut. p.* 52, 20.

bus[a] scriptumque utile valde ecclesiae Dei opus reliquit[b] vir Dei Hieremias. In quo et prevaricatoris populi peccata captivitatemque[c] relaxandam post LXX annos posuit ac multa de statu ecclesiae et adventu Christi predixit. Fuisse tunc Pictacum Eleneum unum de VII sapientibus ferunt, nam alios quinque, id est Solon Atheniensem, Chilon Lacedemonium[d], Periandrum Corinthum[e], Cleobolum[f] Lidium, Byam Pireneum, eo, quo captivus tenebatur populus, fuisse tempore[g] refert Eusebius. Quorum nullus[h] tamen librorum monimenta, excepto Thale de phisica, et Solon legibus Atheniensibus datis, reliquit[i]. *Aug. XVIII, 25.*

147. *VIII. Post theologos[k] et[l] hos, quos sapientes dixi[1], philosophi surrexere, qui verecundo magis philosophorum, id est amatorum[m] sapientiae[2], quam sapientium appellari maluerunt[n] nomine. Quorum primus Pytagoras ex malleorum ictibus diverse concrepantibus musicae VII discrimina vocum[o] invenit[3] multisque aliis utilis admodum[p] ac clarus extitit. Post quem Socrates[4] omnium philosophorum clarissimos viros[q] *tanto perspicatiores*[r], *quanto*[s] *iuniores*[5], utpote qui ipsos docentes se intellectu transcenderent[t], educavit Platonem[4] et Aristotelem[6]. Quorum alter[u] de potentia, sapientia, bonitate[v] creatoris ac genitura[w] mundi creationeve hominis tam luculenter quam[x] sapienter, tam vicine veritati disputat[y], ut ob hoc a quibusdam ex[z] nostris Hieremiam in Egypto audisse et ab eo de fide nostra imbutus fuisse[a] *Aug. XVIII, 24. 25. 37.*

a) temporibus *A* 2. b) reliquit *om. A* 2. c) captivitateque *B* 2. d) Lacedemonum *C*. e) Corinthium *Cusp.* f) *ita B;* Cleodolum *A* 1. 3, *corr. alio atram.* Cleobolum *A* 4; Eleodolum *A* 2; Eleobolum *C*. g) temp. *om. B* 1. h) tamen nullus *A* 2; nullus tn̄ *signis transposita C* 3. i) rel. *ante* excepto Thale — datis *positum A* 4. k) thelogos *B* 2. l) et *supra lin. suppl. A* 1, *om. B* 1. m) amator *A* 2. n) voluerunt *C* 2; mal. app. *B* 1. o) vocum *om. A* 3. p) admodum *om. A* 2. q) clarissima lumina *C. Cusp.* r) perspicatores *B* 2, *corr.* -tiores *C* 3. s) quanto iun. *om. C* 3. t) transcenderunt *A*. u) prior *B* 1. v) creat. bonit. *A* 2. w) mundi genit. *A* 3. x) tam *C*. y) disputant *corr.* -tat *C* 3; disputāt *C* 4. z) ex nostris *om. versu exeunte C* 2. a) fuisse *om. A* 3; esse videatur et credatur *A* 4.

1) *II,* 5 *in.* 7 *ex.* 2) *Cf. ex. gr. Frut. p.* 34, 3 *sq., qui Hieronymi verbis utitur, vel Aug. De civ. Dei VIII,* 1. 2. 3) *Cf. Isid. Orig. III,* 16, 1; *Boeth. De mus. I,* 10. *Apud neutrum tamen id, quod Otto refert, integrum invenitur.* 4) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 37. 5) *Priscianus in prol. Instit. grammat.* 1, *ed. M. Hertz (Keil, Grammatici Latini II,* 1*).* 6) *Aristotelem* 15 *annos post Socratis necem natum Socratis discipulum facit Vita illa Graeca sub Ammonii nomine vulgata. Cuius versionem Latinam a Valentino Rose nulla iusta causa suadente saeculo demum XIII. attributam (Aristotelis qui ferebantur librorum fragmenta coll. Val. Rose, Lipsiae* 1886, *p.* 442, *sed cf. eiusdem De Aristotelis librorum ordine et auctoritate commentatio, Berolini* 1854, *p.* 248 *sqq.) Ottoni sive ipsi sive eius magistris innotuisse mihi constat.*

credatur[1]. Alter* logicam in sex libros, id est predicamenta, periermenias[a], priora analetica, topica, posteriora analetica, elencos, distinxit[b]. Quorum primus de simplicibus terminis, secundus de propositionibus, tercius de complexione propositionum utili ad sillogizandum iudicium purgans et instruens, quartus de methodis, id est via sillogizandi, quintus de demonstrationis necessitate, sextus de cautela sophisticarum fallaciarum docet, ut ita perfectum philosophum[c] non solum ad cognoscendae veritatis, sed ad vitandae falsitatis scientiam perfecte informet. Denique se[d] artis seu facultatis huius principem ac inventorem dici debere ipsemet[e] in fine gloriatur[f] elencorum hoc modo[2]: *Oportet autem nos*[g] *non latere, quod accidit circa hoc negotium. Nam eorum, quae*[h] *inveniuntur, omnium, quae*[i] *quidem ab aliis sumpta sunt, prius elaborata particulariter augentur ab eis, qui*[k] *accipiunt postea. Quae autem ex principio inveniuntur, parvum in primis augmentum sumere solent, utilius autem plurimum illo*[l]*, quod postea ex his fit augmentum. Maximum enim fortasse principium omnium, ut dicitur, quare et*[m] *difficillimum. Quantum*[n] *enim optimum potestate, tanto parvissi-*

Aristot., Elench. II, 9.

*) *Pro* Alter — Haec de Aristotile *(p. 77, l. 21/22) haec tantum exhibent C et Cusp.:* Alter vero dialetice libros artis vel primus edidisse vel in melius correxisse acutissimeque[o] ac disertissime inde disputasse[p] invenitur, *quae in B 1 partim in loco raso (ubi* Alter *prius scriptum erat), maiore vero ex parte in marg. adscripta eadem manu s. XIII, quae infra VII,* 23. *ex codice classis C interpolata adiecit, et verbis* qui etiam *cum sequentibus* logicam in sex libros *etc. coniuncta sunt.*

a) *ita B* 1; piermen̄ *A* 1—3. *B* 2; piermenia2ꝯ *A* 4. b) destinxit *B* 2. c) philosophię *B* 1; philosophū, -ū *in loco raso B* 2. d) si *A* 2. e) -met *om. B* 1. f) eleuc. glor. *B* 1. g) uos *B* 1. h) qui *B* 2. i) quae *om. A* 4. k) q̊ (= que) *A* 2. l) *ita etiam codices Iacobi de Venetia excepto Vaticano* 2117, *quem Schmidlin perperam secutus est.* m) et *perperam om. Schmidlin cum Vatic.* 2117. n) Quanto *B* 1. o) -que *om. B* 1 *(= C* 5*).* p) dubitasse *Cusp.*

1) *Aug. De civ. Dei VIII,* 11, *cf. De doctr. Christ. II,* 28, 43. 2) *Ottonem Aristotelis Topicis, Analyticis, Elenchis ab Iacobo clerico de Venetia a.* 1128 *(v. addit. ad Rob. de Monte Chron., SS. VI, p.* 489, 65*) translatis usum esse recte fortasse contendit J. Schmidlin, 'Die Philosophie Ottos von Freising, Philosoph. Jahrbuch der Görres-Ges.' XVIII* (1905), *p.* 160 *sqq., qui locos supra insertos e conpluribus codicibus, septem Vaticanis, tribus Monacensibus, divulgavit. Ex cuius varia lectione pauca, quae ad rem faciunt, excerpsimus. Cf. etiam quae infra ad V,* 1. *adnotavimus.*

mum magnitudine difficillimum est videri[a]. *Hoc autem invento facile est addere et augere reliquum.* Item quod sillogismorum necessariam complexionem in materia[b] et forma, propter quod[c] logicum negotium inchoatur, primus tradiderit, ibidem testatur dicens: *De sillogismis autem omnino nichil habuimus prius aliud dicere, quam attricione querentes multum tempus laboremus*[d]. *Si autem videtur*[e] *considerantibus nobis velud ex his, quae a principio essent, habere ars sufficienter supra alia negotia, quae*[f] *ex traditione adaucta*[g] *sunt, reliquum erit omnium vestrum vel eorum, qui audierint, opus, omissis quidem artis indultionem*[h], *inventis autem multas habere grates.* Inde est, quod, quamvis ante ipsum fuerit sillogizatum, non tamen ex necessitate, sed quasi casualiter, id est, non ut semper sic, sed ut quandoque sic, quandoque non sic. Unde est ille Platonis sillogismus, quem Boetius in commento super periermenias[i] ponit[1]: *Sensus, inquit, non contingunt substantiae rationem*[k]. *Quod*[l] *non contingit, nec ipsius veritatis contingit notionem. Sensus igitur veritatis notionem non contingit.* Quem sic stare non posse necessariis[m] rationibus in prioribus analeticis[2] probatur. Haec de Aristotile. Sed Platonem, qui[n]·* prefati Aristotilis non solum apud Socratem condiscipulus[o], sed et[p] post mortem Socratis preceptor[q] fuit[3], longe post Hieremiam fuisse[r]·[4] ex hoc, quod circa tempus captivitatis sophi, id est sapientes[s]·[5], qui philosophos precessere, fuerunt[t]·[6],

Aristot. l. c.

Boeth.

*) qui — preceptor fuit *(l. 24) om. C, habet Cusp. uncis inclusa.*

a) videre *Schmidlin cum Vatic.* 2117. *et nonnullis aliis codicibus.* b) conpl. imat. *B* 1. c) quae *A.* d) *ita B, etiam Vatic.* 2115; laboramus *A (mut. ex* laboremus *A* 1*);* elaboremus *Vatic.* 2113; laboraremus *Clm.* 370; elaboraremus *Vatic.* 2068. *et Clm.* 16123; laboravimus *Clm.* 14598; elaboravimus *Schmidlin cum Vatic.* 2117 *(et fortasse Vatic. Urbin.* 1312. *et* 1318*);* ἐπονοῦμεν *Aristoteles.* e) *ita etiam Iac. de Ven., excepto Vatic.* 2117, *qui* consid. nobis videtur *habet.* f) *ita etiam Vatic.* 2115, *Urbin.* 1312, *Clm.* 16123, *Clm.* 370, *Clm.* 14598; quam *perperam Wilmans et Schmidlin.* g) *ita etiam Vatic.* 2115, *Urbin.* 1312, *Clm.* 16123, *Clm.* 370, *Clm.* 14598; adiuncta *Schmidlin cum Vatic.* 2117. *et aliis, ut videtur;* adducta *Vatic.* 2068. h) indultinem *B* 2. i) *ita A* 1. *B;* super iermeniâs *A* 2; p *alio atram. ante* iermenias *suppl. A* 3; super peryerm. *A* 4. k) *ita B. Boeth.;* rationem *mut.* notionem *A* 1; notionem *A* 2—4. l) *ante* Quod *Meiser* rationem substantiae *iterum inserendum esse putat.* m) necessarib⁹ *A* 2. n) quem prefati sumus Arist. *A* 2. o) condiscipulis *A* 1—3 *(corr.* -lus *A* 1*).* p) et *om. B* 2. q) p̄ceptoꝛ *B* 2. r) e x t i t i s s e *A. B* 2. s) sapientium *B* 1. t) fuerunt *om. A.*

1) *Boeth. Comm. in peri hermen. ed. sec. IV,* 10 *(ed. Meiser II,* 316*).* 2) *Aristot. Prior. Analyt. I,* 13, *ubi ille Platonis syllogismus non allegatur.* 3) *Ex Vita Aristotelis supra p.* 75, *n.* 6. *allata.* 4) *Ex Aug. De civ. Dei VIII,* 11. 5) σοφοὶ . . . quod est Latine sapientes *Aug. De civ. Dei XVIII,* 24. 6) *Ibid. XVIII,* 25, *cf.* 37.

innuitur. Unde non inconvenienter[a] arbitrati sunt, qui eum cum ceteris philosophis naturali ingenio tanquam[b] per visibilia invisibilia[c] comprehendisse dixerunt[1]. Omnia enim, quae de[d] divina natura humana ratione investigari possunt, invenerunt, exceptis his, in quibus summa salus[e] consistit, quae per gratiam Iesu Christi a mansuetis corde cognoscuntur. Unde Augustinus[2]:
Ioh. 1, 1. *In principio erat verbum*, et omnia quae in profundissimo sermone evangelista prosequitur, usque ad illum locum, ubi de mysterio incarnationis agere incipit, in[f] Platone se invenisse[g] dicit.

*VIIII. Eo, quo in Babylonia captivus populus Dei *p. 1
tenebatur, tempore[3] Romanorum quoque res publica Tarquinii Superbi iniquae dominationis premebatur potentia. Cuius post alia facta crudelia[h] sceleratissimum illud in castissima muliere Lucrecia a filio turpiter perpetratum, a patre nequiter dissimulatum opus deiectionis eius causa fuit iustissima[4]. Cuius castitatis argumentum non parvum fuit, quia[i], dum tyranni violentiam evadere non posset, propriam sibi manum iniecit. Unde pulcre quidam[k. 5]:

Cum[l] foderet ferro[m] castum[n] Lucretia pectus,
Sanguinis et torrens egrederetur[o], ait:
'Procedant[p] testes me non favisse tyranno,
Sanguis apud manes, spiritus ante deos[q]'.

a) convenienter *C* 2. b) tanquam *om. C.* c) invisibia *A* 2. d) de *om. C* 2. e) est et *add. B* 1. f) se in Plat. *B* 1. g) se *add. A* 1. h) erudelia *A* 2 *(ut videtur).* i) que *C.* k) dic *add. A* 3. l) Dum *Gotifr.* m) gladio *Gotifr., cod. Val.* n) tenerum *Gotifr.* o) egereretur *Pithoeus.* p) Testes procedant *cod. Val.* q) Ante virum sanguis, spiritus ante deum *Gotifr.*

1) *Cf. ib. VIII,* 10, *ubi Aug. de Platonicis agens verba Pauli ad Rom.* 1, 20: Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, *exponit.* 2) *Confess. VII,* 9. 3) Eo — tempore *verba sunt Augustini De civ. Dei XVIII,* 25, *sed ibi ad septem sapientes, non ad Tarquinium Superbum relata. De cuius aetate c.* 26. *idem exponit,* quod eo tempore, quo . . . Iudaeorum est resoluta captivitas, Romani quoque a dominatu sint regio liberati. 4) *Cf. Oros. II,* 4. *et Frut. p.* 55, 55. *vel etiam Iord. Rom.* 103—107. 5) *Hos versus Gotifredus Viterb. Speculo regum I,* 670 *sqq. sub Ovidii nomine inseruit, sed apud illum, ubi de Lucretiae facinore agit, Fast. II,* 788 *sqq., non leguntur. Exstant praeterea apud Conradum de Mure in repertorio vocabulorum exquisitorum a.* 1273. *confecto et in codice Valentianensi* 145. *saec. XII. aliisque, qui recentioris aetatis videntur longiusque ab Ottonis textu recedunt cum Gotifredo saepius facientes. Ediderunt Aldus, Fabricius, alii sub Ovidii Nasonis nomine, postremi A. Riese, Anthologia Latina I, fasc.* 2 *(*1870*), p.* 254, *n.* 787, *et E. Bährens, Poetae Latini minores IV (*1882*), p.* 443, *n.* 549, *quorum variam lectionem totam fere neglegentes pauca ex codice Valentian. et Gotifredo in apparatum recepimus.*

X. Pulso regno Tarquinio Romani regium nomen abiurantes consules, qui rei publicae potius consulerent quam imperarent[1], sibi creavere. Anno ergo[a] post Urbem conditam CC°XL°IIII° Brutus ab eis consul[b] constituitur[c] primus. Qui priorum regum malitiam imitatus filios uxorisque fratres interfecit Vitellios. Tradunt tamen alii zelo equitatis eum hoc fecisse, ut* videlicet non rem familiarem, sed publicam diligere videretur[2]. Unde et populum Romanum[d] pro filiis adoptasse dicitur[3]. Tarquinius vero Etruscorum regis Porsennae auxilio Urbem per triennium obsedit, cepissetque aut rursus eam suae ditioni subegisset, nisi predictus rex Mutii manum adurentis patientia vel Deliae[e] virginis Tyberim transnatantis audatia permotus[4] obsidionem[f] solvisset. Mutius enim cum aliis Romanis[g] iuraverat se regem interfecturum, sed dum in castra venisset a militibusque captus votum suum implere non posset, manum sub presentia regis in igne combussit: 'En scias', inquiens, 'quem virum effugeris. Idem CCC[ti] iuravimus'. Delia[h] vero, cum esset una de obsidibus, clam de castris lapsa Tyberim transnatavit. Rex ergo, ut dixi, tam viri patientia quam virginis audatia motus[i] ab Urbe recessit. Haec prima aetas quasi[k] infantia populi Romani fuit[5].

Oros. II, 4. *ib. II, 5.* *Frut.* *Iord. Rom. 121. 122.* *Frut.*

XI. Inter[l] haec Cyrus, quem supra[6] memoravi, dum Tarquinius aut vi[7] aut bello premeret Urbem, orientis imperio late pervagato, Babyloniam utpote caput eius bello petit. Sed dum unus militum[8] aequo ferventior animo Gangen[m] fluvium, quem unum IIII[or] fluminum paradysi mutato nomine dicunt[9], transnatare adtemptasset, impetus eius

Oros. II, 6.

*) ut — adoptasse dicitur *(l. 9) om. C, habet Cusp.*

a) ergo *om. A* 3; igitur *C* 2. *Cusp.* b) consul *om. A* 2. c) primus const. *B* 1. d) *ita B* 2. *Cusp.;* Romano2ꝶ *B* 1; Rom̃ *A* 4; R. *A* 1. 2; Und et pplm rei publice pro fi- *in loco raso alio atram. A* 3. e) *ita A* 4; Delie *B* 1 *(ubi manu s. XIII. superscr.* i. clydie). *C;* Delye *A* 1—3. *B* 2; Cloeliae *Cusp.* f) obsidione *A* 2. g) Romane *B* 2. h) *ita A* 4. *B* 1. *C, manu s. XIII. superscr.* .i. clydia *B* 1; Delya *A* 1—3. *B* 2; Cloelia *Cusp.* i) permotus *A* 2. k) quia *B* 2. l) Inter — regno privavit *(p. 80, l. 27) habet C* 1, *ubi* Inter — memoravi *erasa et pro eis eadem manu* Legitur de Ciro rege Persarum quia *posita sunt.* m) *super* Gangen *superscr.* ł phisou *C* 1.

1) magisque consulere civibus quam imperare discerent *Frut. p.* 56, 1. 2) *Ad haec vide Aug. De civ. Dei V,* 18. *et Iordanis Rom.* 118; *sed vocabula Ottonis sunt.* 3) *Iord. Rom.* 118. 4) *Pauca cum Orosio II,* 5. *magis congruunt.* 5) *Frut. p.* 55, 65. *Eadem habet Iord. Rom.* 108. *et aliis verbis Orosius quoque II,* 4 *fin. Cf. infra II,* 27. 6) *II,* 1. 7) servitio *Oros.* 8) *Ex depravata lectione* equitum *pro* equorum *apud Orosium ortum.* 9) *Cf. Hieron. Lib. Hebr. Quaest. in Gen.* 2, 11, *Migne, Patr. Lat. XXII, col.* 989; *Ios. Ant. Iud. I,* 2 *(= I,* 3, 38. *in Graeco).*

non ferens submersus est. Rex in amnem amore iuvenis ulcisci statuens in CCCC[tas]LX venas derivatum[a] vetularum etiam[b] pedibus transmeabilem fecit. Eo quoque ingenio Eufraten mediam Babyloniam interfluentem ab alveo proprio derivavit, sicque mirabile dictu urbem maximam ac florentissimam cepit M⁰CCCC⁰ post conditionem eius anno[1]. De cuius tam situ quam eversione verba Orosii infra ponere
Oros. II, 6, 6. volui. Ait enim: *Cepit*[c] *urbem, quam vel humano opere extrui*[d] *vel humana virtute destrui posse, utrumque pene in-*
ib. II, 6, 13. *credibile apud mortales erat*[e]. Et infra: *Quicquid*[f] *est opere et manu factum, labi et consumi vetustate Babylon*
ib. II, 6, 8—10. *capta*[g] *confirmat.* De situ quoque eius sic ait: *Haec campi planicie undique conspicua, natura loci latissima*[h], *castrorum facie menibus paribus per quadrum disposita. Murorum eius vix credibilis relatu firmitas et magnitudo, id est latitudine cubitorum L, altitudine quater*[i] *tantum. Ceterum ambitus eius CCCCLXXX stadiis circumvenitur; murus cocto*[2] *latere atque interfuso bitumine compactus; fossa extrinsecus late patens*[k] *vice amnis interfluit. A fronte murorum C portae aereae. Ipsa autem latitudo*[l], *in consummatione pinnarum*[m] *utroque latere habitaculis defensorum eque dispositis, media intercapedine vicenas*[3] *quadrigas capit. Domus intrinsecus quater geminae habitationis, minaci pro-*
Oros. II, 6. et Frut. *ceritate mirabiles.* Cyrus[n] urbe tanta[o] capta Cresum quoque regem[p] Lydiae famosum et magnum, qui ad huius auxilium cum venisset[q], territus aufugerat, prosequitur[r] victumque vita et regno privavit[s·4].

XII. Non multo ante[t] tempore prophetaverant[u] Ezechiel[v], Daniel in terra Babylon[5]. Quorum prior de

a) dirivavit et *B* 1. b) etiam vetul. *B* 1; etiam — derivavit *(l. 5) om. C* 3. c) Cepitque *C cum Orosio.* d) potuisse *add. Cusp. cum Orosio.* e) est apud mort. *B* 1. f) Quicquid — confirmat *(l. 12) in marg. infer. suppl. B* 2, *sed postea* Quicquid ē(?) *et* 9firmat *rursus erasa sunt.* g) capita *B* 2. h) laetissima *Oros.* i) *ita A. B. C. Cusp., Gotifr., Oros.* k) pandens *B* 1. l) latit. *om. A* 4; altitudo et latitudo *B* 1. m) pumarum *A* 3. n) *incipit c.* 12. *C.* o) tante *A* 1. 2, *corr.* tanta *A* 3; tanta *supra lin. suppl. B* 2. p) Lydiae regem *A* 2. q) et *add. C* 4. r) proseq. *radendo et alio atram. mut.* perseq. *C* 3; perseq. *Cusp.* s) regno secundum Orosium donavit *C* 2, *vide n.* 4. t) hoc *add. C;* nos *add., sed erasum B* 2. u) prophetaverunt *A. B* 2. v) et *add. Cusp.*

1) *Oros. VII,* 2, 12: Babyloniae, quae post mille quadringentos et quod excurrit annos ultime a Cyro rege capta est. 2) *Ita cod. Donauesch. Orosii.* 3) sui citas *Oros., sed cod. Bob. s. VIII:* vicenas. 4) captumque et vita et patrimonio donavit *Oros. II,* 6, 12. *et Frut. p.* 55, 40; *fortasse Otto ea, quae apud Ciceronem De fin. III,* 22, 76. *de rogo a Cyro exstructo leguntur, minus recte intellexit.* 5) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 34.

spiritali templo, quae[a] est ecclesia, de visione quoque IIII animalium profundissimam et obscurissimam scripsit prophetiam. Alter vero eximiae sapientiae, unde *et de-*
149. *sideriorum appellatus est vir*[1], luculentissimam de regnorum mutatione prophetico spi*ritu scripsit Apocalipsin. Ambo de temporibus Antichristi resurrectioneque mortuorum, extremo quoque iudicio ac permansuro in aeternum Christi regno multa nobis tam utilia quam spiritalia mystico[b] ac prophetico sensu protulere. Abacuch[c] etiam eo tempore in Iudea, quo isti in Babylone prophetaverunt, scripsisse ex hystoria Danielis[2] cognoscitur[3]. Hic ob hoc, quod populum Dei iniuste[d] oppressum peregrinari ac misere vivere, oppressores vero eius regnare ac[e] prosperari vidit, in tantam etiam contra Dominum prorupit audatiam, ut ipsum aut res humanas negligere aut non equa lance pensare pene dixerit vel potius eius super his patientiam admiratus fuerit, non de gubernatione seu equitate dubitaverit. Propter quod et luctator vocatus est[4]. Canticum quoque pulchrum valde edidit, in quo consideratione incarnationis[f], passionis, secundi adventus Domini reprobationeque Iudaici[g] populi ac vocatione gentium horrore[h] se concussum innuit, [dicens[i]]: *Domine, audivi*[k.*.5]. *Hab.* 3, 2.

XIII. Sed quia Danielem de mutatione regnorum propheticam hystoriam edidisse diximus, aliquid inde subterannotare dignum videtur[l]. Dum ergo somnium regis Babyloniorum exponeret[m]: *Tu es,* inquit[n], o rex, *Dan.* 2,38-40.
caput aureum, quod vidisti. *Post te surget aliud regnum minus te,* post hoc rursum *aliud,* post illud *quartum*, quod quia fortissimum erit, *ferro omnia comminu*enti comparatur[6]. Vide, quomodo propheta regnis IIII nominatis

*) dicens: *Domine, audivi om. C.*

a) quod *A* 4. *B* 1. b) mystica *corr.* -co *A* 1. c) Abacuc *B* 1. *C.* d) iuste *B* 2. e) et *A (supra lin. A* 1*).* f) incarnatione *alio atram. aliaque manu corr.* -nis *A* 2. g) Iudaci *B* 2. h) horroreque *A* 2. i) *ita A* 2. 3. *Cusp., Gotifr.;* dicens *in marg. fortasse alia manu, sed coaeva suppl. A* 1; *om. A* 4. *B.* k) aud *add. A* 2; auditionem tuam (auditum tuum *Cusp.*) et timui *add. A* 1*a. Cusp., Vulg.* l) subt. opere precium duximus *C. Cusp.* m) expeteret *B* 1. n) inquiens *B* 1.

1) *Hieron. ep.* 22, 9. *ad Eustochium.* 2) *Dan.* 14, 32 *sqq.* 3) *Similiter Hieron. Comm. in Abacuc prol.; nihil de temporibus Abdiae, Naum, Abacuc se invenire Aug. De civ. Dei XVIII,* 31. *profitetur.* 4) *Hieron. ep.* 53, 8. *ad Paulinum; cf. Hieron. Comm. in Abacuc prol.* 5) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 32. 6) *Verba prophetae compendio stricta sunt.*

primum quidem[a] propter nobilitatem sui auro, quartum propter potentiam ac Marte pressum orbem, duobus mediis intervenientibus, ferrum nominaverit. Primum et quartum, quae supra memoravi[b], regna sunt potentissima Babyloniorum ac Romanorum, quorum uno cadente in oriente, mediis Persarum et Grecorum intervenientibus[1], alterum, ut sepe iam dixi[2], surrexit in occidente[3].

Oros. II, 1. Quamvis nonnulli[4] Persarum[c] regnum simul[d] sicut Medorum ac Chaldeorum Babylonico annumerantes[e] secundo loco Affricanum inter IIII^or^ mundi[f] principalia regna posuerint[g] regnum, ut sic[h] secundum IIII^or^ mundi cardines[i] mundi quoque IIII^or^ regna[k] constituant, orienti scilicet Babylonicum, austro Affricanum, septentrioni Macedonicum[l], occidenti Romanum tribuentes. Quod autem idem propheta prosequitur et dicit regnum istud, quod ferro comparavit, in pedibus, quae pars, extremitas corporis humani, finem significare solet[m], ex parte ferreum, ex parte fuisse fictile, donec a lapide exciso de monte sine manibus percussum funditus subrueretur, suo loco Deo[n] adiuvante dicemus[5]. Nos enim circa finem eius positi[6] id, quod de ipso predictum est, experimur[o] futurumque in proximo[7] quod restat timendo[p] expectamus.

Dan. 2, 33 sqq. 42.

Oros. II, 7. XIIII. Cyrus post tot triumphos in superbiam elatus[8] Scithiam, cui tunc Thameris regina presidebat, cum exercitu ducentorum milium petit. Cumque Araxim fluvium transisset, castra posuit, ubi callide evocatis Scithis terciam partem exercitus reginae cum filio eius interfecit. Ob quam rem Cyrum in insidias astute vocatum[q] mulier cum toto[r] delevit exercitu adeo, ut nec tantae cladis remansisse feratur nuntius[s].

a) quidem *om. C* 2. b) nominavi *A* 2. c) nonn. pro Persarum regno Affricanum *(l.* 10*), reliquis omissis C.* d) simul *om. A* 3. e) -m'antes *in loco raso A* 1; annuantes *B* 1; annuantes *corr. manu recentiore* annu~antes *B* 2. f) mundi *om. A* 3. g) posuerunt *B* 1. h) *ita C;* ut et sic scdm *Cusp.;* ut sicut sunt IIII *B* 1; ut sic (sic *supra lin.*) scilicet (-cilice- *in loco raso,* -t *supra lin.*) IIII *B* 2; ut sicut IIII *A.* i) mundi card. sic quoque mundi IIII *B* 1. k) regni *A* 2. 3. l) -nic- *e corr. B* 2; Macedonum *B* 1. m) sol'et *B* 1. n) adiuv. Deo *A* 1—3. o) experimus *A* 1. 3. 4, *corr.* -mur *A* 4. p) timendo *om. C. Cusp.* q) vocavit et, *omisso* mulier, *B* 1. r) tuto *fortasse corr.* toto *A* 2. s) unus *B* 1; ut nec unus remansisset, qui alibi nunciaret *Gotifr.*

1) *Cf. supra II, Prol., p.* 68, *l.* 3 *sq.* 2) *I,* 30 *ex.* 32. *II, Prol., p.* 67. *II,* 2. 3) *Oros. II,* 2. *de necessitudine inter regnum Assyriorum vel Babyloniam et regnum Romanum intercedente disputans inter cetera ait:* tunc orientis occidit et ortum est occidentis imperium. *Quam temporis congruentiam praetereundo allegatam etiam apud Aug. De civ. Dei XVIII,* 27. *invenis.* 4) *Id est Orosius.* 5) *Infra VI,* 36. 6) *Cf. supra p.* 7, *l.* 16. 7) *Quam opinionem Otto in epistola ad Reinaldum cancellarium, supra p.* 6, *revocavit.* 8) *Cf. etiam Frut. p.* 55, 40.

Capite quoque eius in utrem humano sanguine plenum misso, *Oros. II, 7.*
sexus sui immemor dixisse fertur: 'Sacia te sanguine, quem
sitisti'. Res miranda ac miseranda, nec fatali eventui, sed
Dei occultis iudiciis tribuenda. Quis haec audiens non
5 stupeat? vel[a] cuius vel[b] saxeum pectus factum tam
mirabile[c] quam miserabile ad amorem Dei contemp-
tumque mundi non[d] emolliat? Ecce enim vir totius
orientis ac ipsius triumphator Babyloniae, quem propter
eximiam virtutem Ysaias longe ante Christum vocaverat, *Is. 45, 1 sqq.*
0 cui iuxta eundem prophetam *Dominus gentes subie*cerat,
*dorsa regum vert*erat[e], *portas ereas* ac[f] *vectes ferreos con-
fr*egerat: hic, inquam, non solum terris, sed[g] et aquis[h]
formidabilis[i], ab infirma fragilisque conditionis muliere
decipitur ac cum tam infiniti exercitus multitudine[k]
5 funditur et deletur. Quid ad haec dicemus, qui mundo
inherere volumus? Ne dicam cernere, palpare etiam,
quam misera sit mortalium conditio, possumus, et ipsis
tamen caducis ac transitoriis tamquam robustis ac per-
manentibus adheremus. Nec duriciae id, sed bonitati
0 ac[l] misericordiae conditoris[m] asscribendum dixerim, qui,
ut ad[n] amorem sui permanentemque in caelo civitatis
mansionem nos vocaret, hanc inesse rebus mortalium
miseriam[o] voluit. Hic est Cyrus, qui, dum a Iudeis
0 allatum[p] sibi[q] Ysaiae vidisset hoc, quod posuimus, testi-
5 monium, captivitatem ex parte, ut Ieronimus ait[1], re-
laxavit, finitis a prima captivitate Iudae sub Iechonia
iuxta supputationem prefati Ieronimi in prophetiam[r]
Ezechielis[2] *XL ann*is, *qui* a *desolatione templi tricesi-
mus erat.*

0 XV. Cyro filius eius Cambises successit, qui religionem, *Oros. II, 8.*
immo sacrilegia Egyptiorum cerimoniasque expiavit. Hunc *Frut.*
quidam secundum Nabuchodonosor dicunt et ea, quae in libro
Iudith leguntur, sub eo facta fuisse, precipue cum Roma-
norum hystoria[3] habeat Tarquinii Superbi temporibus a Iudith
5 castissima Olofernem interfectum, aiuntques[s] primum Cambisis[t]

a) vel *om. C. Cusp.* b) vel *erasum A* 3. c) mir. quam *om. C. Cusp.* d) non *om. C* 2. e) subverterat *A* 2. f) et *A* 2. *B* 1. *Vulg.* g) sed *om., una littera erasa, C* 3. h) in aquis *C* 3. 4. i) formidabitur *corr.* -bilis *A* 1. 2; formidabilis *e corr. B* 2. k) multidine *B* 2. l) et *C* 3. 4; ac mis. *om. A* 4. m) omnipotentis *A.* n) ad *om. B* 2. o) miseriam *om. A (in marg. alio atram. post* voluit *add. A* 2*).* p) illatum *manu recentiore corr.* allatum *B* 2. q) sibi *om. C.* r) prophetiā *radendo mut.* -ia *C* 3. s) dicuntque *C.* t) cābises *A* 3.

1) *Hieron. in Iesai.* 44, 24 *sqq. et* 45, 1 *sqq.; cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 26. 2) *Hieron. in Ezech.* 4, 4—6. 3) *Id est Historia miscella I,* 13, *ab Ottone ipsa non adhibita.*

Frut. regni Tarquinii XVIII^{um} fuisse annum. Unde heę duae[a] castissimae[b] Iudith et Lucretia contemporaneae inveniuntur.

Sed occurrit quaestio, quam solvere non[c] possunt qui hoc tradunt[1], quomodo videlicet haec Cambisi, qui VIII[2] tantum annis regnavit, convenire queant, cum XII^{0} regni anno Nabuchodonosor haec expeditio mota[d] *Iudith* 1, 5. in libro Iudith dicatur, quis etiam sit ille rex Medorum Arfaxat, quem[e] bello superatum a prefato rege idem *ib.* 1, 5 *sq.* liber affirmat. Quibus minime[f] fidem adcommodaremus, *Ios. Ant. XI*, 2. nisi[g] propter Iosephum, qui in libro Antiquitatum XI^{0} malivolum eum vocat, ubi etiam refert eum epistolam contra Hierusalem misisse, in qua eam[h] inimicam regibus et seditiosam contestans, ne amplius edificetur, prohibet. Sed econtra[i] Augustinus in libro de civitate *Aug. XVIII*, 26. Dei ea, *quae in libro Iudith conscripta sunt,* dicit sub Cyro evenisse. Ubi quamvis numerus annorum non repugnet, de* victoriaque Medorum[k], mutato tantum[l] nomine regis eorum, eluceat, verisimilius tamen est[m] ea[n] sub filio suo Cambise[o], qui inimicus illius populi a Iosepho dicitur, provenisse quam sub ipso, qui captivitatem relaxando non solum non[p] immanitatem, sed plurimam etiam populo Dei exhibuit humanitatem. Predictus etiam[q] scrupulus sic solvi potest, quod tres[3] sequentes iuxta Iosephum Magorum anni, quos aliae hystoriae VII tantum[r] mensibus imperasse[s] dicunt[4], ad Cambisem

*) de — eluceat *(l.* 19*) om. C, habet Cusp.*

a) duae *om. B* 2. b) *ea quae sequuntur a* castissimae *usque ad* Epiphanius respondit *(infra IV,* 19*), i. e. quaterniones quintum, sextum, septimum, octavum, nonum, alia s. XII. manu non ex A* 3, *sed ex eius archetypo descripta habet A* 3*. c) etiam *C* 4. d) facta *A* 2. e) quae *A* 3*. f) fidem minime *A* 2. g) n̄ *A* 3*. h) esse *C* 2; eam *om. C* 4. i) et contra *A* 2; et, *omisso* contra, *C.* k) meodorum *B* 2. l) tam̄ (= tamen) *B* 1; nom. tantum *A.* m) est *om. B* 1. n) quae *add. C* 4. o) Camb. *om. C* 3. p) n̄ *supra lin. suppl. A* 1; non *om. C.* q) autem *A.* r) tantum *om. A.* s) imp. *om. B* 1.

1) *Scil. Frut. p.* 56, 60 *sqq.* 2) *Ita Frut. p.* 56, 50. *et Iordanes Rom.* 59, *Hieronymum secuti, cum Ios. Ant. Iud. XI,* 2. *sex tantum annos Cambysis numeret.* 3) *Minime Iosephus tres Magis annos tribuit, Ant. Iud. XI,* 3: Post Magorum vero interitum, qui defuncto Cambyse principatum Persarum anno tenuerunt *etc., et paulo ante c.* 2. *de instauratione templi vetita locutus:* Quae quidem opera per annos novem impedita sunt usque ad secundum annum Darii regis Persarum. *Ecce quam foede Otto erravit, Frutolfum emendare sibi visus. Nempe Iosephus alteri loco continuo subiunxerat:* Nam Cambyses sex annis regnaverat. 4) *Frut. p.* 56, 55: regnaverunt secundum quosdam septem mensibus, iuxta Iosephum vero anno uno.

referantur, et ita circa[a] inicium XII[mi] praefata expeditio sub Iudith facta fuerit. Cambises[b] novam Babyloniam in Egypto dicitur instaurasse[c·1], quae olim ab Argivorum rege Api condita Memphis[2] dicebatur.

XVI. Cambise mortuo, dum Magi regnum eius invaderent, Darius unus ex illis, qui Magorum audatiam compescuit, consensu cunctorum rex creatur. Hos Magos in XI[0] Antiquitatum libro VII dominos nuncupatos[d] et tribus annis[e] regnasse dicit[f] Iosephus[3], Eusebius III[g], mensibus[h] VII[4]. Darius autem, eo quod Deo vero votum privatus fecerat, quatinus ad regnum ipso opitulante promotus[i] populum suum[5] ad natale solum[k] remitteret, captivitatem Iudeorum ad plenum relaxavit templumque instaurari permisit. *Oros. II, 8.*

Tunc quoque Romani Tarquiniorum dominatione iniusta[6] ad plenum sunt liberati[7]. Prophetaverunt novissimi prophetarum[l·8] Aggeus, Zacharias, Malachias[9]. Quorum unus cum de ecclesia[10] dixisset: 'Erit gloria domus huius posterior maior quam prior'[11], Iudei hoc de templo illo

a) inicium circa *A* 2. b) Cambises — Menphis dicebatur *(l. 4) habet C* 1. c) instaurare *C* 3. d) vocatos *B* 1. e) annos *corr.* -is *C* 3. f) Ios. dicit *A*. g) *sic B* 1; tres *A*. *B* 2. *C* 3. 4; tres et *C* 2. h) menses *C*. i) pmot9 *A* 2. k) suum *A* 4. l) proph. *om. A* 3.

1) *Iosephus, Ant. Iud. ex interpret. Rufini II,* 13. *Cf. infra VII,* 3. 2) *Memphim ab Ape (ita!) Argivorum rege conditam commemorat Frut. p.* 38, 25, *Hieronymum secutus, ex quo idem Beda, Chron. mai.* 44, *Auct. ant. XIII, p.* 256, *hausit. Beda etiam l. c.* 153, *p.* 271. *ex Iosepho* Babylonem in Aegypto *a Cambyse aedificatam habet. Neque vero usquam coniunctas has duas traditiones ante Ottonem inveni.* 3) *Ios. Ant. XI,* 3: Post Magorum vero interitum, qui defuncto Cambyse principatum Persarum anno tenuerunt, hi qui septem domini nuncupabantur apud Persas filium Histaspis Darium regem ordinaverunt. *Quod omnino Otto corrupit, nisi forte corrupto eum exemplari usum esse credere mavis; cf. etiam quae modo p.* 84, *n.* 3. *attuli.* 4) *Hieron. Chron. ad a. Abr.* 1496: Ideo secundus annus in Magorum fratrum VII mensibus conputatur. *Ex vocabulo* in *vel male lecto vel corrupto* III (tres) *Ottonis ortum esse videtur. Probatur hoc loco et supra I,* 27. *Ottonem interdum ipsa Hieronymi chronica adhibuisse.* 5) omnia vasa Dei, quae Babyloniae reperirentur *Frut. p.* 57, 20. 6) *Idem supra II,* 2, *p.* 70, *l.* 20. 7) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 26. 8) *Cf. ibid. XVII,* 24; *Frut. p.* 57, 25. 9) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 35 *in.* 10) de novo testamento *Aug. De civ. Dei XVIII,* 45, *cf. praescr. c.* 48. 11) *Agg.* 2, 10: Magna erit gloria domus istius novissimae plus quam primae, *sicque apud Aug. De civ. Dei XVIII,* 45. *haec verba afferuntur. Ottonis textus ex Aug. De civ. Dei XVIII,* 48 *in.:* Haec domus Dei maioris est gloriae, quam fuerat illa prima *etc., vel iis, quae paulo post leguntur:* Maior est itaque gloria domus huius novi testamenti quam domus prioris veteris testamenti, *vel ex inscriptione eiusdem capitis conflatus esse videtur.*

materiali[a] dictum putantes, falsa spe sunt frustrati. Esdras quoque scriba[1], quem unum de nominatis prophetis* quidam esse volunt[2], utilis valde in renovatione librorum legis[3] psalmorumque[b] titulis eisdem fuisse temporibus invenitur.
cf. Aug. XVIII, 36. Denique a tempore illo, id est a Zorobabel et Iesu sacerdote magno[4], usque ad Iohannem** nec[c] prophetas cecinisse[5] nec regnum floruisse[6] et[d] excepto Iesu filio Syrach, qui Salemonis sectans opus librum, quem Sapientiae vocant, scripsit[7], et[e] Machabeis, quorum alii patientia, alii fortitudine pro lege Dei fortiter steterunt[8], paucos invenies, qui dictis vel factis inter probatos cives Hierusalem meruerint computari. Habuerunt[f] tamen et postmodum[g] reges, quos suo loco ponemus[9], sed non[h] tam claros, ut de catalogo meruerint[i] esse priorum.
XVII, 24. *cf. Aug. XVIII, 45.*

Oros. II, 8. Darius primo Babylonios iugum dominationis Persarum excutere volentes[k] repressit, dehinc regi Scytharum Anthyro, eo quod filiam eius sibi in matrimonio copulare nollet[10], bellum indixit DCC[ta]que milia armatorum unius amore mulierculae[11] in periculo posuit. Ubi amissis LXXX milibus contra Athenienses, eo quod Scythis Ionas in auxilium misissent[12], procinctum[l] movit. Athenienses ergo cum X milibus in campis Marothoniis tanto exercituim, qui fusis in Scythia tantum LXXX milibus den DCC[tiso] milibus supereratp, occurrunt interfectisque ex eis, mirabile dictu, CC[tis] *milibus ceteros in fugam vertunt. Post haecq cum bellum rursus instauraret, Darius in via[13] mortuus est, successitque ei filius eius Xerses.

*) id est[r] Malachiam *add. B* 1.
**) baptistam *add. B* 1.

a) materiales, *manu recentiore corr.* -li *B* 2. b) -que *om. A* 3. c) nunc *B* 2. d) et *alio atram. expunctum C* 3. e) et *om. C.* f) Horum *A* 4. g) post ñ *A* 3. h) non *om. A* 3*. i) meruerunt *A* 3*. k) volentibus *B* 1. l) procinctu *A* 2. m) exercitu *C.* n) de *om. C.* o) *ita B;* DCC *A* 1—3. 4. *C* 3 *(e corr.)*. 4; DCC[ta] *A* 3*. CC[tis] *C* 2. p) superant *A* 3; supat *A* 3*. *B* 2. q) hoc *A* 2. *C* 2. r) idē *B* 1.

1) 1. *Esdr.* 7, 6. 2) *Cf. Aug. De civ. Dei XVII,* 24, *sed etiam XVIII,* 36. 3) *Cf. Frut. p.* 58, 1. 4) *Cf. Frut. p.* 55, 35. 5) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 45: nec prophetas ex illo tempore habuit illa gens et multis cladibus afflicta est. 6) *Cf. ibid. XVIII,* 36: Ab hoc tempore apud Iudaeos restituto templo non reges, sed principes fuerunt usque ad Aristobolum, *v. etiam c.* 45. 7) *Cf. Frut. p.* 79, 40; *Ann. Hild. a. mundi* 4977 *(p.* 4*).* 8) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 36. 9) *Infra II,* 47. *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 45. 10) *Pauca magis cum Frut. p.* 57, 25. *conveniunt.* 11) pro unius libidine hominis *Orosius.* 12) *Oros. II,* 8, 7: cur Ionas adversum se auxilio iuvissent, *quae Otto turbavit.* 13) *Oros. II,* 8, 13. *et Frut. p.* 57, 30: in ipso apparatu concidit, *quod Otto non bene intellexit.*

XVII. Anno ab Urbe condita CC°LXX°V°, cum ob stuprum viva defossa fuit Vestalis[a·1] virgo Popilia, patri in regnum succedens Xerses Atheniensibus bellum parat. Tedet hic inextricabilem malorum texere cratem[2], tamen ad ostendendas mortalium miserias[3] summatim ea adtingere volo. *Oros. II, 8. 9.*
Tunc enim Xersi cum innumerabili ac incredibili exercitu, utpote qui ad mille milia armatorum et ad mille ducentas naves rostratas et[b] ad trium milium onerariarum[c] navium fuisse perhibetur, a Leonida Spartanorum rege cum paucissimis, id est quatuor milibus, in artis locis Termophilarum occurritur triduoque pugnatur. Itaque Leonida quarta die, cum hostem undique circumfundi[d] cerneret, dimissis sociis cum suis tantum, qui DC[ti] fuere, memorabili illo animans eos[e] eloquio: 'Prandete, cum inferis cenaturi', tantum audens aggredi[f] exercitum tota nocte una sequentisque partem[g] diei[h] hostes cecidit, adeo ut non eorum ictibus, utpote qui in nullo se defendentes[4] mutuis etiam se cedebant vulneribus, sed[i] propriis lassati laboribus ipsi, qui victores extiterant, non percussi, sed percutientes morerentur[4]. Eo modo Leonida cum suis occubuit. Xerses bis victus navale[k] prelium parat. Sed Atheniensium ac Grecorum non minus astu quam virtute territus, relicto Mardonio[l] exercitu, in[m] scapham apud Abydum[n] conscendens uno tantum comitatus cliente in Persas rediit[o]. Mardonius commisso in Boetia cum Grecis prelio, deletis copiis regiisque[p] opibus refertis[q] castris captis, cum paucis velud nudus de naufragio fugere compellitur. Et mirum dictu[5], Persarum exercitus, qui eadem die sub Monimicale duce[6] in Asia dimicabat, tantum sociorum discrimen ipsa die meridianis horis tanto locorum intervallo audire[r·7] potuit, auditoque desperatione correptus et in fugam versus est[8]. Sicque sub hoc duobusque precedentibus regibus de illius tantum regni visceribus decies novies centena milia tribus bellis rapta invenies. Grecia quoque hanc victoriam[s] cum mortet[t] suorum ac discrimine maximo est adepta. Xerses tot bellis infeliciter gestis suis quoque[u] contemptui habitus ab Artabano[v] prefecto

ib. II, 9. *ib. II, 11, 9.* *ib. II, 9.* *ib. II, 10.* *ib. II, 11.*

a) Pop. Vest. virgo *B* 1. b) et *om. B* 2. c) oneratarum *C* 2. 3; oneratorum *C* 4. d) cern. circumf. *A* 2. e) illos *A* 1. 3. 4; illo *A* 3*; eos *om. A* 2. f) auggredi *corr.* aggr. *A* 1; augusti *A* 2. g) *ita A* 1—3. 3*. *B. C (mut.* -te *C* 3*)*. h) dici *B* 2. i) sed *om. A* 3*. k) rursus *add. C.* l) cum *supra lin. alia fortasse manu add. C* 2. m) in *om. B* 1; apud Ab. in scapham *C.* n) abylum *A* 2. o) redit *B* 1. p) regis *A* 3*. q) castris refertis *B* 1. r) aud. potuit *om. B* 2. s) vict. *om. A* 2. t) more *A* 3*. u) suisque *A. C* 2. v) artano *A* 2.

1) Vestalis *habet Hist. misc. I,* 19, *omittit Orosius.* 2) *Cf. supra I,* 19, *p.* 53, *l.* 29. *et Oros. III,* 2, 9: Contexui indigestae historiae inextricabilem cratem. 3) *Cf. supra p.* 5, *n.* 5. 4) *Orosii narrationem obiter expilando Ottonem confudisse patet.* 5) Mira divini iudicii ordinatio *Orosius.* 6) sub monte Mycale navali praelio *Orosius. Error Ottonis ex depravato exemplari suo natus esse videtur* (mone mycale *pro* monte mycale *ex. gr. Orosii cod. Bob. habet).* 7) sub eodem die . . . nuntiatum *Orosius.* 8) nec bello expeditos nec fugae habiles reddidit *Orosius.*

suo occiditur. Artabano item[a] regno[b] perfuncto[c] successit Xerses[1], et rursum[d] post illum Xerses, et deinde[e] Sogdianus[f], et sic consequenter[g] Darius cognomento Nothus[h.2].

Oros. II, 12. XVIII. Anno post Urbem conditam CC°LX°[i], suspensis parvo intervallo bellis, pestilentia maxima non tam minores quam consulares ac militares viri consumpti sunt in Urbe. Quam pestilentiam prodigium, ita ut caelum arderek videretur, precessisse fertur[l]. Consumpti tunc fuere duo[m] consulares viri, Butius[3] et Servilius. Quae lues superiore IIII° anno Urbem simili modo depopulata[n] est[o]. Hoc malum sequenti anno sequitur aliud. Servi namque contra dominos suos civesque exules duce Herbonio[p] viro Sabino effrenati invadunt incenduntque Capitolium. Quos dum vir[q] fortissimus cohercere vult consul[r] Valerius, morte sua miserabiliter de servis suis triumphavit.

Anno sequenti[4] cum Equis et Volscis male pugnatum est. Nam Minutius[s] consul cum eis pugnans vincitur obsidioneque cum[t] exercitu frigore[5] ac fame laborante cingitur. Quintus ergo Concinnatus[u] ab aratro assumptus ad fasces[6] presso hoste obsidionem solvit, iugumque[4] boum Equis imponens, actis ante se victis rustico[7], ut erat, habitu victor Urbem ingressus est. Iam tunc inter illius, quae totius orbis obtentura foret principatum, Urbis monstra-
1. *Cor.* 1, 27. batur principia, quod *infirma mundi Deus elegit*[v], *ut confundat fortia*[8].

Oros. II, 14. 15. XVIIII. Anno ab Urbe condita CC°CXXX°V° tam in Sicilia quam in Grecia[w] gravia fuere bellorum[x] discrimina, in Sicilia quidem inter Catinenses et Siracusanos, in Grecia vero inter Lacedemonios[9] et Thebanos[10], Spartanos[9], Athenienses, Xerse[11], Dario Notho[12] et Artarxerse[13], de quo post-

a) iterum *B* 2. b) regnum *B* 2. c) perfunctus *corr.* -to *B* 1. d) rursus *B* 1. *C* 2. e) dein *C* 3. 4. f) Sondianus *A* 3*; Sogilianus *C* 2. g) sequenter *B* 1. h) nothis *A* 3. i) CCLXX. *C* 3; 290. *Oros. (sed varia lectio* 260*), Frut.* k) vid. ard. *A* 3. l) fer *A* 2. m) principes *add. A* 2. n) populata *B* 1. o) est *om. C* 3. p) vel Herdonio *in marg. add. Cusp.* q) vir *om. B* 2. r) Val. consul *A.* s) *ita B* 1. *C. Cusp.;* ī muti9 *corr.* minuti9 *B* 2; mituiti9 *delet. et* muti9 *superscr. A* 1; muti9 *A* 2. 3. 3*. 4. t) ac fame frig. cum exerc. *C.* u) *ita A. B. C;* Cincinn. *Cusp.; similiter paulo ante Pithoeus* Quintius *pro* Quintus *induxit.* v) eligit *B* 2. *C* 3; elegit Deus *A;* Deus *om. C* 2. w) boetia *A* 4. x) discr. bell. *C* 3. 4.

1) Artaxerxes Longimanus *recte Frut.* 2) *Ex Frut. p.* 57, 70. 59, 55; *cf. infra II,* 25. 3) *Rectam nominis formam* Aebutius *Orosius et Frut. habent, quam tamen Orosii cod. Bob. Ambros. eodem, quo et Otto, modo depravavit.* 4) *Haec ad Frut. p.* 59. *propius accedunt.* 5) ferro *Oros., Frut.; Ottonis narratio ex Algidi montis nomine non satis intellecto orta esse videtur.* 6) *Id etiam Aug. De civ. Dei V,* 18. *breviter commemorat.* 7) *Cf. Iord. Rom.* 128. 8) *Eundem locum ad Romani imperii conditorem Romulum retulit Oros. VI,* 1, 5. 9) *Nota incuriam Ottonis.* 10) *Cf. Oros. III,* 1. 2. 11) *Id est Artaxerxe I. Longimano, cuius nomen Orosius non tradit.* 12) *Oros. II,* 15, 4: Darius etiam rex Persarum memor paterni avitique in hanc urbem odii *etc.* 13) *Id est II. Mnemone, de quo Oros. III,* 1, *sed nihil eiusmodi, refert.*

modum dicetur[1], Persarum regibus propter Atheniensium odium incitantibus contra eos[a] alias, quas[b] nominavi, urbes[2]. In[c] tantum[d] vero hoc cepit serpere malum, ut nobilissima illa ac famosissima civitas Atheniensium, quae non minus ex suorum sapientia quam virtute floruerat, funditus pene[e], ita ut etiam sedes mutare cogitarent[3], destructa fuerit. Quod Romanae eloquentiae maximus auctor Tullius[4] in libro de Officiis hoc[f] modo testatur[5]:

152. *Athe*nienses, cum Persarum impetum nullo modo[g] possent sustinere statuerentque[h], ut urbe relicta, coniugibus et liberis[i] Troezene[k] depositis naves conscenderent libertatemque Greciae classe defenderent[l], Cyrsilum quendam suadentem, ut in urbe manerent[m] Xersemque reciperent[n], lapidibus obruerunt[o].* Quorum virtutem rursum in extremo discrimine positorum idem commendans: *Themystocles,* inquit, *post victoriam eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione se habere consilium rei publicae salutare, sed id sciri non opus esse; postulavit, ut aliquem populus[p] daret, quicum[q] communicaret. Datus est Aristides. Huic ille[r]: classem Lacedemoniorum, quae[s] subducta esset ad[t] Getheum, clam incendi posse, quo facto frangi Lacedemoniorum vires[u] necesse esset. Quod Aristides cum audisset[v], in concionem magna expectatione venit, dixitque perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt totamque eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide repudiaverunt.* Malis ergo suis sapientissimi omnium edocti Athenienses tandem didicere, sicut res parvae concordia crescunt, sic maximas discordia[w] dilabi[6]. Ex quo apparet sapientissimos quoque interdum[x] plus rerum ex-

Cic. De off. III, 11, 48.

ib. 49.

Oros. II, 17, 17.

a) eas *C.* b) quas *om. A* 3*. c) In *corr. ex* Inde, *ut videtur, B* 2. d) Interim, *omisso* tantum, *A;* Int'm *C* 2. e) ita pene *A* 2. f) test. hoc modo *B* 1. g) imp. non *A* 2. h) statueruntque *B* 1. i) libi9s *A* 3. k) Troelene *B* 1; Troehene *C* 2. 3. l) deferrent *B* 1. m) maner; *A* 2. n) reciperet *A* 1—3. 3*; et *add. A* 4. o) obruerent *A* 1—3. 4; lap. obr. *om. A* 3*. p) populo *C* 3. q) -cum *alio atram.*, -c- *in loco raso A* 2; qui eum *B* 1; qui cum eo *C.* r) *A. B. C sic distinguunt:* Datus est Arist. huic. Ille *etc., quod corr. Urstis.* s) quae *om. C* 3. t) *seq.* galath *expunctum B* 2. u) opes *Cic.* v) audiret *A* 4. w) discordia *om. A. B* 2; discordias *C* 4, *corr.* discordia *C* 2. x) int. *om. C* 2. 4; quoque int. *om. C* 3.

1) *II,* 22. 2) *Narrationem Orosii nimis comprimendo Otto plura depravavit.* 3) *Ad verborum concinnationem cf. infra II,* 21, *p.* 91, *l.* 17 *sq. et II,* 36. 4) *Lucan. Phars. VII, v.* 62. 63: Romani maximus auctor Tullius eloquii, *quos versus laudavit Aug. de civ. Dei XIV,* 18. *et De doctr. christ. IV,* 17, 34. 5) *Ciceronis verba ab Ottone hic perperam afferri vix est quod moneam.* 6) *Cf. Sallust. Iug.* 10, 6: concordia res parvae crescunt, discordia maximae dilabuntur.

perientiis quam doctorum proficere institutis. Quam historiam ab aliis profuse dictam nos brevitatis causa succinximus[1]. Socrates precipuus philosophorum his malis motus veneno se necasse perhibetur[2]. Qui* tamen nulla monimenta librorum dimisisse invenitur[3]. Unde eius[a] tale dictum adhuc vulgo traditur: 'Malo in cordibus hominum quam in pellibus mortuorum[b] animalium scribere'.

Oros. II, 17, 4. Insignia haec tempora tam expugnatione Athenarum quam morte Darii regis Persarum quam exilio Dyonisii Siculi tiranni fuere. *ib. II, 14, 1.* Sicilia enim primo Cyclopum, post tyrannorum usque in presentem diem[4] fuisse nutrix traditur, quorum** priores carnibus hominum, posteriores cruciatibus semper pascebantur[5]. De hoc Dyonisio refert Tullius[6], quod ob nimiam crudelitatem in suos nulli fidus, a nullo quoque boni quippiam[c] fidens, *cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adureret capillum.*

Oros. II, 13. XX. Darius moriens duos reliquit filios, Artarxersen et Cyrum. Qui dum pro regno contenderent, multis utrimque[d] profligatis Artarxerses graviter vulneratus equi velocitate liberatur, Cyrus vero ab exercitu fratris interfectus finem certamini dedit[e]. Itaque Artarxerses victoriam adeptus regnum parricidio firmavit. Hic est Artarxerses, qui et Assuerus, sub quo Hester et Mardochei narratur hystoria, quando omnis populus Israel de mortis periculo liberatus expletis a prima captivitate sua iuxta Ieronimi supputationem[f] in[g] Ezechielis prophetiam[h] CC^{tis}XC^{ta}[7] annis pristinae donatus est libertati.

Hieron. in Ezech. 4, 4—6.

Oros. II, 18 fin. Ea tempestate terrae motu concussa Sicilia Ethnaque exestuante[i] agri villaeque[k] vastatae[l] sunt. Tunc etiam Athlantis

*) Qui tamen — scribere *(l. 8) om. C, habet Cusp.*

**) quorum — pascebantur *(l. 13) om. A, habet Cusp. cum B et C.*

a) ē *A* 3*. b) mort. *om. A* 3*. c) quicquam *B* 1. d) utriūque *B* 2. e) *ita B* 1. *C;* fecit *A. B* 2. f) subputatiōe *A* 2. g) in *om. A* 2. h) *ita A* 4. *C* 2. 4. *Cusp.;* prophetia *A* 1—3. 3*. *B, corr. alio atram.* -tiam *C* 3. i) estuante *A* 2. *C* 3. k) -que *om. C* 4. l) consumpte *A* 4 *(cf. p.* 91, *n.* a*)*.

1) *Cf. Oros. III, Praef.:* aliqua studio brevitatis omitto, *et:* cuncta . . . conpendiosa brevitate succingo. 2) *Oros. II,* 17, 16. *E contra rectum habet Aug. De civ. Dei VIII,* 3. 3) *Socratem libros non composuisse ex. gr. Cicero De orat. III,* 16, 60, *Hieron. Contra Rufin. III,* 40, *August. De consensu evangelist. I,* 7. *tradunt, qui tamen dictum supra allatum non praebent.* 4) *Cf. infra VII,* 23; *loquitur de Rogerio Siciliae rege. W.* 5) *Oros. l. c.:* Sicilia ab initio patria Cyclopum et post eos semper nutrix tyrannorum fuit, saepe etiam captiva servorum. Quorum primi carnibus hominum, medii cruciatibus, postremi mortibus pascebantur. 6) *Cicero De officiis II,* 7, 25. 7) annos trecentos octoginta novem et menses quatuor *Hieron. l. c.;* 390 *Ezech.* 4, 5.

civitas ab arida soluta in insulam redacta est. Atheniensium reliquiae pestilentia miserabiliter consumptae[a] sunt. Vide tempora omni plena miseria. *Oros. II,* 18.

XXI. Anno ab Urbe condita CCC°LX°IIII°[1] Senones Galli duce Brennone contra Romam procinctum[b] movent contemptisque legatis, quos pro adipiscenda pace miserant[2], Glusini oppidi, quae nunc[c] Tuscia[d] dicitur[3], obsidione relicta ad Romanorum perniciem properant. Quibus dum Romanorum consul Fabius occurrisset, cum quanta clade suorum aufugerit[4], testis est Allia[e] fluvius. Nec hic miseriae finis fuit. Urbem enim ingressi Galli tam ipsam incendio flagrare[f] quam senes eius in domibus sedentes et in modum simulacrorum rigentes ruina domus sepelire non timuerunt. Iuvenes[g] etiam, qui mille tantum remanserant[h], in Capitolium fugientes prosecuntur[i], nec ante ab eius inpugnatione cessare voluerunt, donec accepta mille talentorum[5] auri pactione recederent. Quibus malis attriti sedes mutare[k.6] cogitavere Romani. *Oros. II,* 19. *et Iord. Rom.* 131 *sqq.*

XXII. His diebus Artarxerses rex Persarum discedere ab armis et quiescere totam Greciam iubet adiciens violatorem[l] pacis armis petendum. Quod eo facilius facere potuit, quo omnes tot bellorum variis eventibus defatigati* et tedio affecti quietis remedio respirare cupiebant. Lacedemonii[m] enim utpote homines[n] Greci inquietissimi ac cupidissimi et de hoc, quod Athenienses ante bello presserant, in superbiam elati totum bello perturbare temptarant[o] orientem. Quorum Artarxerses rex insolentiam refrenare volens Cononi[p] Atheniensi, qui apud eum exulabat, committens exercitum ipsum[q] contra Lacedemonios cum Persarum co- *Oros. III,* 1.

*p. 153.

*) tedio affecti fuerant, *omissis* defatigati et *ac* quietis — cupiebant *(l.* 23*), C; Cusp. cum A. B facit.*

a) consumpti *A* 2; vastate *A* 4 *(cf. p.* 90, *n.* 1*)*; depopulate *C*. b) exercitum *C*. c) tunc *A* 2. d) vel Dusia *in marg. add. Cusp.* e) Allia *mut.* Alba *B* 2; Alba *C* 2. f) flagrari *A*. g) Iuv. *om. C* 3. h) tant. fuisse dicuntur *C*. i) *ita A. B* (psequuntur *B* 1). *C;* psequuntur *Cusp.* k) cogitaverunt mutare *B* 1. l) pacis viol. *A* 2. m) Recapitulatio *in marg. scribae manu adscr. A* 1 *(ubi marginis maiore parte abscisa solum* pitio *restat).* 3*. *B* 2 *(rubr.).* n) omnes *A* 4; -pote homines *om. A* 2. o) temptabant *A* 3*; temptarunt *C* 2; bello perturbarant or. *A* 3. p) coloni *A* 3*. q) ipsum *om. C*.

1) *Ex Oros. III,* 1, 1. 2) *Scil. Romani.* 3) urbem Clusini, quae nunc Tuscia dicitur *Oros. l. c.* 4) *De exitu Fabii, quem occisum Frutolfus p.* 59, 40. *perperam dicit, neque Orosius nec Iordanes quicquam tradunt. Otto aliumne adhibuerit auctorem an rectum sagaciter coniciendo assecutus sit, pro certo non diffinio.* 5) mille libris auri *Oros. l. c. et Frut.;* mille pondo auro *Iord. Rom.* 137. 6) Hinc illis mutare sedes . . . cogitatum . . . est *Oros. l. c. Eadem elocution Otto supra II,* 19, *p.* 89, *l.* 6. *et simili infra II,* 36. *usus est.*

Oros. III, 1. piis misit. Porro Lacedemonii[a] ab Hercinione[b] Egypti rege petito et accepto auxilio sociorumque undecumque contractis copiis bellum parant Agesilaumque pede claudum* ducem sibi creant. Igitur Conon et Agesilaus, probatae fortitudinis viri, congressi acerrime cum utriusque exercitus sanguine diutissimeque pugnarunt[c] invictique ab alterutrum ambo fatigati discesserunt. Conon rursum Persarum[d] instructis[e] copiis Lacedemoniorum agros villasque[f] populabatur. Et ne multis morer, variis ac[g] plurimis ancipiti victoria utrobique gestis bellis bellorumque[h] discriminibus
ib. III, 2, 13. ad hoc[i] tandem florentissima illa gloriaeque avidissima deducta est Lacedemoniorum civitas, ut tota deleta iuventute
ib. III, 1, 23 sq. vix in ea C invenirentur senes. Conon Athenas reversus cum maximo[k] gaudio suorum, ipse pro desolatione urbis tristis, suscipitur. Itaque Lacedemoniorum predis a[l] Lacedemoniis urbem exinanitam[m] replevit, et quae antea a Persis fuerat concremata, a Persis rursum ipso rogante[n] est reformata. Non
ib. III, 3. multo post elapso tempore Romani, qui a Vulscis, Falisci[o], Equis, Sutrionibus per LXX annos multis malis attriti fuerant, tandem civitatibus eorum captis sub Camillo duce finem inposuere certamini. Prenestinos, qui usque ad portas Urbis[1] sepe venerant[2], Tito Quinto[p] duce iuxta flumen Alen[q] pugna
ib. III, 4. vicerunt. Circa idem tempus[3] pestilentia rursus Roma consumitur, quam[r] sequenti[4] anno ingens prodigium sequitur.
ib. III, 5. Impudens quippe specus terraque dehiscens in medio foro[5] apparuit, vivique hominis diis consultis precipitium expectavit. Satisfecit monstruoso specui M. Curcius miles, qui dum armatus illo se[s] precipitasset[t], morte sua horrendam
ib. III, 4, 5. voraginem clausit. Romae tunc[u] scenici ludi ad placandos
ib. III, 6. deos suadentibus pontificibus sunt instituti. Ea tempestate Galli rursum Romam delere cupientes cum ingenti exercitu ad quartum ab Urbe lapidem consederunt. Quibus Titus Quintius[v] cum Romanorum exercitu[w] occurrens victos fugatosque barbaros in patriam redire compulit.

*) sed manu fortem[6] *add. A. B* 2. *Cusp.*

a) Lacedemoniis *B* 2. b) Hertmione *Cusp., qui in marg. addit* vel Hercinione. c) pugnaverunt *C* 3. 4. d) Pers. *om. A.* e) instructus *B* 2, *corr.* -tis *A* 1. f) villas agrosque *A* 2. g) ⁊ (= et) *B* 1. h) bellorum *A* 3*. i) hanc *A* 1. 3*; hanc *alio atram. corr.* hoc *A* 2; ab hac *A* 4. k) gaudio suorum max. *A* 2. l) ac *A* 3*. m) examinatam *B* 1. n) regnante *B* 2. *C* 3, *corr.* rogante *B* 2. o) facilisque, -que *delet. B* 2. p) V^to^ *A* 1. 3. 3*. *B (superscr. manu recentiore* Quincio *B* 2*)*; V^o^ *A* 2. 4; vero *C* 2. 4; ven. cito u^to^ *C* 3; Quinctio *Oros.* q) *ita A* 2. *B. C, idque Ottonem scripsisse puto, praesertim cum ex Orosii codicibus, qui plerumque habent* Haliam, *variam lectionem* Halim *adnotaverit Zangemeister;* aleti *A* 1. 3. 3*. 4: Alliam *corr. Cusp.* r) quem *B* 2. s) se *om. C* 2. t) p̄citasset *B* 2. u) tunc *om. A* 3*. v) quintus *A* 2. *B* 1. w) exerc. *om. B* 2, *ubi praecedentia* ad quartum — Romanorum *in marg. inferiore suppleta sunt.*

1) usque ad Urbis portas *Frut. p.* 60, 25. 2) pervenerant *pro* sepe venerant *Oros.;* venerunt *Frut.* 3) His temporibus *Frut. p.* 60, 30. 4) Sequenti dehinc anno secutum est *Frut.* 5) in medio Urbis foro terra dissiluit *Frut.* 6) *Dicto* manu fortis *Otto Gest. Frid. I,* 33, *p.* 42. *utitur; cf. Iosue* 1, 14: fortes manu.

Qui rursum instauratis copiis revertentes a Romanis denuo vincuntur. *Oros. III, 6.*

XXIII. Anno ab Urbe condita CCCC°II° legati Cartaginensium, quae urbs tocius Affricae caput longe lateque imperavit[1], Romam veniunt fedusque[a] inter se civitates hee[b] duae firmaverunt. Tunc etiam nox debito longius protracta[c] fuit, et saxea grando veris terram Romae percussit lapidibus. Hisdem diebus Artarxerses, qui et Ochus[2], Sydone, Egypto, Syria[3] regno subiectis plurimos[d] ex Iudeis in Hircania iuxta mare Caspium habitare coegit. Qui iam in multum populum crevisse dicuntur ac inde diebus Antichristi[4] erupturi[e] creduntur[f]. *Oros. III, 7.*

XXIIII. Tempus esse puto, ut ad[g] Grecorum tempora veniamus. Ea ergo tempestate Philippus Amintae filius, Alexandri Magni[5] pater, Macedonum regnum per XX^ti^V^que^ annos tenuit. Hic apud Epimanundam Thebanorum regem[6], strennuissimum ac summae philosophiae virum, nutritus in tantam fortitudinis ac sapientiae virtutem[h] profecit, ut Grecorum civitates, quae dominandi libidine singulae[i] imperare cogitaverant, omnes suo adunaret ac subiceret imperio. Inferioribus enim contra superiores suadens certamina*, omnibus ad invicem callide incitatis[k], omnium ad ultimum efficitur princeps[l] et dominus. Ita florentissimum ac libertate propria usum Greciae corpus libertate privavit Bizantiumque urbem resistentem sibi obsidione cinxit. Haec urbs a[m] Pausania Spartanorum rege condita, a Constantino postmodum gloria opibusque aucta et[n] a nomine[o] suo Constantinopolis dicta, tocius modo[p] orientis caput noscitur. Exhaustis in obsidione copiis pyraticam aggreditur centumque[q] LXX[r] navium spolia rapuit et militibus suis dedit. Obsidione dimissa ad Scithas[s] cum Alexandro filio suo predandi causa properavit. Quibus astu magis quam virtute superatis plurimos ex eis captivavit, auro argentoque non repertis predam tantum pecorum innumerabilem diripuit. Post haec Atheniensibus bellum indicit. Qui *Oros. III, 12.* *ib. III, 13.* p. 154.

*) *B* 2 *manu saec. XV. in marg. add.:* Idem fecit Fridericus III. cesar.

a) -que *om. B* 1. b) hee *A* 4; hec *corr.* hee *B* 2; he *A* 3; he *C* 3. 4. c) protracto *corr.* protracta *A* 1; protracti9 *A* 2. 3*; protractior *A* 4. d) plur. *om. A.* e) eripturi *A* 4. f) credntur *A* 1; credentur *A* 2. 3*. 4. g) ad *om. A* 3*. h) virtutum *A* 3*. i) singulare *A* 1—3. 3*; singulariter *A* 4. k) inv. concitatis *A;* callide concit. *Gotifr.* l) princ. *in marg. suppl. A* 1; dominus et princ. *A* 2. m) Pausania (baus. *C* 3) a *C* 2. 3. n) et *om. C* 2. 4. o) suo nom. *C.* p) caput orientis modo *A* 2. q) -que *om. C* 2. r) et LXX^a^ *B* 1. s) Scytias *C* 3; Scythias *C* 2. 4.

1) *Cf. Oros. VII,* 2, 6; *similia infra II,* 32. 2) *Ita Iord. Rom.* 69 *et Frut.;* Ochus qui et Artaxerxes *Orosius.* 3) Syria *ex Iord. Rom.* 59, *quem Frut. p.* 60, 70. *exscripsit.* 4) quandoque *Oros.* 5) *Ex Frut. p.* 61, 5. 6) obses Thebanis datus per triennium apud Ep. strenuissimum imperatorem et summum philosophum eruditus est *Oros.*

Oros. III, 13. pulsatis per[a] legatos universis Greciae civitatibus Lacedemonios[1] etiam ac Thebanos[2] orant, ut communibus viribus communem omnium hostem[b] propellerent. Sed frustra contra impetum fluminis conantur[c·3]. Nam ab ipso non solum victi, sed et servituti cum aliis Greciae civitatibus mancipati sub* coronaque venditi, captis aliis, profligatis aliis, fuere.

cf. ib. III, 13 *ex.* 14, 1. 2.

Cic. De off. II, 15, 53. Hic etiam *filium*[d] *Alexandrum benivolentiam Macedonum largitione sect*antem *in epistola* redarguit dicens: *Quod*[e] *te malum rationis in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? An tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et prebitorem*[f] *putent*[g]*?* Is quamvis *rebus gestis et gloria a filio superari* videretur, *facilitate* tamen *et humanitate* filio *superior fuisse* perhibetur[h] a Tullio. Unde et ait: *Itaque semper alter magnus, alter sepe turpissimus, ut recte precipere*[i] *videantur qui monent, ut quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius*[4]. Ferunt[k] de ipso,

ib. I, 26, 90.

Oros. III, 14. quod falsorum deorum maximus persecutor fuerit arasque eorum[l] ac templa destruxerit[5]. Dumque a suis sepe[6] requireretur[m], quis sapienti ac viro forti finis[n] potissimum esset eligendus, dixisse fertur: is, qui pacatis sedatisque omnibus erga se bellorum seditionumque[o] motibus, cum precipuae auctoritatis et[p] nominis esset, subito vitam ferro finiret. Quod ipsi contigisse nec** id falsos deos, quos persecutus fuerat, impedire potuisse aiunt. Dum enim Alexandro uxoris suae Olimpiadis fratri filiam suam copularet nuptiasque magnifice celebraret, inter duos Alexandros, generum scilicet[q] et filium, a Pausonior nobili Macedonum iuvene dolos necatur.

*) sub coronaque venditi *om. C, habet Cusp.*

**) nec — potuisse *(l.* 27*) om. C, habet Cusp. uncis inclusa, omissa voce* id.

a) univ. per leg. *C.* b) hostem *(corr. ex* -ium*)* omnium *A* 2. c) conatur *A* 3*. d) Alex. filium *A;* Alex. fil. suum *Cusp.* e) Quae te, malum, inquit, ratio *Cicero.* f) prebit. *om. B* 1. g) sperent fore *Cicero.* h) a Tullio perhib. *C.* i) pcipere *B* 1, *corr.* p̄cipere *C* 2. k) Fertur *A.* l) ac templa eorum *A* 2. m) requiretur *B* 1. n) finis *om. B* 1. o) -que *om. B* 1. p) ac *C.* q) scil. *om. C* 2. r) *ita B. C* 2; pausomo *C* 3; Pausanio *C* 4; Pausano *A;* Pausania *Oros., Frut.* s) nec. dolo *A* 2. 4.

1) *Ita codices Orosii; Iustinus IX,* 3, 5. *recte Thebanos solos nominat.* 2) *Cf. Oros. III,* 14, 1: Philippus cruentissimam victoriam in Thebanos et Lacedaemonios exercuit. 3) nec coneris contra ictum fluvii *Eccli.* 4, 32; *cf. Helmoldi Cron. Slav. I,* 69: alioquin frustra contra impetum fluminis iri; *Otto de S. Blasio c.* 15. *fin.* 4) *Postrema verba Otto iterum exscripsit Gest. Frid. I,* 4. 5) *Cf. Oros. III,* 14, 6: Nec ab iratis dis, quos parvi semper penderat quorumque aras, templa et simulacra subverterat, quin electissimam, ut ipsi videbatur, mortem adipisceretur, potuit inpediri. 6) pridie quam occideretur *Oros.*

XXV. Anno ab Urbe condita CCCC°XX°VI° mortuo Philippo in regnum successit Alexander*. De quo traditur[a·1], quod non Philippi, sed cuiusdam magi Egyptiorum regis Nectanabi filius fuerit. Alexander suscepto regno virtutem animi intra se non ferens terminisque[b] a patre, quamvis viro bellatore ac fortissimo, relictis non contentus[c·2] imperium dilatare cogitat. Itaque compositis ac ordinatis rebus in Grecia, assumptis secum paucis, id est XXX[ta] duobus milibus peditum, VII[3] milibus equitum et quingentis, navibus CLXXX, tam parva manu utrum audatius fuerit, quod totum orientem est aggressus, an mirabilius, quod vincere potuit, incertum habeo. Darium igitur[d] regem Persarum, Arsami filium, qui XIIII[us 4] a Cyro tocius orientis monarchiam tenebat, hac potissimum causa aggredi voluit, quod a patre suo Philippo tributum requisierat[e]. Cui cum Darius, missa prius legatione superba, in qua se regem regum ac consanguineum deorum, Alexandrum vero famulum suum vocat, cum exercitu DC[torum] milium occurrisset, Alexandri[f] non minus arte quam virtute superatur[5]. Darius rursum instaurato exercitu bellum parat. In qua pugna[g] non solum vincitur, sed et mater eius et soror eademque uxor[h] cum parvulis filiis capiuntur[i]. Ob quam rem fractus animo Darius Alexandro pro redimendis captivis mediam partem regni tradere voluit, sed nequaquam valuit[k] obtinere. Alexander Persarum potitus victoria Parmenionem ad invadendam classem eorum cum copiis mittit. Ipse vero cum exercitu in Syriam tendit ibique reges ultro sibi occurrentes ac suae ditioni[l] se subicientes quosdam in gratiam recepit, quosdam mutavit, alios vero[m] perdidit. Tyrum[n] etiam nobilissimam et[o] locupletem, fidutia Kartaginensium sibi resistentem, cepit urbem. Inde Ciliciam, Rodum[p] ac Egyptum peragrans omnes in deditionem accepit. Tunc etiam Alexandriam in Egypto condidit. Inde Hieru-

Oros. III, 16. *ib. III, 16.* *cf. Frut. p. 63 sq.* *Oros. III, 16.* *Ios. Ant. Iud. XI, 8.*

*) Hic est magnus Alexander, a quo cepit et in quo desiit Grecorum monarchia *add. C. Cusp., manu saec. XIII, eadem qua supra p.* 76, *n.* *, *in marg. B* 1 *(= C* 5*).*

a) fertur *C.* b) -que *om. C.* c) contentis *C* 2. 3, *corr. alia manu* -us *C* 3. d) igitur *om. B* 1. e) requisierit *A* 3*. f) Alexandri *alia manu mut.* ab Alexandro *C* 2. 3; ab Alexandro *Gotifr., qui verba Ottonis paulum immutavit.* g) magna *A* 3*. h) uxore *A* 3*. i) captantur *B* 1. k) obt. valuit *B* 1. l) subditioni *A* 3. m) mut. quosdam *A* 2; quosdam vero *A* 4. n) Cirum *A* 2. o) ac *A* 2. p) Rodum *om. A* 3*; Rodam *B* 1.

1) *Frut. p.* 62. 2) *Cf. ea quae Otto supra I,* 6, *p.* 45, *l.* 11 *sq. de Nino et Semiramide ex Orosio disseruit.* 3) IIII *Oros. et Frut.* 4) *Cf. Hieron. in Dan.* 7, 5. 5) non minus arte Alexandri superata quam virtute Macedonum *Oros. III,* 16, 4.

Ios. Ant. Iud. XI, 8. salem[a] veniens a Iudeis cum magno suscipitur honore, templumque[b] ingressus hostias[1] Deo vero obtulit ac summum sacerdotem summa veneratione, iuxta[c] Iosephum, coluit mirantibusque cunctis summi dei, qui sibi orbem subiugaret, eum sacerdotem esse, cuius revelatione ipsum[d] cognosceret, asseruit. Darius rursum spe pacis amissa pugnam inire molitur. Anceps tunc[e] diu victoria stetit, Dario sepe[f] iam victo, nig vincat, mori parato, Alexandro vero ex priori victoria amplius ad pugnam animato. Tandem cedere dum[h] coguntur Persae, Darius mori optans a suis bello eximitur. Sicque[i] Persarum imperii hoc ultimo bello vires cecidisse feruntur, ut post haec nobile[k] illud ac[l] potentissimum regnum patienter iugum servitutis portaret. His tribus bellis quindecies centena milia Persarum cecidisse feruntur.

Oros. III, 17.

Et hii sunt reges[m] Persarum[2]: Cyrus, *Cambises, Magi[n], Darius, Xerses, Artabanus, Artaxerses, qui et Longianus, Xerses, Sogdianus, Darius Nothus, Artaxerses, qui et Mennon vel Assuerus[3], Darii et Parisatidis filius, Artarxerses, qui et Ochus, Arses filius eius, Darius Arsami filius. Qui omnes CC[tis]XX vel amplius[4] annis orienti imperaverunt. Exhinc imperium supputatur Grecorum seu Macedonum.

Oros. III, 17.

Alexander XXXIII diebus predam percensuit Persipolimque urbem, caput Persici[o] regni, victor invadit. Dariump bello* egressum presidioque fugae confidentem[q] ob gratiam Alexandri[5] fraudulenter suir vinctum multisques confossum vulneribus et[t] extremum spiritum trahentem in via relinquunt[u]. Quem Alexander inventum[v] in sepulchrum patrum suorum inferri[w] misericordia motus iussit.

cf. Frut. p. 68.

Fertur[x] etiam hoc memorabile[y] de ipso. Dum enim scire vellet, qui domini sui traditores extiterint[z], sub sacra-

*) bello egressum — fraudulenter *(l. 26) om. C, habet Cusp. uncis inclusa. Voces quoque* -que *et* et *(l. 27) paulo post om. C, habet Cusp.*

a) Ierosolimam *C* 2; Hierosolimam *C* 3. b) -que *om. B* 1. c) coluit iuxta Ios. *A* 2. 4. d) eum *C*. e) tunc *om. B* 1. f) iam sepe *A* 2. g) nisi *B* 1; ī invincat *corr.* ni vincat *C* 2, *qui in marg. habet* ut; uiuincat *corr.* nivincat *C* 3. h) dum *om. A* 2. i) Sic *A*. k) illud nob. *C*. l) regnum ac potent. *A* 3. m) reges *hoc loco om., post* Persarum *alia manu superscr. C* 3. n) Magi *supra lin. suppl. A* 1, *om. A* 2. o) Persi *A* 3*. p) Darius *A* 2. q) considentem *B* 2. r) sui *om. C* 3. s) -que *om. C*. t) et *om. C*. u) relinquient *A* 3*. v) invenit *A* 3*. w) inferri *om. A* 4, *ubi post* iussit *manu paulo recentiore in marg. suppl.* sepelire. x) Ferunt *B* 1. y) mirabile *B* 1. z) extiterint *radendo mut.* -rit *A* 3*.

1) Hostias sane Al. immolavit in Dei templo *Aug. De civ. Dei XVIII*, 45. 2) *Reges sequentes Iordanes et Frutolfus cum Hieronymo suis locis posuerunt.* 3) *V. supra II*, 20. 4) per annos 240 *Frut. p.* 61, 25; per ann. pl. m. CCXXX *Iord. Rom.* 57; 233 *Aug. De civ. Dei XII*, 11. 5) *Cf. Frut. p.* 68, 10.

mento pollicitus est, quod quicumque[a] se interfectorem Darii profiteretur, ipse eum excelsum faceret ac notabilem. Qua[b] spe allecti apparuerunt[c] ac prodiderunt se viri scelerati, quos ille statim in patibulo excelso[d] affigi precepit: sicque, iuxta quod pollicitus erat[e], excelsos eos fecerat[f] in cruce ac omni evo de perfidia sua notabiles.

Inter haec[g] Alexander, Alexandri Magni avunculus, Epyrotarum[1] rex, dum Alexandrum emulari cupit, a Brutis Lucanisque interficitur. Igitur Alexander Magnus post mortem Darii Hyrcanos et Mandros[h] imperio adiecit Amazonumque reginam Alestram procaciter[i] venientem ad se[2] cum muneribus ob suscipiendam prolem excepit[k]. Longum est enumerare gentes ac[l] regna: totum enim orientem a Scithia usque ad finem terrae[3] suae[m] subiugavit potestati[4]. Probat hoc India citerior, quae, quamvis in oceano ultimoque oriente[5] posita orbem claudat hominibusque inpervia solis bestiis ac serpentibus videatur habitabilis[6], Alexandro tamen facta est[n] subdita et penetrabilis. Ibi saxum mirae altitudinis et asperitatis, ubi multi populi confluxerant, Herculi inexpugnabile, ut ipsum etiam[o] virtute supergredi[p] videretur, cepit et expugnavit[7]. Ibi Porum Indorum[q] regem, opulentissimum ac mirae magnitudinis et fortitudinis virum[r], singulari congressu vicit et in signum victoriae regno restituit[8], ipsumque ad videndum[s] terrae ultima loca ducem habuit. De cuius domo aurea, vinea quoque[t] argentea et aurea racemisque[u] ex gemmis preciosis qui scire vult, legat epistolam Alexandri ad Aristotilem philosophum, preceptorem suum[9]. In qua pericula eius, quae passus est, de simulacrisque solis et lunae, quae ei[v] mortem predixerunt[w], et multa, quae tam mirabilia sunt, ut etiam incredibilia videantur, diligens inquisitor rerum[x] inveniet.

Oros. III, 11. *et* 18.

cf. Frut. p. 70 *sqq.*

Alexander tocius orientis potitus victoria[10], dum Romam quoque cum universo occidente sibi subiugare parat[11], ab

Oros. III, 20.

a) est quod cūque *B* 2. b) Qua spe allecti *om. C.* c) ergo *add. C.* d) exc. *om. A* 2. e) est *B* 1. f) fecit *B* 1; fecerat eos *C.* g) haec *om. A* 3. h) vel Mardos *in marg. add. Cusp.*; Mandos *Oros. (sed* Mandros *Clm.* 6380, *olim Fris., et cod. Bern.* 160*).* i) procatiter *A* 1. *B* 1; procac. *om. C.* k) suscepit *B* 1. *Gotifr.* l) et *A* 2. *C.* m) suae *om. A* 3*. *B* 2. n) est *om. C* 2. o) etiam *om. C* 2. p) super egredi *A* 3*. q) regem Ind. *A* 1—3. 3*; Ind. *om. A* 4. r) virum *om. A* 4. s) videnda (-a *e corr. C* 3) ultima terre loca (loca terre *C* 3) *C.* t) vineaque *A* 2. u) racemis *A* 2; racemusque *A* 3. v) eius *B* 2. w) predixerant *A. B* 2. *Cusp.* x) rerum *om. A* 3. 4.

1) *Cf. etiam Frut. p.* 76, 45. 2) *Cf. Frut. p.* 73, 5. 3) *Cf.* 1. *Mach.* 1, 3: usque ad fines terrae. 4) *Cf. Frut. p.* 70, 60. 5) *Oros. III,* 19; *cf. Frut. p.* 71, 3. 6) *Frut. p.* 73, 10. 7) *Oros. III,* 19, *quem Frut. p.* 75, 10. *exscripsit.* 8) *Oros. l. c.; Frut. p.* 69 *sq.* 9) *Cf. Frut. p.* 70, 30. 60. 10) Subacto igitur omni oriente *Frut. p.* 75, 15. 11) *Cf. Oros. III,* 15, 10.

Oros. III, 20. India revertitur in Babylonem. Ubi exterarum gentium ex toto pene orbe ac ultimo occidente, id est ab Hispanis[a], Gallis, Germania[1], Affrica ac ferme omni Italia legati sibi occurrerunt[b], ut inde venisse[c] cerneres legationem, quo vix tam parvo tempore crederes etiam rumorem pervenisse. Et mirum dictu, tantus timor totum invaserat[d] orbem, ut, cum[e] per XII tantum[f] imperasset[g] annos[2], ipso[h] in summo oriente constituto ultimi occidentis populi timore conterriti legatos mitterent pacemque peterent. Alexander ergo in Babylone positus die, tempore ac loco sibi a simulacris solis et lunae in India prefixo[i].[3] ministri insidiis veneno interiit.

O mortalium conditio, o mentes miseras et cecas! Nonne iste est Alexander, qui Persarum nobile ac superbum imperium destruxit et ad Macedonas transtulit? Numquid ipse[k] non est, quem totus orbis[l] tremens[4] etiam non visum expectare non ausus ultro se servituti dedit? Et tamen tantus[m] talisque unius potus poculo, unius ministri insidiis extinguitur, unius morte totus mundus concutitur. Regni Macedonum monarchia, quae ab ipso cepit[n], ipso mortuo cum ipso finitur[5]. Nos vero hoc[o] non adtendimus, qui mundum diligimus, qui ipsi tanquam aeternae rei ac permanenti inherere volumus. Cadimus cum cadente, labimur cum[p] labente, volvimur cum rotante, postremo perimus cum pereunte. Civitas *autem Christi fundata supra firmam petram[6] malis ac tempestatibus mundi non concutitur, immobilisque[q] ac inconcussa[r] manens aeternaliter regnare, aeternaliter coronari meretur.

Oros. III, 23. XXVI. Igitur Alexandro mortuo, qui per XII annos orbem sibi ferro subiugaverat, principes eius coadunatum ab ipso imperii corpus singuli singulas sortiti provincias veluti predam nobilem a magnos[s] sibi leone preparatam menbratim per XIIII[cim] annos avidi discerpsere catuli orientisque imperium diu post haec[t] in sua ditione[u] tenuerunt[v].

a) Hispaniis *A* 2. b) occurrunt *B* 1. c) cern. venisse *A* 3. d) invaserit *A* 3*. e) cum *om. A* 1—3. 3*, *supra lin. suppl. A* 4. f) tantum *om. A.* g) imper. *om. A* 3. h) ipso *om. A.* i) *ita A* 4. *B. C;* prefixa *A* 1—3. 3*. k) non ipse *A* 2. l) mundus *A* 2. m) talis tantusque *A.* n) cepit, ipso *om. A* 3*. o) ipsum *add. A.* p) cum lab. *om. C* 3. q) -que *om. A* 2. r) ī ꝯcussa *A* 3; incussa *C* 2. s) a magno *om. C* 3. t) hoc *B* 1; hcc (-ec *fortasse in loco raso*) *B* 2. u) conditione *A* 2. v) ten. *om. C* 3.

1) *Cf. ex. gr. Walteri Alexandreis X, v.* 5229 *sqq.* 2) *Alexandrum* 12 *annos regnasse ex. gr. apud Oros. III,* 23, *Frut. p.* 62, 1. 75, 55, 1. *Mach.* 1, 8. *legitur.* 3) *Cf. Frut. p.* 74. 4) *Cf. Oros. III,* 23, 6: Alexander . . . trementem sub se orbem ferro pressit. 5) *Cf. infra III,* 2. 6) *Matth.* 7, 25: fundata enim erat super petram; *Matth.* 16, 18: et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

Hinc Ptholomeus Egyptum, Antipater Greciam, Seleucus, a[a] quo Seleucia[1], Antiochi[b] pater[1], Syriam et Babyloniam[c], Cassander Lyciam et Pamphiliam[2], Antigonus maiorem Phrigiam[3] aliique singulas occupavere provincias ac iuxta librum Machabeorum *diademata sibi imposuere*. Dumque[d] provincias et regna dividerent, tantum ad invicem contraxerunt odium, ut ad ultimum omnes[e] mutuis caderent vulneribus. Ut enim liberius[f] debachari[g] possent, matrem Alexandri Olimpiam una cum filio suo Hercule XIIII annos habente Cassander et Antigonus interemerunt. *Frut.* 1. *Mach.* 1,10. *Oros. III,* 23.

Fuerunt aliquanto post tempore fortissimi, quos supra nominavi[h.4], cives Christi Machabei. Quorum alii pro testamento Dei[5], primi antiquae legis martires, ab[i] Antiocho rege martirio consummantur[k], unde et soli ex antiquis patribus ab ecclesia inter martires coluntur[6]. Alii vero, Iudas et fratres eius, viriliter pugnando ac armis patriam defensando[1], post innumerabilem inimicorum stragem ipsi quoque bello[m] ceciderunt[7].

XXVII. Sed iam ad Romanorum imperium stilum vertamus. Nempe, ut sepe iam dixi[8], regnum Romanorum regno Babyloniorum tanquam patri successit filius[9]. Dum ergo[n] in primeva, velut in[o] infantia, maneret conditione[10], duo, quae modo nominavimus, regna, Persarum scilicet[p] et Grecorum[q], quasi tutores[11] et pedagogi[r.12] huius fuerunt. His itaque cadentibus et velut[s] morientibus regnum Romanorum, quod iam ad robustam[13] pervenerat[t] etatem, utpote magisterii iugo[u] excusso libere per se cepit regnare dominiumque suum iure hereditatis recognoscere.

a) pater Ant. a quo Seleucia *B* 1. b) Antiochiam pariter et *Cusp.* c) Babil *A* 1. 3. 3*; Babilonem, -nem *in loco raso B* 2. d) Cumque regna et prov. *A* 2. e) mutuis omnes *C*. f) libertus *A* 3*. g) debachare *A* 2. h) memoravi *A*. *B* 2. i) ab — inter martires *(l.* 15*) om. C* 4. k) coronati *linea rubra perducta delet. et eadem manu superscr.* vel consummantur *A* 1; rege passi *A* 4. l) defendendo *A*. m) in bello *A* 2; bello *om. A* 3. n) enim *A* 2. o) in *om. A* 2, *supra lin. suppl. A* 4. p) videlicet *C;* Grec. scil. et Pers. *A* 4. q) medorum *A* 2. r) pedagi *B* 1. s) velut *om. A* 2. t) etatem perven. *A* 2. u) rego *vel* rvgo *A* 1; regno *A* 2.

1) *Frut. p.* 77, 10. 2) Lyciam et Pamphyliam Nearchus, Cariam Cassander . . . accipit *Oros. III,* 23, *quae Otto corrupit.* 3) *Ex Oros. III,* 23; Asiam *Frut. p.* 75, 55. 4) *II,* 16. 5) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 36; *Ann. Hildesheim. a. mundi* 4994 *(p.* 4*).* 6) *Cf. ex. gr. Aug. Sermo* 300, *Migne, Patrol. Lat. XXXVIII, col.* 1377. 1379; *Martyrol. Hieron. (Acta SS. Bolland. Nov. II,* 1, *p.* [99]*), Bedae, Adonis, Usuardi ad diem* 1. *Aug.* 7) *Cf. Hegesippus I,* 1. 8) *II, Prol. II,* 2. 9) *Oros. II,* 1. 10) *Cf. supra II,* 10 *fin. et ea, quae ibi adnotavimus.* 11) *Oros. II,* 1. 12) *Cf. infra II,* 28, *p.* 100, *l.* 3. 23. 13) *Cf. Oros. II,* 4 *fin.; infra II,* 29, *p.* 100, *l.* 27.

Oros. III, 15. XXVIII. Anno ergo[a] ab Urbe condita CCCC°XX°VI°, eo scilicet quo Philippo successit Alexander[1], quasi[b] adhuc[c] vivente pedagogo Roma admodum est dehonorata[d]. Nam cum Samnites bello pressissent, pluresque ex eis, id est XX milia, cecidissent, Samnites dampno suorum correpti evocatos in angustias[e] locorum Romanos[2] in tantum oppresserunt, ut in potestate haberent, an occiderent, an[f] potius captos in servitutem redigerent. Usque ad id enim tempus occidi poterant, capi[g] non poterant Romani. Turpiter ergo capti ac vestibus armisque nudati, obsides quoque[h] dare coacti, ignominiose domum sunt re-
ib. versi. Et, ut[i] ait Orosius, *hodie Romani aut omnino*[k] *non essent, aut Samnio dominante servirent, si fidem federis, quam sibi servari a subiectis volunt, ipsi subiecti Samnitibus servavissent*[1]. Sequenti anno Romani fedus rumpunt rursumque cum Samnitibus Papirio consule duce bellum instaurant[m]. Quem tantae fuissen[n] virtutis ac strennuitatis ferunt[o], ut eump[p] etiam Alexandro Magno, [si* venisset], opponere cogitassent[q].

ib. III, 21. XXVIIII. Anno ab Urbe condita CCCC°L°, cum Alexandro mortuo regnoque suo a sociis suis in se ipso diviso ac per hoc desolando[r.3] regnum Romanorum iam tamquam pedagogo defuncto in propria auctoritate ac[s] libertate stare cepisset, Quinto Decio[t] Mure[u], Fabio Maximo quater consulibus[4] quatuor fortissimae gentes, Etrusci, Umbri, Samnites, Galli, adversus ipsum conspiraverunt[v]. Romani, utpote qui, ut supra dixi[5], ad robustam etatem venerant[w], consilio arteque usi hostem dividere conantur. Itaque Etruscos et Umbros dum incendio agrorum suorum reverti faciunt, ipsi cum Samnitibus ac Gallis pugnam ineunt gravissimeque[x] utrobivis pugnantes, Decius cum VII milibus legionis suae occubuit, Fabius vero occisis Ly[y] milibus adversariae partis victor extitit. Revertentibus autem de victoria Romanis pestilentia

*) si venisset *A (superscripta A* 1*). C, om. B, sed manu saec. XIII, eadem qua supra p.* 95*, n.* * *et p.* 76*, n.* *, *supra lin. add. B* 1 *(= C* 5*).*

a) ergo *om. C* 2. 4. b) q̃a *B* 2. c) adhuc *om. A* 3. d) dehonestata *A.* e) angustiam *A* 4; angustia *C* 4. f) ac *C* 3. 4. g) capi non pot. *om. A* 3*. h) obsidesque *B* 1. i) ut *om. A* 3*. k) non essent omnino *A. B* 2. l) servassent *A* 2. *B* 1. *Gotifr.* m) instaurunt *B* 1. n) virt. fuisse *A. B* 2. o) fert˜ *B* 2. p) etiam eum *C.* q) voluissent *C.* r) desolato *C.* s) ac lib. *om. A* 2. t) decimo *A* 2. u) muro *mut.* muco *C* 2; mut'o *C* 4. v) conspiravere *B* 2. *C.* w) *ita A* 1. 3. 3*. 4. *B* 2. *C;* pervenerant *A* 2. *B* 1. x) -que *om. A* 2. *C* 3. y) quadraginta *Oros. (sed* XL *corr. ex* L *cod. Vatic. Palat.* 829*).*

1) *Ex Orosio III,* 16, 1, *cf. supra II,* 25 *in.* 2) *Cf. Frut. p.* 76, 50. 3) *Cf. Luc.* 11, 17: Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur. 4) Fabio Maximo V, Decio Mure IIII. consulibus *Oros. l. c., quod Otto non satis intellexit.* 5) *II,* 27.

magna Urbem invasit, sicque[a] in luctum versum est gaudium[1].

57. *XXX. Anno sequenti denuo[b] a Samnitibus vincuntur Romani. Sed Papirius consul contra eos missus victor extitit. Proximo dehinc anno Fabius Gurgis cum eis pugnans vincitur in Urbemque fugatur. Quem cum senatus ob hanc ignominiam submovere a consulatu[c] decerneret[d], pater eius Fabius Maximus ultro se obtulit ac conserto cum hostibus prelio, capto duce eorum Pontio multisque cesis milibus, triumphans bellum Samniticum, quod per LVIIII[e] annos cum multo utriusque urbis[2] sanguine protractum fuerat, utcumque[f] finivit. Rursum tamen redivivum bellum excitare[g] cogitantes[h] cum Lucanis, Brutis, Etruscis, Gallis[i] Samnites contra Romanos conveniunt, ubi cum utriusque partis[3] strage fortissime pugnatum est, Gallis more suo viriliter pugnando crudeliter Romanos cedentibus. *Oros. III, 22.*

Involvi multorum bellorum[k] discrimina rerumque mutationes tam miseras texui quam multiplices. Verum quia transcursis[l·4] Babyloniorum, Medorum, Persarum, Grecorum gestis ad Romanorum tandem[m] hystoriam venimus, ea quae ab ipsis vel fortiter vel aliter gesta sunt, quia a multis large[n] diserteque[o] sunt edita, nos brevitatis causa compendio stringamus[5]. Hoc tantum lectorem notare volo, Romam numquam pene[p] fuisse sine bellis exterius vel sine clandestinis malis seu pestilentiis interius[6]. Unde Orosius atrocitatem pestilentiae, quae quadam vice apud Romam conflagravit, significans, quanta esset: *Census,* inquit, *indictus est, qui non, quantum hominum deperisset, sed quantum superfuisset, inquireret.* Idem paulo post: *Ecce continuatim quae et quanta numeravimus*[q] *accidisse annis*[r] *singulis. Plurimi* anni sunt[s], *inter quos certe raro aut pene*[t] *nullo nichil non*[u] *triste gestum*[v], *et hoc, cum idem scriptores, proposito sibi magis laudandi*[w] *Oros. IV, 5.*

a) sic *A* 1. 2. 4; et sic *A* 3. 3*. b) denuo *om. A* 2. c) acsultu *B* 2. d) decernerent *B* 1. e) quadraginta et novem *Oros. (sed corr. ex* LVIII *cod. Vat. Pal.* 829; XL et VIIII *mut.* L et VIIII *cod. Rehdig.).* f) utc. *om. C.* g) excitate *A* 3*. h) cogitante *A* 2. i) Gallis *om. A* 3*. k) discr. bellorum *A.* l) transcursus *A* 3*. m) *ita Cusp.;* tm̄ *A. C;* tantū *B.* n) large *om. A* 3*. o) directeque *A* 3*; discretęque *A* 4. p) pene *om. A* 2; pene nunquam *A* 1. 3. 3*. 4. *B* 2. q) numeramus *Orosius.* r) sing. annis *A* 2. s) sing. plurima *Oros. (s̄ alia manu supra lin. add. cod. Rehdig.).* t) pene *om. C* 3. u) non *om. C.* v) est *supra lin. add. B* 2. w) laudando *A. B* 2.

1) Nec erat, cui de triumpho gaudium suaderetur *Oros. l. c.; cf. Esther* 13, 17: converte luctum nostrum in gaudium, *cf. Baruch* 4, 34. 2) multa Romanorum clade *Oros. l. c.* 3) *De sola Romanorum strage Orosius loquitur.* 4) *Cf. Iord. Rom.* 11: primum Assyriorum, deinde Medorum Persarumque et Grecorum currentes, ad Romanum quomodo delatum est vel quali tempore, latius . . . exequamur. 5) *Ad verborum concinnationem cf. Oros. III, Praef., inprimis ea, quae supra p.* 90, *n.* 1. *ad II,* 19. *ex Orosio attulimus; cf. infra II,* 32, *p.* 105, *l.* 11. 6) *Cf. Oros. III,* 21. *IV,* 2.

Oros. IV, 5. *negotio, caverent numerositates*[a] *miseriarum, ne eosdem, quibus haec et de quibus scribebantur, offenderent auditoresque suos exemplis preteritorum terrere potius quam instruere viderentur. Porro autem nos in ultimo temporum positi mala*[b] *Romanorum scire non possumus*[c], *nisi per eos qui laudavere Romanos. Ex quo intelligi*[d] *datur, quanta illa fuerint, quae studio propter honorem*[e] *repressa sunt, cum tanta inveniuntur, quae tenuiter inter laudes emanare potuerunt.*

Nondum Samnitico bello ad plenum expleto[f] maximum illud et famosissimum Pyrri sequitur bellum[1], qui ex genere magni[g] Achillis originem ducens Epirotarum regnum tenebat[2]. Occasio autem[h] huius belli Tarentini fuere[3].

ib. IV, 1. XXXI. Anno ab Urbe condita CCCC°LX°IIII° Tarentini classem Romanorum pretereuntem ex spectaculo theatri hostiliter invadentes, quibusdam per fugam lapsis, alios cepere, alios interfecerei. Quod dum Romani prius legatione missa quererentur ac non proficerent, fines eorum cum Emilio duce igne ferroque vastantes hostiliter invadunt. Tarentini[4], utpote ex Lacedemoniis geniti, Pyrrum Epirotarum regem[k.4] legatione pulsant eiusque auxi-
Frut. lium inpetrant. Qui dum[l] ad bellum contra Romanos proficiscitur, consulto mendacissimo ac vanissimo[5] Delfico Apolline dubium ab eo more suo accepit responsum. Ait enim:

Aio te, Eacida[m], *Romanos vincere posse.*

Oros. IV, 1. Igitur Pyrrus Romanique Levino consule, dum non pro temporalis rei[n] commodo, sed pro gloria libertateque tuenda pugnam apud Eracliam Campaniae urbem fluviumque Lirim conserunt, acerrime diutissimeque[o] per L, ut aiunt, dies[6] mori utrobique magis quam cedere optantes dimicavere. Romani tandem maxime elephantum, quos tunc primum viderant, terrore consternati in fugam versi dicuntur. Cesa feruntur ex[7] eis peditum XIIII milia DCCCLXX[p], capti mille X[q]. Ex equitibus vero cesi CCLVI[r], capti DCCCII[s], amissa signa XXII. Quantum etiam detrimentum suorum vincendo[t] acceperit Pyrrus, ipsemet postmodum manifestavit. Dum enim Tarentum revertitur ibique Iovi titulum figit[u], dixisse fertur:

a) numerositatem *A*. b) mala *om. C* 3. c) sumus *A* 3*. d) datur intell. *A*. *B* 2. e) horrorem *Oros*. f) expleno *A* 3*. g) magna *A* 1. 3. 3*; magno *A* 2. 4. h) autem *om. A* 2. i) interficêre *B* 2. k) regem *om. A* 2. l) Quidam *A* 3*. m) Eacide *A*. n) regi *B* 2. o) -que *om. C* 3. p) DCCCLXXX *Oros., Frut.* q) mille trecenti decem *Oros.;* octingenti 20 *Frut.* r) CCXLVI *Oros., Frut.* s) *ita etiam Oros.;* DCCII *A;* 712 *(varia lectio* 812*) Frut.* t) incendio *A;* uincendio, i *expuncto corr.* uincendo *B* 2. u) fingit *A* 2.

1) *Ex Iord. Rom.* 150. 2) *Ex Frut. p.* 77, 25. 3) *Cf. Oros. IV, Praef.* § 11. 4) *Cf. Frut. p.* 77, 25. 5) *Ex Orosio IV,* 1, 7. 6) *Simile quidquam nusquam inveni.* 7) *Cf. Frut. p.* 77, 35.

. . . . . qui ante haec[a] *Oros. IV, 1.*
Invicti fuere viri, pater optime Olimpi,
Hos[b] *ego in pugna vici, victusque sum ab eis*[c].

Dumque increparetur a suis[1], cur se victum diceret, qui vicisset, respondit: 'Ne ego, si iterum[d] hoc modo[e] vicero, sine ullo milite revertar Epirum'. Romanis fugientibus[f] aliud discrimen
158. *oritur. Nam pabulatores eorum a grandine percussi alii mortui[g], alii semivivi in[h] via prostrati[2] inveniuntur. Secundo in Apuliae finibus bellum adgressis[i] diuque pugnantibus Pyrrus vincitur. Ex Romanis[3] V milia, de exercitu Pyrri XX milia ceciderunt. Ipse quoque Pyrrus graviter in brachio sauciatus fuit. Tercio inter eos bello apud Lucaniam gesto cum multo utriusque exercitus detrimento[4] *ib. IV, 2.* Pyrrus tandem vincitur, sicque quinto demum anno ab Italia fugere compellitur. Tanta autem virtute ac nobilitate bellum hoc gessisse fertur, ut plurimum etiam ab ipsis commendetur Romanis[5]. Potest hoc perpendi in praeclara eiusdem sententia de reddendis[k] captivis. *Cic. De off. I, 12, 38.* Ait enim:

Nec mi[l] *aurum posco, nec mi*[l] *precium dederitis,*
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes
Ferro, non auro vitam[m] *certamus*[n] *utrique.*
Vosne velit an me regnare[o]*, quidve ferat fors*[p]*,*
Virtute experiamur, et hoc simul[q] *accipe dictum:*
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorum[r] *me libertati parcere certum est.*
Dono, ducite, doque volentibus et magnis dis[s].

Haec ab* antiquo scriptore quodam[t·6] edita Tullius[u] etiam ad[v] argumentum virtutis[w] suae in libro de Officiis ponit. Rursum[x] idem de eodem: *Cum enim rex* *ib. III, 22, 86.*

*) ab — edita *om. C, manu recentiore in marg. adscripta C* 4, *habet Cusp., omisso* quodam.

a) antehac *Oros.* b) ḡ *delet. add. B* 2. c) isdem *Oros. (varia lectio* hisdem*);* hisdem *Frut.* d) si secretum trium *C* 2; iterum *om. C* 4. e) modo *om. A* 3*. f) fugentibus *B* 2. g) moriuntur *C* 2. h) in via prostr. *om. A;* in via semiv., *omisso* prostr., *C.* i) instaurant *C.* k) eius *add. C* 3. 4. l) *post* mi *alia manu superscr.* hi *A* 2; *secundum* mi *alia manu mut.* m *C* 3. m) vitā *radendo mut.* vita *B* 2. n) cernamus *corr. Cusp. cum Cic.* o) hera *e Cic. add. Pithoeus.* p) *ita A* 1. 3*. 4. *B* 1. *Cic.;* sors *A* 2. 3. *B* 2. *C. Cusp.* q) *super* simul *manu recentiore superscr.* semel *A* 2. r) Horundem *Cusp., sine dubio e quodam Ciceronis exemplari, apud quem hodie* Eorundem libertati me. s) diis *A* 4. *C; super* dis *superscr.* vel diis *B* 2; cum magnis diis *Cusp. cum Cic.* t) edita quodam *A* 2; quodam script. edita *A* 4; *cf. n.* *. u) etiam Tullius *C.* v) in *A* 2. w) sue virt. *A* 2. x) Rursus *C* 3. 4.

1) *Cf. Frut. p.* 77, 45. 2) quippe XXX et IIII eorum idem turbo prostravit, duo et viginti semineces relicti *Oros. IV,* 1, 18. 3) *Cf. Frut. p.* 77, 55. 4) *De militibus solum Pyrrhi caesis Orosius refert.* 5) *Cf. etiam Oros. IV,* 1, 5; *Iord. Rom.* 157. 6) *Scilicet Ennio, cuius Cicero mentionem non facit.*

Cic. De off. III, 22, 86. *Pyrrus populo Romano bellum*[a] *ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente, perfuga*[b] *venit ab eo in castra Fabricii*[c] *eique est pollicitus, si premium sibi proposuisset, se, ceu clam* in castra Romana[d] *venisset, sic clam in Pyrri castra rediturum et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad*
Oros. IV, 2. *Pyrrum, idque eius factum laudatum*[e] *a senatu est.* Pyrrus multis postmodum gloriose gestis bellis in Grecia tandem
ib. IV, 3. apud[f] Argos[g] Achaiae[h] urbem saxo ictus occubuit. Quo mortuo Tarentini[i] Kartaginensium auxilium flagitant et[1] accipiunt.

Oros IV, 6. XXXII. Sed quia Kartaginis mentionem fecimus, de ipsa dicere aliqua non incongruum ducimus[k]. Haec urbs ab Elissa[l] condita ante Romam per LXXII[os] quem annos a Tyro duxisse invenitur originem. Tocius vero Affricae caput[2] reges potentissimos habuit, qui usque adeo imperium dilataverant[n], ut etiam inter IIII[or] principalia regna a quibusdam poneretur[3]. Qualiter autem haec urbs *gloriosa in regnis*[4] opulentissimaque labi ceperit,
ib. paucis aperiam. Ait Pompeius seu Iustinus hoc modo[o.5]: 'Kartaginenses vernaculum atque intestinum malum semper inter se habuere discordiam. Qua infeliciter[p] exagitante nulla umquam tempora vel foris prospera vel domi quieta duxerunt. Sed cum inter cetera mala etiam pestilentia laborarent[q], homicidiis pro remediis[r] usi sunt. Quippe homines ut victimas immolabant etatemque[s] inpuberem[t], quae etiam hostium misericordiam[u] provocaret[v], aris immolabant[w]'. Itaque aversis dis[x], ut ipsi dicunt, ut nos vero dicere possumus, Deo vero huiusmodi sacrilegiis offenso tam in Sicilia quam in[y] Sardinia infeliciter pugnavere multisque eventibus miseris Cyri, Darii, Philippi, Alexandri temporibus usque ad tempus, unde nunc agimus, sunt
ib. IV, 5. attriti. Igitur dum Tarentinos adiuvare parant, a Roma fidei firmatique federis monentur. Quod

a) bellum *om. A* 2. b) per fugam *A* 3; perfugam *C* 2; perfuga *mut. alio atram.* profuga *C* 3. c) frabrien *B* 1. d) Romanorum *A. B* 2; *apud Ciceronem* ut clam venisset *solum legitur.* e) laud. est a senatu *A* 3; a sen. laud. est *A* 4. f) apud *om. A* 3. g) ag̃s vel argós *B* 1; agros *corr. alia manu* argos *C* 3. h) urbem Ach. *A* 2. i) Tarentum *B* 1. k) duximus *B* 1. l) *post* Elyssa *in marg.* dydone *alia manu add. C* 3. m) -que *om. B* 1. n) dilataver- *A* 2. 4. o) modo *om. C* 3. p) feliciter *A* 2. q) laboraret *B* 2. r) *ita B. C* 2. *Oros.;* remedio *A. C* 3. 4. s) -que *om. A* 3. t) impube *B* 1. u) mis. *om., spatio vacuo relicto, ubi manus correctoris superscr.* forundinem *C* 2. v) provocarent *A* 2. *C* 3, *radendo corr.* -ret *C* 3. w) admovebant *Oros. cum Iustino.* x) dis *mut.* diis *A* 3; *super* dis *superscr.* vel diis *B* 2; diis *A* 4. *C.* y) in *om. C* 3. 4.

1) *Cf. Frut. p.* 78, 30. 2) *Eadem verba supra II,* 23. 3) *Oros. II,* 1. *VII,* 2; *cf. supra II,* 13. 4) *Ita de Babylone Is.* 13, 19. 5) *Ea quae sequuntur, etsi interdum cum Iustino ad verbum paene conveniunt, Orosius non ut illius, sed ut sua posuit, antea tamen auctoris sui mentionem faciens, quae Otto nimis festinanter Orosianum opus expilando incaute coniunxit.*

ruptum insuper periurio[a] cumulare non timent. Haec occasio malorum bellique maximi fuit[1]. Exhinc Affricanum, quo numquam maius Romani perpetiere[a*] bellum, tam famosum quam magnitudine ac diuturnitate sui insigne, tam multis ac variis malorum eventibus est perpetratum, ut[b] solum ad mortalium erumpnarum mutabilitates sufficere valeat comprobandas. Quod quia alii satis luculenter per ordinem executi sunt, nos brevitatis causa, presertim cum non curiositatis gratia, sed ad ostendendas caducarum rerum calamitates[c] scribamus, hystoriam stringere volumus[d·2]. Non enim, ut exemplo illorum, qui fortiter se gessisse arbitrati sunt, alios ad
159. bella accendamus[e], sed ut in bellis variisque *alternantium[f] rerum[g] casibus mutabilium miserias ostendamus[3], bellorum ac rerum nutantium[h·4] seriem teximus.

XXXIII. Igitur anno[i] ab Urbe condita CCCC°LXXX°III° Romani per Apium Claudium, ipso et Quinto Fabio consulibus, Affricanum bellum adorsi Hieronem Siracusanorum[5] regem Penis familiaritate coniunctum primo debellare parant. Quem dum sine gravi negotio[k] superassent, pacem petentem cum pecuniae[l] pactione susceperunt. Post Agrigentinum Siciliae urbem, ubi Penorum copiae et presidia una cum Hannibale[m] imperatore eorum erant, obsidione clauserunt. Ad summam vero paupertatem redacto imperatore civitas tandem capitur, paucisque[n] cum rege per fugam clam[o] elapsis[p] reliqui sub corona venduntur. Deinde Penis, Gneo Cornelio Asina, Gaio Duilio consulibus, navale[q] prelium parantibus a prefatis consulibus cum classe[r] Romanorum[s] obviatur; vocatoque a[t] Hannibale Cornelio Asina ad colloquium pacis et fraude necato Duilius navale[u] cum eis prelium commisit ac pluribus occisis seu captis milibus[v] victor extitit. Qui rursum bellum instaurantes a Scipione Lucio Cornelio, ipso et[6] Gaio Aquilo Floro consulibus, *Oros. IV, 7.*

a) peiurio *A* 1. 2. 3*. 4. *B* 2 *(ubi manu recentiore corr.* periurio*). C* 3. a*) *ita A. B. C.* b) non *add. C* 4. c) calamitatem *A* 1—3. 3*. d) voluimus *B* 2. e) accingamus *B* 1. f) alternantibus *A* 3*. g) rerum *om. A* 2. h) mutancium *C.* i) ab anno *A* 2. k) negocia *A* 3*. l) et *add. A* 3*. m) Hanniba *B* 1. n) -que *om. B* 1. o) clam *supra lin. suppl. B* 1; elapsis clam *A* 2. p) lapsis *B* 1. q) navale — consulibus *post* obviatur *(l. 29) posita B* 1. r) classibus *C* 3. 4. *Gotifr.* s) Romanorumque *A* 2. t) ab *Oros.* u) cum eis navale *B* 1. v) milibus *manu s. XIII, eadem qua supra p.* 100, *n.* *, *in marg. suppl. B* 1.

1) *Ex Frut. p.* 78, 35: Quae res occasionem bellorum tribuit inter Romanos et Africanos. Quae bella diu protracta ac nimium sevissima *etc.* 2) *Ad verborum concinnationem cf. ea quae supra ad II,* 19, *p.* 90, *n.* 1. *et II,* 30, *p.* 101, *n.* 5. *attulimus.* 3) *Cf. Oros. III, Praef.:* scriptores autem, etsi non easdem causas, easdem tamen res habuere propositas, quippe cum illi bella, nos bellorum miserias evolvamus. *Cf. supra p.* 5, *n.* 5, *infra II,* 51 *in.* 4) *Cf. infra II,* 51. 5) *Cf. Frut. p.* 78, 40. 6) *Cf. Frut. p.* 78, 45.

Oros. IV, 7. sub Hannone rege suo multis deletis in fugam vertuntur[a].

ib. IV, 8. XXXIIII. Itaque post haec Regulus bellum Punicum sortitus iuxta flumen Bagrada castra metatus est. Ubi et[b] serpens mirae magnitudinis, utpote cuius corium CXX pedum fuit, multos[1] de exercitu devorans non minus arte quam virtute Reguli necatur, coriumque eius pro miraculo Romam defertur. Regulus cum tribus imperatoribus, id est cum duobus Astrubalibus[c] ex Affrica et tercio Hamilcare accito ex Sicilia, manum conseruit, cesisque ex eis X et VII mili- 10 bus, captis V milibus cum X et VII[d] elephantibus, reliquos in fugam vertit oppidaque LXXXII[o] in deditionem accepit.

ib. IV, 9. Qua de re Kartaginenses tot infortuniis fractie ac re familiari exinaniti pacem petunt. Sed cum duras conditiones pacis audissent, malentes in libertate[f] mori quam servituti ad- 15 dicti male ac misere vivere[2], accito[g] sibi sociorum auxilio, id est Hispanorum ac[h] Gallorum, Xantippoque Lacedemoniorum rege precio conducto[3] rursus bellum innovanti[i]. Atrocissime tunc utrobique pugnantes Romani vincuntur, sicque X[o] demum[k] anno victoria nobili Kartaginenses po- 20 tiuntur. Cesa sunt ibi[l] Romanorum XXX milia, captus cum D viris Regulus ac in catenis positus*. Xantippus victoria adepta rerum mutaciones timens in Greciam revertitur. Romani clade suorum comperta sub[m] E.[n] Paulo Lucioque Metello consulibus[4] denuo Penis bellum indicunt[o]. 25

ib. IV, 10. Itaque ne multis[p] morer, tam navali quam[q] terrestri prelio innumeris utrobique profligatis submersisque Kartaginenses rursum pacem petere compelluntur[r]. Ad quod dum Regulum captivum inter alios mitterent nec impetrarent, resectis palpebris vigilando eum necaverunt. Quam historiam ad 30 exemplum contempnendae mortis pro virtute[s] et equitate

Cic. De off. III, 26, 99. Tullius in libro de Officiis ponit hoc modo: *Marcus*

*) *C. Cusp. et manu saec. XIII. in marg. B* 1 *(= C* 5*) add.:* Nam in prioribus[5] longe plures ac innumerabiles ex Cartaginensibus corruere. 35

a) vertitur *B* 1. b) etiam *C* 3. 4. c) Hastrubalis *C* 2. 4; hasdrubab9 *mut.* hasdrubalis *C* 3. d) octo *Oros.* e) factis *C* 2; fractis *corr.* fracti *C* 3. f) libertatem *A* 3*. g) accitoque *A* 3. h) et *B* 1. *Gotifr.* i) instaurant *C.* k) anno demum *A* 2. l) ibi *om. C* 3. m) suo *C* 2. n) *ita C;* E. *om. B* 1; sub E. P. Paulo *A. B* 2 *(ubi in marg. ad* E. *add.:* emilius *corr.* emilio, *et ad* P.: papirio*);* sub 40 Aemylio Paulo *Cusp.;* sub Aelio Paulo *Gotifr.* o) indiderunt *C.* p) multum *C.* q) pedestri et *add. B* 1. r) coguntur *A.* s) veritate *A* 3*.

1) *Cf. Frut. p.* 78, 55. 2) tutius rati sese armatos mori quam miseros vivere *Oros. IV,* 9, 1. 3) *Cf. Frut. p.* 78, 55. 4) *Profusam Orosii traditionem nimis comprimendo et cum iis, quae Iord.* 45 *Rom.* 172 *sq. habet, minus diligenter coniungendo Otto in hunc inductus est errorem, ut pro Fulvio Nobiliore L. Caecilium Metellum consulem anni a. Chr. n.* 251. *collegam Aemilii Pauli consulis anni a. Chr. n.* 255. *putaret.* 5) *Ad verborum concinnationem cf. II,* 39, *p.* 113, *l.* 9.

Regulus cum consul iterum in Affrica ex insidiis captus esset[a], *duce Lacedemonio*[a*] *Xantippo, imperatore autem patre Hannibalis Amilcare, iuratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Penis captivi nobiles quidam, rediret ipse Kartaginem. Is, cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat, sed eam, ut res declarat, falsam iudicavit. Quae erat talis: Manere in patria, esse*[b] *cum uxore, cum liberis*[c], *tenere consularis dignitatis*[d] *gradum. Quis haec negat*[e] *utilia, quae*[f] *censes? Magnitudo animi*[g] *et fortitudo negat*[h]. *Harum enim*[i] *virtutum proprium nil extimescere, omnia*[k] *humana despicere.* Et infra: *In senatum venit, mandata exposuit, sententiam ne diceret*[l], *recusavit: quamdiu iureiurando*[m] *hostium teneretur, non se esse senatorem*[n]. *Reddi captivos negavit esse utile; illos enim adolescentes esse et bonos duces, se*[o] *iam confectum esse*[p] *senectute. Cuius cum valuisset auctoritas, captivi retenti sunt. Ipse Kartaginem redit*[q], *neque eum caritas patriae*[r] *retinuit nec suorum. Neque vero tum*[s] *ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci, sed iusiurandum conservandum putabat*[t]. *Itaque tum*[u], *cum ibi*[v] *vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex*[w] *captivus, periurus consularis remansisset*[x]. Item alibi: *Nec vero ego M. Regulum erumpnosum nec infelicem nec umquam miserum putavi. Non enim magnitudo*[y] *animi*[z] *eius cruciabatur a Penis, non gravitas, non fides, non constancia, non ulla virtus, non denique animus ipse, qui tot virtutum presidio*[a] *tantoque comitatu, cum*[b] *corpus eius carperetur*[c], *carpi*[d] *certe*[e] *ipse non potuit.* Sic Tullius.

*ib. 27, 100.

*p. 160.

Cic. Parad. 2, 16.

Vides, quot modis in his verbis ad exemplum pacientiae contemptumve[f] mortis ac doloris amore virtutum incitamur? Quid est enim aliud dicere fortitudinis esse, nil extimescere, omnia despicere, Regulum nec caritatem[g] patriae nec suorum vel proprii corporis supplicia[h] a pro-

a) est *A*. *B* 2. a*) Xant. Laced. *C*. b) domi suae *e Cic. inseruit Cusp.* c) quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunae bellicae iudicare *e Cic. inseruit Cusp.* d) dignitatem *A* 3. e) esse *e Cic. add. Cusp.* f) Qui *Urstis.;* Quem *C* 2. *Cic.* g) Magn. hec *C* 3. h) nam (Num *Cic.*) locupletiores quaeris autores *e Cic. inseruit Cusp.* i) est *add. Cusp., qui infra* proprium *om.;* est virtutum proprium *Cic.* k) omnia *bis scriptum A* 3*. l) daret *C* 2. m) iurando *A*. n) *post* senatorem *Otto nonnulla Ciceronis verba omisit.* o) iam se *C* 3. p) esse conf. *A;* esse *om. cum Cic. Cusp.* q) rediit *cum Cic. Cusp.* r) patī *A* 3*. s) *ita B. Cic.;* tn̄ *C* 2; cn̄ *C* 3. 4; tc̄, -c *e corr. A* 1; tunc *A* 2. 3. 3*. 4. t) putavit *B* 1. u) tn̄ (= tamen) *A* 2. v) ibi *om. C. Cic.* w) capt. senex *A* 2. x) pmanssss; (!) *A* 2; permansisset *C* 3. 4. y) magn. *om. A* 2. z) eius animi *A* 3; eius *om. A* 4. a) munitus *add. Cusp., qui sequentia ita exhibet:* tantoque conatu comitatuque virtutis septus, cum corpus *etc.* b) n̄ (= non) *A* 3*. c) caperetur *A* 2. *Cusp., Cicero.* d) capi *Cusp., Cic.* e) certe *om. A*. f) contemptumque *B* 1. g) caritate *B* 1. h) supplicio *A* 2.

misso revocare[1], quam contemptus presentium, abrenuntiatio parentum, possessionum ac postremo sui ipsius abnegatio[a.2]? Quam trinam abrenuntiationem[b] in scriptura sacra frequenter invenimus[3]. Proinde si mors etiam iuxta gentes, quae Deum ignorabant, contempnenda cognoscitur, nos, qui iam ad agnitionem veritatis[4] vocati sumus, quomodo de ignorantia excusabimur? At dicet aliquis mortem iuxta philosophos pro virtute contempnendam[c], mundum vero cum concupiscentiis eius[5] iuxta Evangelium pro amore caelestis patriae aspernandum[d] non fore[6]? Quid hoc[e] stulcius, quid ineptius[f], quid dementius[g]? Quasi non[h] omnis mundialis voluptas morte claudatur, finiatur, extinguatur. Unde est illud
Eccl. 10, 1. sapientis: *Muscae morientes perdunt suavitatem unguenti.* Restat igitur, ut nos, qui in ecclesia esse cernimur, ex-
Is. 23, 4. emplo gentium, secundum quod propheta ait: *Erubesce, Sydon, ait mare,* de malis operibus erubescamus ac de amore presentium ad aeternorum desiderium conversi rapiamur. Sed haec hactenus[i].

Oros. IV, 10. 11. Regulo Atilio[7] Lutacioque consulibus Romani post haec tot malis[k] iterum[l] adtrivere Kartaginenses, ut tum demum pacem proposita sibi a Romanis conditione[s] acciperent. Conditio autem talis fuit, ut per XX[m] annos trium milium talentorum singulis annis[n] pondus pro expensis darent Siciliaque ac Sardinia, quas tunc occuparant, decederent. Facta est haec pactio XX°III°, ex quo bellum Punicum cepit, anno. Ubi quot regum[o], consulum senatorumve[9] ordines perierint[p], quantae utriusque[q] populi strages

a) abrenuntiatio *A* 3*. *B* 1. b) abnegationem *A* 4. c) contempnenda *A* 3. d) aspernandam *B* 1. e) haec *A* 1. 3. 3*; hec *corr.* hoc *B* 2. f) ineptitus *A* 1. g) detrimencius *A* 2. h) Quasi ñ *in loco raso B* 2. i) actenus *A* 1. 3. 3*. *C* 3. 4. k) malas *A* 3. l) iterum *om. A. C.* m) XXXª *B* 1; viginti *Gotifr. cum ceteris codicibus hoc loco faciens.* n) annis *om. C.* o) regnum *corr.* renum *B* 2. p) perirent *A* 3*; perierunt *C* 2. q) strages utr. populi *C.*

1) *Verba sunt Ciceronis modo ab Ottone allata (p.* 107, *l.* 10 *sq.,* 17 *sqq.).* 2) *Terminis asceticis etiam saec. XII. tritis Ottonem hic uti recte Hashagen, 'Otto von Freising als Geschichtsphilosoph und Kirchenpolitiker' p.* 43, *n.* 4, *cf. p.* 65, *animadvertit. Ceterum cf. Cassiani Collat. III, De tribus abrenuntiationibus.* 3) *Cf. ex. gr. Matth.* 10, 37. 16, 24. 19, 29. *Luc.* 9, 23. 14, 26—33. 4) 1. *Tim.* 2, 4: ad agnitionem veritatis venire. 5) *Cf. Rom.* 6, 12; 1. *Ioh.* 2, 15—17. 6) *Cf. Aug. De civ. Dei V,* 18, *ed. Dombart I, p.* 226: Si M. Regulus . . . ab ipsa Roma reversus est . . . eumque Carthaginienses . . . gravissimis suppliciis necaverunt: qui cruciatus non sunt pro fide illius patriae contemnendi, ad cuius beatitudinem fides ipsa perducit? 7) *De hoc Atilio Regulo consule anni a. Chr. n.* 250. *Orosius IV,* 10. *loquitur, cuius relationem nimia brevitate stringendo Otto iterum foede erravit.* 8) *Cf. Frut. p.* 79, 5. 9) *Senatores Otto addidit.*

fuerint[a], enumerare nemo posset. Iani[b] tunc porta[c], secundo a Numa, clausa est. *Oros. IV, 12, 4.*

XXXV. Anno ab Urbe condita D⁰VII⁰ victoriae huius leticiam ingens prevenit meror. Urbs enim tam inundatione Tyberis quam incendio consumitur[d] domorumque ac hominum misera strage vastatur. Hisdem diebus cum Cisalpinis[e] Gallis Romani pugnantes, primo victi, secundo vicerunt. Tunc etiam[f] Kartaginenses[g] pacem violant. Hinc iam bellum[h] supputatur Punicum secundum[1]. *ib. IV, 11.* *ib. IV, 12.*

XXXVI.[i] Igitur nobilem Kartaginensium urbem urguebat[k], quod[l], quae antea imperarem[m] terris insulisque[n] tributa exigere consueverat[2], iam Romanorum imperio subiacere, iam ipsis tributa dare cogeretur. Eapropter Hamilcar dux Kartaginensium, dum Romanis bellum machinatur[o], ab Hispanis vita privatur. Hannibal vero, qui Hamilcari patri ad aras contra Romanos iuraverat, ultionem[3] omni nisu intentat. Occasione[p] ergo[q] nacta Hispaniae urbem[4] ac Romanis amicam Saguntum[r] obsidione cingit, spretisque ac iniuriosissime[s] affectis Romanorum[t] legatis ipsam civitatem octavo mense cepit et expugnavit. Inde ad ipsorum excidium per Gallias[u] profectus viam per Pyreneas[5] Alpes primus igne ac ferro aperuit Gallosque Alpinos resistentes[v] vicit. Transcensis Alpibus, P.[w] Cornelio Scipione et P.[x] Sempronio[y] Longo consulibus, apud Tycinum bellum committitur. Itaque Scipione vulnerato ac per Scipionem filium, qui postmodum Affricanus dictus[6] est, morte[z] exempto omnis pene Romanorum deletur exercitus. Rursumque congredi[a] parant ac vincuntur. Tercio item dum bellum instaurant, Romani in fugam vertuntur. Sauciatus ibi Hannibal, post in Etruriam primo vere transiens, ex nimietate frigoris oculum in Apennino[7] perdidit. Quid multa? Tam virtute quam *Iord. Rom. 181.* *Oros. IV, 13.* *Frut.* *Oros. IV, 14.* *ib. IV, 15.*

a) fuerit *C* 2—4, *alio atram. corr.* fuerint *C* 3. b) *ita C* 2. 4; Iā *A* 1. 2. 3*. *B* 2; Iam *A* 3. 4. *B* 1. *C* 3. c) secundo porta *A* 2. 4. d) consum. *om. C* 3. e) *ita B. Oros.;* Transalpinis *C;* Alpinis *A.* f) etiam *om. C* 3. g) Kartaninenses *A* 2; Cartaginensium *C* 3. h) bellum *om. A* 1—3. 3*. i) *nulla cap. distinctio C* 2, *ubi sequentia capitula* XXXVI. *sqq. signantur.* k) urebat *Iord.* l) quod *om. B* 1. m) imperaret *A* 2; impre̅ *C (alia manu mut.* impare *C 3).* n) -que *om. A.* o) parat *C.* p) Occasionem *A* 3. q) vero *A*; ergo *om. C* 2. r) Sanguntum *A. B* 2. s) iniuriose *C* 3. 4. t) Rom. leg. *om. A* 3*. u) Galliū *corr.* Galliā *C* 3. v) sibi *add. A* 2. w) Paulo *C* 4; Papirio *in marg. add. B* 2. x) *ita etiam Oros.;* Paulo *in marg. add. B* 2; Ti. *recte Frut.* y) Simpronio *A* 2; Sympronio *A* 1. 3. 3*. 4. *B* 2. z) more *A* 3*. a) bellum *A.*

1) *Cf. Frut. p.* 80, 20. 2) *Cf. supra II,* 23. 32. 3) *Ex Iord. Rom.* 181. 4) *Ex Frut. p.* 80, 25. 5) Pyrenaeos montes transgressus inter ferocissimas Gallorum gentes ferro viam aperuit et nono demum die a Pyrenaeo ad Alpes pervenit; ubi dum montanos Gallos repellere ab ascensu obnitentes bello superat atque invias rupes igni ferroque rescindit, *etc. Oros. IV,* 14, 3 *sq., quem Frutolfus exscripsit. De Pyrenaei medii aevi temporibus notione cf. H. Thomae, 'Die Chronik des Otto von St. Blasien', Leipzig* 1877, *p.* 12, *n.* 1. *Otto saepissime hoc nomine Alpes indicat, cf. ex. gr. infra II,* 37, *p.* 112, *l.* 1. *VII,* 14 *in.* 17. *et Gest. Frid. passim;* Pyreneae Alpes *habes Gest. Frid. II,* 13, *p.* 92. 6) *Cf. Frut. p.* 80, 35. 7) *Ex Orosio IV,* 14, 8.

Oros. IV, 16. arte[1] Hannibalis his aliisque bellis et precipue, cum apud Cannas pugnasset, et cesis captisque pene omnibus ac maxime consularibus viris, unde tres modii anulorum a manibus nobilium interfectorum tracti in signum victoriae Kartaginem missi[2] dicuntur, his, inquam, tantum attriti malis Romani fuere, ut[a] ultima desperatione capti Urbem[b] quoque deserere ac *provinciam mutare cogitassent[3]. Nec du- *p. 16
bium iuxta Orosium, quin[2] vel omnes servituti subiecti vel ad internicionem[c] cesi fuissent, si Hannibal post tot[d] victorias ad Urbem capiendam processisset. Hannibal vero inprovide circa Tarenti fines in Apulia moratus multos ex
ib. calore[e] terrae ac fetore perdidit[4]. Igitur Sempronio Graccho, Quinto Fabio Maximo consulibus, Claudius ex pretore proconsul[f] factus Hannibalis exercitum plus natura locorum[5] quam viribus Romanorum sauciatum[6] primus vicit ac ceteris spem vincendi Hannibalem dedit. Inter haec[g] Scipiones Hastrubalem Penorum imperatorem exercitum in Italiam parantem
ib. IV, 17. gravi bello presserunt. Gneo Fulvio[h] et Sulpitio consulibus Hannibal de Campania castra[7] movens Urbem aggredi temptat. Ubi dum trepidi tam viri quam mulieres ad menia confugerent[8] Urbemque[i] defensare pararent, Hannibal[k] bis a[l] grandine tempestatibusque ab inpugnatione Urbis arcetur. Dixisse tunc[m] ex religione ferunt[n] Hannibalem potiundae sibi Romae quandoque voluntatem, quandoque non esse facultatem. Quod quidem[o] Romani diis suis Urbem defensantibus asscribebant, nos vero occultis ac profundis iudiciis Dei, sine cuius nutu nec folium in terram cadit[9], attribuere possumus[10], qui hanc urbem inter tot pericula et discrimina servare ac paulatim proficere in

a) in *add. A.* b) urbi *A* 3*. c) *ita B. C* 2. 4; internecionem *A* 3. 4. *C* 3; itn̄cionē *A* 1; intencionem *corr. alia manu* internecionem *A* 2; intentione *A* 3*. d) tot *om. C.* e) ex fet. ac cal. terre *C;* ex cal. et fet. *A* 4. f) consul *C.* g) haec *om. C* 3. 4. h) Flavio *A.* i) -que *om. A* 3. k) Hannibal *om. C.* l) a *om. A* 3. 4; a *supra lin. eadem manu eodemque atram. suppl. A* 1. m) ex relig. tunc *C.* n) fert˜ *A* 1. 4, *corr.* fert *A* 1. o) quidam *A.*

1) arte Hannibalis *Romanos ad Trasimenum lacum circumventos dicit Oros. IV,* 15, 5. 2) *Cf. Iord. Rom.* 189 *sq.* 3) *Ad verborum concinnationem cf. supra II,* 19, *p.* 89, *l.* 6. *et II,* 21, *p.* 91, *l.* 17 *sq.* 4) *Haec Otto ex verbis Iordanis Rom.* 191. *non bene intellectis sibi finxisse videtur.* 5) *Cf. Iord. Rom.* 191. 6) *Cf. Frut. p.* 81, 30. 7) *Cf. Iord. Rom.* 202. 8) *Oros. IV,* 17, 3: cum senatu populoque diversis curis trepido matronae quoque amentes pavore per propugnacula currerent et convehere in muros saxa primaeque pro muris pugnare gestirent. *Nota, quemadmodum Otto Teutonicum respiciens morem haec verba mutaverit.* 9) *Cf., si velis, Aug. De civ. Dei V,* 11 *fin. vel Hugo de S. Vict., Summa sent. I,* 13 *fin.* 10) *Romam non sua fortitudine, sed Dei veri miseratione et iudicio ab Hannibale defensatam Orosius IV,* 17, *stultissimeque credi diis suis falsis defensoribus Urbem conservatam esse Aug. De civ. Dei III,* 20. *contendunt.*

totiusque orbis dominium crescere voluit[1]. Cuius rei[a] rationem, quantum humana fragilitas metiri potest, in sequentibus, cum[b] ad Augusti Cesaris principatum[c] ventum fuerit, Deo largiente reddemus[2].

Hoc decimo anno, ex quo in Italiam venit Hannibal, factum est. Interea duo Scipiones a fratre Hastrubalis in Hispania necantur. Ea tempestate a Quinto Fulvio consule Capua urbe Campaniae[d] capta principes eius veneno se interfecerunt[e]. *Oros. IV, 17.*

XXXVII. Itaque occisis Scipionibus, dum cuncti metu consternarentur, essetque inopia maxima erarii, Scipio admodum adolescens, M.[f] Claudio et Valerio Livianos[g] consulibus, patrem patruumque[h] ulturus ultro[i] se obtulit[3]. *ib.* Proconsulare ergo sortitus officium, XXIIII habens annos, Pyreneum cum exercitu transcendit captaque ibidem[k] Nova Kartagine stipendia large ex preda urbis ampliavit[4]. Magonem Hannibalis[l] fratrem cum aliis[5] captivis Romam misit, Astrubalem Penorum regem vicit, LXXXque civitates aut destruxit, aut in deditionem accepit. *ib. IV, 18.*

Considerari hoc loco potest, cum quanta non solum fortitudine, sed et[m] prudentia Romani orbem terrae suum fecerint[6]. Dum enim Hannibali[n] Affrorum[o] viribus in Italia moranti decertare non valerent, regnum eius tanquam exhaustum milite et infirmum hostiliter invadunt ac devastant, ut per hoc hostem ad propria saltim redire compellant. Ex quo liquido apparet iuxta viri prudentis sententiam *ingenium in*[p] *bello*[q] *plurimum*[r] valere[7].

Inter haec[s] Hannibal in Italia Marcellum consulem cum exercitu delevit, Crispinum in insidias callide evocatum pari modo necavit. Claudio Nerone et M. Livio Salinatore consulibus, Hastrubal Hannibalis frater a Penis in auxilium fratri missus Romanorum prevenitur insidiis. Transcenso *ib.*

a) rei *om. A.* b) dum *A. B* 2. c) ventum fuerit princ. *A* 2. d) Camp. *om. A* 2. e) se int. *om. A* 3*. f) Marcello *Oros., et ita in marg. add. B* 2. g) Liuione *A*; luuiano *C* 2. 4; luuano *C* 3; Levino *Oros.* h) -que *om. A* 2. i) ultro *om. A.* k) ibi *A* 2. l) fr. Hannib. (Mag. fr. *in loco raso*) *A* 2. m) etiam *A.* n) Hannibalem *A* 1—3. 3*. 4, *corr.* -li *A* 2. o) affinio2ꝶ *A* 3*. p) in *om. C* 3. 4. q) bellum *C* 3. r) val. plur. *C.* s) Interea *A* 2.

1) *Ex Dei voluntate Romanum imperium ex tot periculis liberatum tam magnum tamque diuturnum factum Aug. in opere De civ. Dei, inprimis in libris IV. et V, prosequitur; cf. Oros. VII,* 1. 2) *V. infra III, Prol.* 3) *Cf. Frut. p.* 80, 65. 4) *Haec nescio unde desumpta fortasse ab Ottone ficta sunt; Oros. IV,* 18, 1: Carthaginem Novam cepit, ubi stipendia maxima, praesidia valida, copiae auri argentique magnae Poenorum habebantur. 5) *Cf. Frut. p.* 81, 1. 6) *Aliter Iord. Rom.* 195: O horribilem in tot adversis fiduciam, o singularem animum ac spiritum populi Romani. Tam artis afflictisque rebus, ut de Italia sua dubitare debuisset, ausus tamen est in diversa respicere, *etc.* 7) *Sallust. Catil.* 2, 2: conpertum est in bello plurimum ingenium posse.

Oros. IV, 18. quippe Pyreneo[1] Romanum militem obvium habuit, cum quibus manum conserens cum toto pene exercitu interemptus est. Captivi Romanorum, qui ad IIII^or^ milia ibi erant, relaxantur. Ceciderunt in eo prelio de Romanis VIII milia, ex Affris vero LVIII milia, capta V milia CCCC^ti^IIII^ora^. Caput Hastrubalis fratri Hannibali ante castra proiectum est. Quo viso strageque suorum comperta Hannibal tercio decimo, quo in Italiam venerat, anno cessit ad Brutios, et sic sequens annus[b] inter ipsum et Romanos utrisque fatigatis sine bellorum inquietudine ductus est.

ib. XXXVIII. Interea Scipio tota Hispania pervagata a Pyreneo usque ad oceanum Romanorum provinciam fecit. Hannibal vero, mirabile dictu, non solum bellis[c], sed et morborum malis toto pene exhausto exercitu Sempronium consulem cum Romanorum exercitu pugnantem secum vicit atque ad Urbem fugere compulit. Igitur[d] iam pene tota Affrica ferro igneque a Scipione consumpta

ib. IV, 19. Hannibal revocatur a[2] suis sicque, interfectis omnibus, qui eum sequi nollent, Italicis militibus, flens reliquit Italiam. Qui dum ad Affricanum propinquaret litus, speculatorem malum ascendere precepit, a quo sibi[e] responsum ferunt sepulchrum se dirutum videre. Hannibal Kartaginem veniens Scipionis colloquium petit. Ubi dum se duo clarissimi bellatores[f] mutuo colloquentes mirantur, pacis infecto *negotio ab invicem *p. 1.
discesserunt[3], rursusque[g] bellum consertum[h] est. Quod cum[i] magno utriusque principis ingenio virtuteque[k] confectum Romanis tandem plenam victoriam dedit[l]. Cesa sunt ibi Kartaginensium[m] XX milia[n], elephanti LXXX interfecti vel capti. Hannibal Kartaginensibus suadens residuam spem in pace ponendam[o] cum IIII^or^ militibus clam elapsus Adrumetum[p] confugit. Ergo Kartaginensibus pax per Scipionem consensu senatus conceditur, Gaio Cornelio Lentulo, Publio Elio Poeto[q] consulibus. Naves Kartaginensium plus quam D in altum ductae in conspectu urbis cremantur. Scipio vero, ex devicta Affrica Affricanus[r] dictus, cum triumpho ingrediens Urbem suscipitur. Quem Terentius comicus ob signum concessae libertatis pilleatus triumphantem comitatur. Hic

ib. IV, 20. Punicum bellum secundum XVIII[s] annis actum[t] finitur, anno[u] ab Urbe condita D^0^XL^0^VI^0^.

a) 5400 *Oros.* b) annus *om. A.* c) belli *C* 3. d) *novum capitulum* XXXIX. *incipit A* 3*. e) resp. sibi *A* 2. f) duces *C.* g) -que *om. C* 3. 4. h) consertum *om. C* 3. i) cum *om. C.* k) -que *om. C* 3. 4. l) dedit *om. C* 3. m) Kartagin̄ *A* 1. 3. 3*; Cartaginenses *B* 2. n) quingenti *add. Oros., Frut.* o) ponenda *A* 2. p) rumetum *A.* q) *ita A. B. C.* r) dictus Affricanus *C.* s) decem et septem *Oros.;* post annum 19. quam coepit *Frut.; bellum Punicum secundum non amplius XVIII annos tenuisse dicit Iord. Rom.* 181. t) actum *om. A.* u) anno — DXLVI^0^ *in initio sequentis capituli, quod* XXXVIII. *numeratur (cf. supra p.* 109, *n.* i), *colloc. C.*

1) *Cf. supra II,* 36, *p.* 109, *n.* 5; descendisse iam ex Alpibus *Oros. IV,* 18, 9; ab Alpe descenderat *Iord. Rom.* 203. 2) *Cf. Frut. p.* 81, 10. 3) *Ex Frut. p.* 81, 15.

XXXVIIII. Precesserunt hoc bellum[1] dira prodigia, id est sol minor visus[a], parmae in celo. Solem pugnasse cum luna, lunas duas simul[b] ortas, duo scuta sanguine sudasse, cruentas spicas in corbes[c] cecidisse refert Orosius. Tarentum[2] quoque, unde tam Pyrri quam Kartaginensium[3] cepit bellum, nobilis ac opulenta Campaniae[4] urbs, hisdem diebus destructa est. Exhinc Romani civitatum quas nominavi preda, auro, gemmis, argento rebusque preciosis ditari ceperunt. Nam in prioribus bellis peccora tantum aliasque exiguas res rapuerant. *Oros. IV,* 15.

Post Affricanum bellum Macedonicum sequitur. Quod.[5] cum multo Romanorum detrimento tandem victis hostibus terminato Quincius[e] Flamminius[6] consul pacem[f] Philippo dedit. Post[g] haec Lacedemoniosh[h] pugnando[i] vicit[7], ab eisque nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium et Armiden Navidis filium[k] acceptos ante currum duxit. Romanorum captivi, qui sub Hannibale venditi fuerant, abrasis capitibus ob signum abolitae servitutis revertuntur. *ib. IV,* 20.

XL. Ea tempestate Lucius Fulvius Insubres, Boos et Cenomannos, qui usque Cremonam processerant eamque simul cum Placentia vastabant, gravissimo bello superavit. Flamminius proconsul Philippum regem cum Thracis, Macedonibus, Ylliricis contra se venientem, multis ex[l] Macedonibus cesis milibus[m], subegit. Hannibal ad Antiochum regem Syriae veniens, cum eum apud Ephesum invenisset, contra Romanos incitavit. Sed frustra. Iam enim in tantum status rei publicae profecerat, ut nec tanti regis adversum Romanos valeret vel proficeret nisus. Classi quippe[n] Antiochi prepositus Hannibal a Scipione navali[o] prelio superatur, et sic pax ab Antiocho postulatur et impetratur. Porro Hannibal non multo post ad Prusiam regem Bithiniae fugiens, dum a Romanis reposcitur, veneno sumpto vitam finivit. Sicque Romani Macedonibus seu Grecis, qui toti[p] pene Asiae ab[q] Alexandro et deinceps princi- *ib.* *Frut.*[8]

a) visus *om. A, ante* minor *collocat C* 3; ē *add., sed delet. B* 1. b) simul *om. A* 3. c) orbes *A* 3*. d) *ita emendavit Cusp.;* Quod *codices, excepto A* 4, *ubi in loco raso* Qu̅ (= Quo). *Sed vide verba Orosii in nota* 5. *allata.* e) Quintus *A. B* 2; Quintinus *C* 2. f) Phil. pacem *C* 3. 4. g) Post haec *om. A.* h) Lacedenios *B* 1. i) vicit pugn. *A* 2. k) vel Armenem Nabidis filium *in marg. add. Cusp.* l) ex — milibus *om. A* 3*. m) militibus *A* 1—3. 4. *B* 2; *cf. n.* l. n) enim *C.* o) prelio navali *A* 2. p) tota *A* 3; toto *corr.* toti *B* 1. q) ab *om. C* 2.

1) *Haec Orosius inter pugnas ad Trebiam flumen et ad Trasimenum lacum commissas habet.* 2) *Cf. Oros. IV,* 18, 4. 3) *Cf. Oros. IV,* 3 *(etiam c.* 5. *et* 6*) et imprimis Frut. p.* 78, 35, *cuius verba Otto supra II,* 32, *p.* 105. *exscripsit.* 4) *Cf. Iord. Rom.* 191: (Hannibal) Campaniam Tarentumque perrexit. 5) quod Quinctius Flamininus sortitus . . . pacem Philippo dedit *Oros.* 6) Titus Quintus Flaminius *Frut. p.* 82, 50; Flamminio duce *Iord. Rom.* 209. 7) *Cf. Frut. p.* 82, 50. 8) *P.* 82, 60, *qui Orosium exscripsit.*

pabantur, imperium paulatim eripere temptarunt, donec funditus sub Octaviano Cesare in suam illud dicionem[a] transfuderunt[b]. Quae, cum ad id tempus ventum fuerit, plenius[c] Deo largiente dicentur[1].

Oros. IV, 20. Hisdem diebus Scipio Affricanus, vir inter * suos omni laude dignus, ab ingratis civibus Urbe pulsus apud Liternum **.[2] opidum morbo consumptus diem obiit et sepulcro suo inscribi fecit: *Ingrata patria nec ossa mea habes.* De quo Tullius in quarti[d] Officiorum libri prologo sic ait: *Scipionem[e], Marce fili, eum, qui primus Affricanus appellatus sit[f], dicere solitum scripsit Cato, qui fuit eius equalis, numquam se minus ociosum esse, quam cum ociosus, nec minus solum, quam cum solus esset. Magnifica vero vox et magno viro ac sapiente digna, quae declarat illum et[g] in ocio de negotiis cogitare et in solitudine secum[h] loqui solitum, ut neque cessaret umquam et interdum colloquio alterius non egeret. Itaque duae res, quae languorem afferunt aliis[i], illum acuebant, ocium et solitudo.* Cuius item[k] virtutem et admirabilem pacientiam L. Seneca, non tam philosophus quam pene[l] Christianus dicendus, in epistolis ad Lucilium commendans inquit[m]: *In Scipionis Affricani villa iacens haec tibi scribo adoratis manibus eius et ara[n], quam sepulchrum esse[o] tanti viri suspicor. Animum quidem[p] eius in caelum, ex[q] quo erat, redisse persuadeo mihi, non quia magnos exercitus duxit — hos enim et Cambises furiosus ac furore feliciter usus habuit —, sed ob egregiam moderationem pietatemque, quam magis in illo admirabilem, cum patriam reliquit, quam cum defendit, estimo[r]. Aut Scipio Romae deesse[s] debebat[t], aut Roma[u] in libertate[v]. 'Nichil', inquit, 'volo derogare legibus, nil[w] institutis, equum inter omnes cives ius sit. Utere sine me *beneficio meo,*

Cic. De off. III, 1, 1.

Seneca, ep. 86.

*) inter suos *om. C, habet Cusp.*

**) Linternum Amirtenum[3] *C;* Linternum *Cusp.*

a) dedicionem *A*. b) acceperunt *A* 1, 4, *linea tenui perducta delet. et superscr.* vel transfuderunt *A* 1. c) plenius *om. C* 4. d) *ita A. B. C* (4to *C* 2); III, *emend. Cusp.;* tercii *in marg. adscripsit manus saec. XVI. A* 1; quarti *delet. et* tercii *superscr. manu recentiore B* 2. e) Scipione *A* 3*; P. Scipionem *Cic.* f) est *Cicero.* g) et *om. C* 2. h) loqui secum *A* 2. i) caeteris *Cusp., Cic.* k) iterum, -um *supra lin. B* 2. l) pene *om. A.* m) ait *A.* n) arca *Senecae lectio vulgata ante Hense.* o) tanti viri esse *A* 2. p) quippe *A, sed Seneca cum B. C facit.* q) ex quo *om. B* 1. r) estimo *om. Cusp., sed antea post* admirabilem *cum Seneca inseruerat* iudico; estimo *om. Senecae editio Teubneriana.* s) esse *Seneca ex ed. Hense.* t) debeat *A* 3*. u) Romam *A* 3*. v) in libertatem *A* 3; R. libertati *Cusp.;* sine libertate *emendavit, qui Senecam edidit, Frid. Haase.* w) *ita hoc loco B* 1. *C;* nichil *A. B* 2.

1) *III,* 2. 2) Liternum *pro Amiterno Orosii lectio vulgata ante Zangemeister cum Seneca.* 3) Amiternum *Oros. IV,* 20, 10, *Hist. misc. IV,* 5, *Frut. p.* 83, 5.

patria. Causa libertatis fui tibi[a], *ero et argumentum: exeo, si*[a*] *plus quam tibi expedit crevi'. Quidni ego admirer hanc magnitudinem animi, qua*[b] *in exilium voluntarium secessit et civitatem exoneravit? Eo perducta*[c] *res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat. Itaque locum dedit legibus et se Liternum recepit, tam suum exilium rei publicae imputaturus quam Hannibalis.*

XLI. Igitur Romani, victis tam Grecis quam Syris, Hispanis etiam ac Affricanis[d], Kartaginem tamquam Romanae urbis emulam[1] ultima sorte[2] delere decreverunt[3]. *Cuius situs,* ut ait Orosius, talis esse[e] *dicitur: XX*[f] *milibus passuum muro amplexa, tota pene mari cingebatur* atque[g] *faucibus, quae tribus milibus passuum aperiebantur. Is locus murum XXX pedes latum*[h] *habuit saxo quadrato*[i], *in altitudinem*[k] *cubitorum XL. Arx, cui Byrsae*[l] *nomen erat, paulo amplius quam duo milia passuum tenebat. Ex una parte murus communis est urbis et Byrsae, imminens mari, quod mare stagnum vocant*[m], *quoniam*[n] *obiectu protentae linguae strangulatur*[o]. *Oros IV,22.*

Hinc bellum Affricanum cepit tercium, L.[p] Censurino[q] et M.[r] Mallio consulibus, quinquagesimo vel amplius post secundum bellum[s] anno[4]. Scipio ergo minor, qui tunc tribunus militum erat, una cum consulibus Romanum exercitum in[t] Affricam ducens iuxta Uticam castra metatus est, evocatisque ad[u] se Kartaginensibus[u] arma simul et naves dare precepit. Quod dum sine mora facerent ac, ut ab urbe per X milia passuum a mari recederent, iussi essent, reversi, penitentia ducti, civitatem defensare parant[v] et duos[w] Astrubales duces creantes arma frustra reparare temptabant, erisque inopiam auri argentique metallo supplebant. Romani Kartaginem acriter impugnare ceperunt. Qui ad ultimam sortem deducti primum Hastrubalem suspicionis[x] occasione necaverunt[y] et ad ultimum Romanis omnes in *ib. ib. IV, 23.*

a) *ita A* 2. *B. C*, 3. 4; lib. furit *A* 3 (-rit *in loco raso*). 3*; furt *fortasse primum A* 1, *ubi tamen continuo* fuit *correctum est;* fui, *omisso* tibi, *duabus litteris erasis sequentibus A* 4; fu'it *C* 2, *omisso* tibi; causa tibi libertatis fui. Tuus semper ero, et argumentum ex eo, *etc. Cusp.;* tibi fui *Seneca.* a*) si plus *om. C* 4. b) quam *A* 2. c) res perd. *A* 1 *(sed signis transposita). C.* d) affrancis *B* 2. e) esse *om. A* 2. f) *ita A. Orosii lectio vulgata;* XXX *B. C;* viginti duo *Oros. ed. Zangemeister.* g) absque *Oros.* h) in latum *A* 2. i) quadratum *C* 3. 4. k) altitudine *A* 4. l) nomen Byrsae *A* 2. 4. m) vocabant *Cusp., Orosii lectio vulgata ante Zangemeister.* n) quippe *A*; quae *add. B* 2, *sed continuo delet.* o) tranquillatur *Cusp., nonnulli Orosii codices.* p) *super* L. *superscr.* Lucio *B* 2. q) -nsurino *in loco raso A* 2; centurio *A* 3*. r) *super* M. *superscr.* Marco *B* 2. s) bello *A* 1—3. 3*. t) in *om. C* 3. 4. u) Kartag. ad se *A. B* 2. v) parant *om. C* 4. w) duos *om. B* 1. x) scipionis *A.* y) necaverint *A* 3*; vocauerunt *C* 3.

1) *Oros. IV,* 23, 9; *Aug. De civ. Dei III,* 21; *Sallust. Cat.* 10, 1. 2) *Oros. IV,* 23, 1. 3) *Oros. IV,* 22, 1. 23, 9; *Frut. p.* 84, 30. 4) *Ex Orosio IV,* 23, 1.

Oros. IV, 23. deditionem venerunt. Itaque Kartago funditus a Romanis, lapidibus muralibus[a] in pulverem diminutis[b], diruitur, ipsaque cremata, miserum humanarum rerum spectaculum relinquens, X et VII diebus continuis[c] arsisse perhibetur, omnisque multitudo captivorum, exceptis paucis principibus, venditur[d.1]. Regina, Hastrubalis uxor, malorum intuitu femineo furore cum duobus filiis igni se dedit. Sicque[e] ultimae reginae[f] ac primae, Dydonis scilicet[2], sors et exitus similis fuit. Factum est autem huius[g] potentissimae urbis excidium anno a conditione eius plus[3] quam DCC⁰, anno vero ab Urbe condita DC⁰III⁰[h], Gneo Cornelio Lentulo, Lutio Mumio consulibus. Et ita bellum Punicum tercium quarto, ex quo ceperat, anno terminatur. Cuius occasionem penitus se
ib. IV, 22. ignorare Orosius testatur[4]. Interi[i] haec Scipio Masinissa mortuo inter filios suos regnum Numidiae[k] partitur.

XLII. Circa idem tempus[1] fuisse Symonem ultimum[5] ex Machabeis Hebreorum[m] ducem tam ex supputatione regni Grecorum quam[n] ex consulatu prefati Lucii conici datur. Cum enim C⁰LXX⁰II⁰ anno regni Grecorum clipeus aureus Romam a Symone missus[o] invenitur[6] rescriptumque fuisse[p] a Lucio[q] consule Ptolomeo Egyptiorum[r] regi idem liber testatur[7], ante destructam Kartaginem, quae C⁰LXX⁰VII⁰ Grecorum regni anno facta est[s], IIII⁰ anno amiciciae fedus inter Symonem magnum sacerdotem[s] ac Romanos initum pru-

a) mirabilibus *A* 2. *C* 4; murabilibus *A* 4; miralibus *C* 2. b) deminutis *A* 4; minutis *C* 3. 4. c) cont. *om. A.* d) venduntur *A.* e) -que *om. A (sed manu s. XVI. suppl. A* 1*).* f) reginae ac *om. A (sed manu s. XVI.* regine ac *suppl. A* 1*).* g) huius *om. C* 3. 4. h) DC⁰II⁰ *A;* DCVI. *Oros. (sed* DCIII. *cod. Rehdig. et cod. Vatic.* 1974*), Frut.* i) Inter — partitur *(l.* 15*) om. A* 4. k) Numide *A* 3*. l) *alia manu superscr.* denique *et in marg.* Otto *add. A* 4. m) hebrorum *B* 2. n) quam *om. A* 3*. o) missus — Symonem *(l.* 24/25*) om. C* 3. p) fuisse *om. C.* q) Lucio *om. A.* r) regi Egypt. *A.* s) sac. *om. C* 3.

1) *Cf. Frut. p.* 84, 60. 2) *Cf. Vergil. Aen. IV.* 3) *Id cum II,* 32 *in. non convenit.* 4) *Oros. IV,* 23, 8. 5) *Iohannem Hyrcanum Simonis filium, de quo Frut. l. c. p.* 85, 49 *sqq. plura habet, Otto hic neglexit, sed infra II,* 47, *p.* 123. *Simoni filios eius successisse dixit. Nota primum librum Machabaeorum in nece Simonis filiorumque eius maiorum finem habere.* 6) 1. *Mach.* 14. 7) 1. *Mach.* 15, *ubi v.* 10. *annus* 174. *memoratur.* 8) *Ab anno ab u. c.* 426, *quo supra II,* 25. *patri in regnum successisse Alexandrum, usque ad annum ab u. c.* 603, *quo modo bellum Punicum tertium finitum Otto dixit, fiunt anni* 177. *Sed cum secundum Frutolfum p.* 84, 45. *Carthago* 32. *Phylometoris anno subversa sit, isque, si annos a Frutolfo prioribus Ptolemaeis Alexandriae regibus attributos respexeris,* 177. *a primo primi Ptolemaei anno annus inveniatur, quaeri potest, num* 177. *regni Grecorum annum apud aliquem auctorem Otto legerit et perperam a primo Alexandri Magni anno computando ad hoc, ut supra l.* 11. 606. *Orosii et Frutolfi in* 603. *ab u. c. annum mutaret, inductus sit (sed vide n.* h*).*

dens lector inveniet. Et ut apertiora[a] quae diximus fiant, anno CCCC⁰XX⁰VI⁰[b] ab Urbe condita Alexander[c], qui primus in[d] Machabeorum hystoria regnasse dicitur in Grecia[1], Philippo in regnum successit[c·2]. Anno vero[e] ab Urbe condita DC⁰III⁰ Kartaginem deletam invenies. Supputantur ergo a primo regno Grecorum, id est ex quo Alexander regnare cepit, usque ad destructam Kartaginem anni CLXXVII; legatum vero a Lucio Ptolomeo regi Egyptiorum pro Iudeis missum C⁰LXX⁰IIII⁰[f] anno[g·3] reperies, ante[h] destructam Kartaginem anno III⁰[i]. Verum si a VI⁰ regni[k] Alexandri anno, id est ex quo occiso[l] Dario Medos et Persas subegit[4], Grecorum regnum, quod tunc auctoritatem habere cepit, supputari incipit[m], triennio[n] post destructam Kartaginem terciumque Punicum bellum finitum hanc legationem[o] vel potius *preceptum ad potentissimos orientis reges Ptolomeum et Antiochum datum invenies. Nec mirum, si tantae urbis, utpote quae non solum Affricam, sed et Sardiniam, Siciliam ac pene Hyspanias[p] sibi subiecerat[5], potiti victoria iam etiam orientis Romani didicerant imperare regibus[6]. Si autem non ab Alexandro, sed a successore suo in[q] Syria Seleuco regni Grecorum supputatio inchoatur, anno XXI⁰[r] post deletam Kartaginem pro Symone et populo Iudeorum haec legatio Romanis[s] facta cognoscitur, Iudasque et Ionathas ante destructam Kartaginem fuisse creduntur. Sicque non incongrue[t] optimi legis Dei zelatores Machabei et incliti Romanae urbis ac paternarum legum defensores Scipiones aequales[u] inveniuntur. Quod enim a Seleuco regni Grecorum supputatio iuxta Machabeos incipiat, Ieronimus in Danielem velle videtur, ubi ait: *Post mortem Iaddi*[v] *sacerdotis, qui sub Alexandro templo prefuit, suscepit pontificatum Onias. Quo tempore Seleucus subiugata Babylone diadema tocius* *Hier. in Dan.* 9, 24.

a) aptiora *C* 3. 4. b) CCCC⁰XX⁰VII⁰ *A* 1—3. 3*. c) in regnum Phylippo . . . . Alex. successit *C*. d) primus *iterum add.* *A* 1. e) vero *om.* *A* 3*. 4. f) CLXXIII⁰ *C*. g) anno *om.* *C* 3. h) anno *A* 3*. i) IIII⁰ *C*. k) regi *B* 1. l) Dario occiso *C* 3. 4. m) cepit *corr.* incipit *A* 1; incępit *A* 3. 3*. n) tricennio *A* 3*; biennio *C*. o) legatiōē *A* 2; legatione *A* 3. p) Hispaniā *A* 3*. q) in *om.* *A* 3*. r) *ita* *B* 1; XX. *C*; XX⁰I⁰ anno *A*. *B* 2. s) a Rom. *A* 4. t) ingrue *A* 2; incongrui *C* 2. u) contemporanei *C*. v) Addi *A*.

1) 1. *Mach.* 1, 1. 2) *Supra II,* 25 *in.* 3) 1. *Mach.* 15, 10 *sqq., ubi tamen* legatum *ad Ptolemaeum missum esse non inveni, v. infra l.* 15 sq. 4) *Frut. p.* 61, 65. 5) *Oros. VII,* 2, 6. 6) *Cf. Iord. Rom.* 208: Post Africam iam vinci neminem puduit, sed aequo iure ubique subactae.

Asiae capiti suo imposuit, anno XII° mortis[a] *Alexandri. Ex qua aetate scriptura Machabeorum regnum Grecorum enumerat.* Appone ergo priori supputationi VI Alexandri annos, quibus post mortem Darii toti Asiae imperavit, et hos XII Seleuci, et repperies X et VIII. Quibus si triennium[b], quo[c] prior supputatio excidium Kartaginis excessit, addatur, viginti unius[d] annorum, ut dictum est, numerum supplebis. Utrum vero sic vel sic fuerit, post victoriam Pyrri et triumphum Affricani belli secundi Romanos primo[e] claros apparuisse, primo imperium[f] in exteras regiones dilatasse innuitur.

Oros. V, 3. XLIII. Eversa Kartagine, hisdem, quos memoravi[g·1], consulibus Corinthus velud omnium opificum officina[h], inter omnes Macedoniae Achaiaeque[i] urbes opulentissima[k], ferro igneque a Romanis deletur, et sic duarum nobilissimarum urbium[l] triste ac miserabile orbi[m] uno anno illuxit incendium[2]. Hinc mixtis ex incendio diversorum[n] metallorum generibus Corinthium es seu[o] Corinthia vasa nomen et exordium susceperunt. Tantam victoriam *ib. V, 4.* subsequens clades obnubilavit[3]. In Hyspania siquidem non multo post cum Numantinis Mancino consule male pugnatum est, fedusque turpius pro redimendo milite, sicut[p] prius[q] a Pompeio, initum. Senatu ergo decernente fedus rumpitur, Mancinusque auctor federis *ib. V, 7.* Numantinis vinctus mittitur. Scipio vero Affricanus consensu omnium consul creatus ad expugnandam Numanciam exercitum ducit. Itaque tam virtute quam prudentia ducis Numantini dum se superari[r] vident[s], mori potius quam[t] servire parati, barbara[u·4] prius[v] potione deebriati[w], in castra Romanorum ruunt[5], fugassentque procul dubio hostes[x], si Scipio non affuisset. Ultima demum[y] desperatione fracti[z] se ipsos cum universa suppellectile[6], ne quem ibi in homine seu qualibet[a] possessione triumphum Roma videret, igni dare quam Romanis[b] servire maluerunt.

a) mortis *om. C* 3. b) biennium *C*. c) quae *A*. d) unius *om. C*. e) primo *om. A* 2. f) in ext. reg. imp. *C* 3. 4. g) numeravi *A*. h) offic. *om. A*. i) Achaique *A* 1—3. 4 *(corr. alia manu* Achaieque *A* 2*)*; Achaieq;, -e- *expunctum A* 3*. k) epul. *B* 1; opulentissimas *C* 2. l) urbium *om. A (manu recentiore in marg. suppl. A* 4*)*. m) uno anno orbi *C*. n) diversarum *A* 3. o) Cor. seaseu *A* 2, *post* Cor. *locus rasus, ubi* &a *scriptum fuisse videtur, pro quo alia manu supra lin.* ca *add.;* Cor. es esu *B* 1. p) sic *B* 2. q) prius *om. B* 1. r) superare *C* 4. s) videt *mut.* videʼt *C* 2. t) qua *A* 3. u) barbari *B* 2. v) p9 *A* 3*. w) deebr. pocione *A* 2; debriati *C (mut.* ebr. *C* 2*)*. x) hostes *om. C* 2. y) demum *om. A*. z) facti *B* 1. a) qualib; *A* 1; qualib3 *A* 3*; qualib9 *A* 3. b) serv. Rom. *A* 3.

1) *II*, 41. 2) *Pauca cum Frutolfo magis conveniunt.* 3) *Similia habes apud Oros. VI*, 14; *cf. etiam Aug. De civ. Dei III*, 21. 4) larga *apud Orosium et Frutolfum nos quidem legimus.* 5) *Cf. Frut. p.* 86, 20. 6) *Cf. Frut. p.* 86, 25.

Sufficiunt ad comprobandam mortalium mutabilitatem[a] mala quae[b] posuimus[c], multisque de civibus mundi dictis ad cives Christi ac Christiana tempora festinandum arbitramur. Meminisse enim lectorem volumus nos ad ostendendas mutabilium rerum miserias conflictationes seculi ponere ex promisso[1] debere, quatinus earum consideratione ad regni Christi quietem permanentemque[d] sine fine felicitatem transeundum rationis intuitu ducamur[e·2].

XLIIII. Romani, quamvis iam pene totius orbis potirentur dominio, tamen nondum ad plenum subiugatis gentibus, bella habuere[f] exterius, intestinis vero malis habundabant interius[3]. Hinc Iugurtinum bellum sub Metello Marioque[g] terminatum[4], hinc Cymbricum[h] ac Teutonicum, Gallorum, Germanorum bellum acerrimum tam[i] miserabiliter ac inmaniter est actum[k], ut in uno a predictis gentibus bello LXXX milia Romanorum et XL milia calonum et lixarum, Gaio[l] Manlio consule et Quinto Cepio proconsule, cum duobus filiis consulis fusa invenias[5]. Cum quanto vero detrimento eorum quinto consulatu Marii[6] devicti fuerint, dicere necesse non est, cum victorum tanta dampna precesserint.

Sequitur[m] hoc malum maxima[n] ex[o] intestino[p] bello[7] Romanorum clades Sylla Gaio Marioque *auctoribus[q·8], quo per X annos protracto CL Romanorum[r] milia cesa fuisse inveniuntur[s·9]. Exhinc Romanorum rem publicam non solum imminutam, sed pene amissam testis est Tullius sic in libro de Officiis dicens: *Veruntamen quamdiu imperium R. P.*[t] *beneficiis tenebatur, non iniuriis, bella aut pro sociis*[u] *aut de imperio gerebantur, exitus erant bellorum aut mites aut necessarii. Regum, populorum, nationum* *Cic. De off. II, 8, 26. 27.*

a) mutabitatem *A* 2. b) quae *om. B* 1. c) pposuimus *radendo corr.* pos. *B* 1. d) -que *om. A* 3*. e) dicamur *A* 3*. f) habuer~ *A* 2. g) sub Mario Metelloque consulibus *A* 4. h) Gimbricum *A* 2; Cimbrium *A* 3*. i) tam mis. ac inman. *om. C* 3. k) ac actum *A* 1. l) et *add. A* 2. m) SR (= Super) *A* 1—3. 3*; Sup *A* 4. n) maxima *alia manu mut.* maxime *A* 2. o) et *B* 1. p) intestino *corr. ex* intestina *A* 1 *(vel vice versa)*. 2 *(alia manu)*. 3*. 4; intestina *A* 3. q) consulibus *A*. r) "Rom. "mil. *signis alio atram. add. post transposita C* 3. s) invenientur *A* 3*. t) *ita A* 1—3. 3*. *Cusp.;* Rei P. *A* 4. *C;* rei publice *B* 1; res publica, *supra literas* -e- *et* -a *loci rasi, littera* -s *fortasse postea, sed a scriba suppl., B* 2; populi Romani *Cic.* u) pro sociis *in loco raso A* 3; aut psonis *A* 2. 4.

1) *Supra II,* 32 *fin., cf. etiam II, Prol., p.* 67, *n.* 2; *infra IV,* 31. *V,* 36 *fin.* 2) *Cf. supra I, Prol. in. et infra II,* 51. *VI,* 17 *fin., v. etiam VIII,* 34. 3) *Cf. Sallust. Iug.* 41; *Aug. De civ. Dei III,* 21; *Oros. V,* 8. 4) *Oros. V,* 15. 5) *Oros. V,* 16 *in.* 6) *Oros. V,* 17, 1. 7) *Cf. Frut. p.* 87, 45. 8) *Oros. V,* 19 *sqq.* 9) *Oros. V,* 22, 1.

portus erat et refugium senatus. Nostri autem magistratus imperatoresque ex hac una re laudem[a] *capere studebant, si provincias, si socios equitate et fide defendissent. Illud itaque patrocinium orbis terrae verius quam imperium poterat nominari. Sensim hanc*[b] *consuetudinem et disciplinam iam antea minuebamus, post Syllae vero victoriam penitus amisimus. Desitum est enim videri quicquam*[c] *in socios iniquum, cum extitisset*[d] *in cives tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria. Est enim ausus dicere, hasta posita cum bona in foro venderet et bonorum virorum et locupletium et certe*
Cic. De off. II, 8, 28. *civium: predam*[e] *se suam vendere.* Et infra: *Ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus et ex ea urbe*[f] *triumphari, sine qua numquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.* Et post pauca:
ib. 29. *Neque vero umquam bellorum civilium semen et causa deerit, dum homines perditi hastam illam*[g] *cruentam et meminerint et sperabunt.* Ex quo apparet Romanos quidem crevisse in divitiis et potentia, sed decrevisse, ex quo avariciam sequi ceperunt, in veritate et iusticia[1]. Unde
ib. 21, 75. est rursum[h] illud Tullii: *Utinam, inquit G. Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reservavisset*[i], *et tum essem natus, quando*[k] *Romani dona accipere cepissent, non essem passus diutius eos imperare. Ne illi multa secula expectanda fuerunt: modo enim hoc malum in hanc rem publicam invasit.*

Oros. V, 21. Sylla iste tabulas proscriptionis instituit, occisisque[l] pluribus consularibus viris, M.[m] etiam Marium effossis oculis menbrisque truncatis vita privavit. De quo Tullius in
Cic. Par. 2, 16. Paradoxis: *M.*[n] *Marium vidimus, qui mihi in secundis rebus unus ex fortunatis hominibus, in adversis unus ex summis viris*[o] *videbatur, quo beatius mortalium*[p] *nichil*
Oros. V, 21. *esse potest.* Gaius vero Marius ob hanc causam viso[q] sociis capite desperatione correptus[r] servo iugulum prebuit.

Deinceps Catilinarium civile sequitur bellum[2], quod Salustius prudenter ac luculenter satis, sicut[s] et[t] Iugur-

a) maximam laudem *Cusp., Cic.* b) hanc *om. B* 2. c) quisquam *A* 2. d) extisset *B* 2. e) predam *om. A* 3*. f) urbem *C* 3. 4. g) illa *A* 3*. h) rursus *A* 2; illud rursum *A* 3. i) reseruasset *A* 2. *C.* k) quando — essem *(l. 24) om. C* 3. l) -que *om. A* 2. m) *super* M. *superscr.* metellū *B* 2; Marcū *C* 3. 4; C. *Cusp.* n) *super* M. *superscr.* metellū *B* 2; C. *Cusp., Cic.* o) vid. viris *A* 2; viris *om. A* 3. p) beatius esse mortali nihil *Cusp., Cic.* q) cap. socii *A.* r) captus *A.* s) sicut *om. C* 4. t) etiam *A* 1. 3*. 4.

1) *Quae fusius tractat Sallust. Cat.* 10—12; *cf. etiam* 52, 21 *sq.*
2) *Oros. VI,* 6.

tinum, executus est[1]. Macedonicum quoque hisdem diebus gravissimum[a] fuisse invenitur[2]. Tunc etiam Attalus rex Asiae moriens regnum cum testamento Romanis reliquit[3].

XLV. Inter haec mala[b], quae diximus, Mitridatici belli clades, omnibus prioribus excepto Affricano maior[4], per XL[5] vel iuxta alios per XXX annos extenditur. Anno ab Urbe condita DC°LX°[c], quo etiam civile bellum ceperat, inardescere cepit, Cicerone et Antonio consulibus terminata, et, ut ait Lucanus[6]: *Oros. VI, 1. et V, 19.*

Barbarico[d] tandem *vix consummata veneno est.*

Mitridates enim Ponti Armeniaeque rex, dum Bithiniae regem Nicomedem, amicum Romani populi, regno privare conatur, a senatu, ne faciat, monetur, minis etiam, si non cessaret, appositis. Proinde motus Mitridates non solum regno expulit[e] Nicomedem, verum etiam Capadociam, alio rege, Barzane scilicet, inde eiecto[7], igne[f] ferroque vastavit. Preterea Ephesum veniens omnes cives Romanos dato edicto[g] necari precepit. Inde Archelaum ducem suum in Greciam mittens tam[h] Athenas quam totam Greciam in deditionem accepit. Contra quem Sylla cum exercitu missus Archelao C[i] milia interfecit urbemque Atheniensium diu obsessam ad ultimum recepit[k]. Mitridates strage suorum comperta, exercitum LXXXIII[l] militum[m] electorum Archelao in auxilium mittit. Ex quibus L milia cesa fuisse feruntur. Tercio rursus[n] Archelaus cum Sylla congressu[o] vinciturp, ibique universae copiae eius funduntur. His aliisque innumerabilibus, quae longum est enumerare, malis ad hoc[q] tandem potentissimus[r] ille, qui pene totum orientem sibi *subiugaverat, pervenit rex, ut, qui antea[s] non solum gentibus, sed et regibus imperando venenum tantum timeret, non gladium, ac naturam[t] suam multis firmasset antidotis, — ad hoc, inquam, tam bellorum infortuniis quam filii sui regno eum deponere molientis molestia *ib. VI, 2.* *cf. ib. VI, 5.*

a) fuisse grav. *A* 2. b) quae dix. mala *A*. *B* 2. *Cusp.* c) DCLXII. *Oros.* (*sed* etcentissimo sexagissimo *cod. Donauesch.*; DLXI. *alii*). d) Babar. *B* 2. e) Nicom exp. *C*. f) igne inde eiecto *C* (iniecto *C* 2); ferro igneque *A* 4; igne — dato (*l.* 17) *in marg. infer. suppl. et signis ante* eiecto *inserta B* 2. g) edicto *om. B* 2. h) quam *C* 3. 4. i) centum decem *Oros.* k) cepit *C*. l) LXXXII *A* 2; septuaginta milia *Oros.* m) milium *A* 3*. n) rursus *om. A* 3; rursum *C* 4. o) *ita A* 1 (-o *corr.* -u). 3*. *B. C*; congressi *A* 2; congressa *A* 3; congressus *A* 4. p) vincuntur *A*. q) hoc *e corr. A* 1; hanc *A* 2. 4. r) potentissimu *A* 3*. s) ante ea *B* 2; ante *C* 3. t) natura *A* 3.

1) *Sallustium Iugurthini belli scriptorem Frut. p.* 87, 3, *Catilinarii tumultus p.* 89, 20 *(et Oros. VI,* 6, 6*) habet. Sed Ottoni ipsa auctoris opera trita fuisse expresse dicendum non est.* 2) *Oros. V,* 23, 17 *sqq.*; *Frut. p.* 88, 35. 3) *Oros. V,* 8; *Frut. p.* 86, 35; *Iord. Rom.* 222. 4) omnibus — maior *apud Orosium expressis verbis non leguntur.* 5) *Ita etiam Aug. De civ. Dei V,* 22. 6) *Lucan. Phars. I,* 337. 7) expulso ab ea Ariobarzane rege *Oros. VI,* 2, 1, *quod nescio an iam in codice ab Ottone adhibito corruptum fuerit.*

deductus est, ut veneno se necare vellet, sed medicinis[a]
Oros. VI, 5. antea firmata natura non posset. Occisis itaque uxoribus ac filiabus suis, dum nullo veneni genere ipse[b], ut dixi, perire posset, militi iugulum prebuit, sicque LXXII[os] etatis habens annos vita decessit[c] nobisque miserae mortalium conditionis exempla reliquit[1]. Fertur de ipso, quod, dum a filio suo regno[d] pelleretur, ipse ex altissimo prospiciens muro exorabat filium, sed non est auditus. 'Quoniam[e]', inquit, 'Farnaces mori iubet, dii, si estis patrii, precor[f], ut quandoque[g] ipse hanc vocem a liberis[h] suis audiat'. Sicque 'dii, si estis patrii' dicens[i] eos veros esse deos[k] dubitavit.

XLVI. Igitur Mitridatico terminato bello malisque tam socialibus quam civilibus[2] sopitis factioneque Catilinae ad plenum abolita[3] Romani se intra se cohibere non valentes nec terminis suis, quos iam habere ceperant, contenti[4] totum orbem in provinciam redigere cupiunt[5].
Oros. VI, 4—6. et Aug. XVIII, 45. Cuius rei gratia Pompeius clarissimus eorum dux exercitum gubernandum[1] in Asiam suscepit, totumque pene orientem Romanorum imperio in brevi subiecit[m], regibus aliis mutatis, aliis subactis. Inter alia orientis[n] regna Hierusalem veniens capta civitate templum, quo soli populo Dei immolare licuit, oblatis hostiis polluit[6] regemque eorum Aristobolum vinctum Romam misit et Hircano fratri suo summum sacerdotium tradidit[7].

Quoniam autem Iudeorum mentionem fecimus, in quibus tunc tantum iuxta prophetam, exceptis paucis, qualis fuit Iob[8], notus fuisse Deus creditur[o·9], qualiter post prophetas et relaxatam[p] captivitatem usque ad id temporis civitas Dei fuerit, paucis[q] aperiam.

Aug. XVIII, 42, cf. 45. XLVII. Post mortem Alexandri, cum principes eius diversas sortirentur provincias, Ptolomeo Lagi[r] filio[s] sorte

a) medicina *A* 2. b) ipse *om. C* 3. 4. c) discessit *A* 2. d) regno *om. C* 4. e) Qd' (= Quod) *C* 3. 4. f) precor — patrii *(l. 11) om. A.* g) -que *om. C* 2. h) leberis *B* 1. i) dicens *alia manu delet. et* precor *superscr. A* 2. k) eos *B* 2; deos esse *A* 2. 4. l) gubernaculum *A* 3*. m) suscepit *A* 1—3; sucepit *A* 3*. n) orientis *om. A* 3. o) traditur *Casp.* p) relaxā *A* 2. q) pacis *A* 2. r) Lai *B* 1; Largi *C* 3. s) suo *add. B* 2.

1) Hunc exitum vitae M. habuit nobisque sententiae suae fortissimum argumentum reliquit *Oros. VI,* 5, 7, *de dicto Mithridatis ab Ottone in fine c.* 45. *allato disputans.* 2) *Cf. ex. gr. Oros. V, Prol. in., vel similes loci, ut V,* 24, 9. 3) *Oros. VI,* 6. 4) *Cf. p.* 95, *n.* 2. 5) Romani — cupiunt *apud Ottonis auctores expresse, quantum video, non leguntur.* 6) *Aug. XVIII,* 45: ad sancta sanctorum, quo nisi summum sacerdotem non licebat intrare, non ut venerator, sed ut profanator accedit. 7) *Iosephus, Ant. Iud. XIV,* 8; *De bello Iud. I,* 5. 8) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 47. 9) *Psal.* 75, 2: Notus in Iudaea Deus.

devenit Egyptus[1]. Is multos ex Iudeis captivavit. Cui successit Ptolomeus Philadelphus, qui non solum religionis intuitu captivos relaxavit, verum et templo regalibus muneribus donato libros legis ab Eleazaro sacerdote poposcit. Quos[a] dum accepisset ac in biblioteca nobili deposuisset, interpretes eorum[b], qui eos[c] de Hebreo in Grecum transferrent[d] sermonem[2], requisivit. Hinc[e] de singulis tribubus dati sunt presbyteri[3] usque ad LXX[4], qui in utraque lingua periti spiritu sancto dictante[5] singuli singulis cellis uniformem civitati[f] Dei utilem valde ediderunt interpretationem. Ieronimus tamen[g] in una domo Alexandriae refert eos conferendo simul interpretatos fuisse. Post haec a Ptolomeo, qui et Epiphanius, Alexandriae rege capti, deinde ab Antiocho multis malis sunt attriti ac[h] ad ydolatriam coacti. Cui fortissimus vir Iudas cum fratribus suis fortissime restitit. Successit Iudae Ionathas, cui Symon, ac post ipsum filii eius.

Hieron. Praef. in Pentat.

Aug. XVIII, 45.

Frut.[6]

Quia ergo in[i] Machabeis omnes canonicae terminantur historiae, qualiter post haec gentis Hebreorum regnum usque ad Christum steterit, ex historiis tantum eorum cognosci datur[7]. Non enim, ut ipsi perfide argumentantur, unctio in captivitate Babylonica defecit, sed secundum ipsorum hystoriographos populus ille post illud tempus non solum summos sacerdotes, sed etiam reges habuit[8]. Quorum[9] primus post Symonem eiusque filios[k] Aristobolus fuit. Cui Alexander et ipse rex et sacerdos successit. Qui[l] ob nimiam, quam in suos exercuit, crudelitatem, dum, qualiter eis[m] conciliari[n] posset, requisivit, responsum est, si moreretur[10]. Post hunc[11] uxor eius regnavit Alexandria[o], cuius filii fuerunt[p] Hyrcanus et[q] Aristobolus. Ex quibus dum regnaret Aristobolus, Pompeius Romanorum princeps ab Hyrcano vo-

a) Quod *A* 3*. b) earum *C*. c) eas *C*. d) transferunt *C (alia manu corr.* transferrent *C* 3*)*; serm. transfeirent (!) *A* 2. e) Huic *Pithoeus*. f) civitatem *A* 3. g) tm̄ *C* 3. 4 *(corr.* tn̄ *C* 3*)*. h) et *C* 2; ac *om. C* 3. i) "omnes 'in Mach." canon. termin. 'hist. *signis appositis transposita A* 1; omnes in Mach. canon. t. h. *A* 2. 3. 4; canon. omnes termin. in Mach. hist. *A* 3*; canon. omnes in Mach. t. h. *B* 2. k) filius *C* 3. 4. l) Cui *Cusp.* m) eius *A* 3*. n) reconciliari *A* 2. 4; consiliari *C* 2. o) Alexandra *Aug., Frut.* p) fuere *C*. q) et — Hyrcanus *(p.* 124, *l.* 2*) om. C* 2.

1) *Cf. etiam Oros. III,* 23, 7; *Frut. p.* 75, 55; *Ios. Ant. Iud. XII,* 1 *sq.* 2) *Cf. Frut. p.* 78, 10. 3) *Ex Eus.-Ruf. Hist. eccl. V,* 8, 12. 4) *Ita Ios. Ant. Iud. XII,* 2, *Eus.-Ruf. Hist. eccl. V,* 8, 12, *Frut. l. c.*; 72 *Aug.* 5) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 43. 6) *Cf. Ios. Ant. Iud. XII,* 6 *sqq.*; *De bello Iud. I,* 1 *sq.*; *Hegesippus I,* 1, 4 *sqq.* 7) *Cf. Hegesippi Prol.* 8) *Cf. Hegesippi Prol.*; *Aug. De civ. Dei XVIII,* 45. 9) *Cf. Ios. De bello Iud. I,* 3; *Aug. De civ. Dei XVIII,* 45. 10) *Ex Ios. Ant. Iud. XIII,* 19 *fin.* 11) *Cf. Ios. De bello Iud. I,* 4 *sq.*; *Aug. l. c.*; *Frut. p.* 88, 20.

catur, captoque ab ipso, ut supra dixi[1], Aristobolo et in vinculis posito, Hyrcanus fratri subrogatur. Sicque velint nolint ex propriis Iudei[a] convincuntur testimoniis Herode primo alienigena[b] regnante[c·2] natoque Christo
Gen. 49, 10. illam impletam fuisse prophetiam, qua dicitur: *Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est,* et cetera[d·3].

Qui vero his diebus cives Christi fuerint, non facile perpendi potest. Iam enim prophetae siluerant, eratque,
Sap. 18, 14 *sq.* iuxta quod scriptum est[4], medium silentium ac profundissima nox, venturumque in proximo a[e] regalibus sedibus omnipotentis sermonem *hoc ipsum silentium ac cecitas noctis presagebat. Sicut enim appropinquante claritatis[f] luce nox amplius densatur, cunctisque sopore depressis silentio omnia tenentur, sic apparituro in carne Dei verbo cunctumque suo mundum ortu irradiaturo non solum malorum turbines civitatem mundi obnubilando tegebant, verum ipsam civitatem Dei tenebrae operiebant, silentium tenebat, ut venientem in carne lucem tanto ardentius homines conspicerent, quanto eam tenebris ante depressi, malis fessi avidius prestolati[g] fuissent. Extitisse tamen et tunc[h] cives Christi, quamvis propter silentium scriptorum quidem[i] taceantur, ex hoc precipue intelligi datur, quod VII milia virorum, quae[k] sub Helia fuere[l·5], usque ad finem mundi non[m] defutura civitati[n] Dei[o] credimus.

At Hyrcanus[6] Herodem Antipatris filium alienigenam[p] ad regni negotia administranda assumpsit. Qui iniqui et perfidi tyronis[q] officium exequens Hyrcano vita et regno exempto regnum invasit ac permissione Romanorum tandem obtinuit. Hic etiam, ut regno liberius potiretur, non solum regiam, sed et sacerdotalem unctionem abolevit[7] vestemque sacram solis sacerdotibus gestare licitam ad

a) Iudei *om. A* 2. b) aligenigena *A* 1. 3. c) regnante *om. A.* d) et ipse erit expectatio gentium *pro* et cet. *A* 4. e) a *om. B* 2. f) clarit. *om. C* 2. g) prestolari *A* 3*. h) tunc *om. A.* i) quidem *om. C.* k) qui *A* 2. l) fuerunt *A. B* 2. m) non *erasum A* 2. n) civitate *A* 2. *B* 1, *corr.* -ti *B* 1. o) Dei *om. C* 2. p) aligenigenam *A* 1. q) militis *C.*

1) *II,* 46. 2) *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 45. 3) *Eundem locum, sed non iisdem verbis attulit Aug. l. c.* 4) *Sap.* 18, 14. 15: Cum enim quietum silentium contineret omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de caelo, a regalibus sedibus . . . prosilivit. 5) 3. *Reg.* 19, 18; *cf. supra I,* 29 *fin.* 6) *Cf. Ios. De bello Iud. I,* 8 *sqq.; Heges. I,* 18 *sqq.* 7) *Cf. Ios. Ant. Iud. XV,* 9 *fin.*

usus suos profane ac sacrilege redegit, ut merito unctione[a] tam regali quam sacerdotali cessante sanctus sanctorum invisibili oleo in verum regem et sacerdotem unguendus in brevi venturus cognosceretur. De cuius adhuc nequitia et multifaria, qua erga Romanum imperium usus est, versutia qui scire vult, legat[b] Iosephum.

XLVIII. Anno ab Urbe condita DC°XC°III° reverso ab *Oros. VI, 7.* oriente Pompeio ac propter multas victorias cum ingenti triumpho suscepto[1] Gaius Iulius Cesar, ipso et L.[c] Bibulo consulibus, ad occidentem, Gallias Cisalpinam et Transalpinam[d] ac Illiricum domaturus[e], a senatu mittitur. Is itaque fortissimas orbis gentes cum multo[f] Romanorum sanguine in provinciam redegit transitoque Rheno Germanos *ib. VI, 9.* omnium ferocissimos ac bellicosissimos acri et periculoso non[g] solum bello, sed et muneribus multaque prudentia devicit. Quorum virtutes ac fortitudinem qui scire desiderat, ipsius hystoriam a Suetonio scriptam legat[2]. Meminit etiam horum fortitudinis et tantum inperterritae, ut mortem quoque[h] vix timeat, Iosephus seu[i] Egesippus in oratione Agrippae ex[k] horum comparatione Iudeos ad subiectionem[l] Romani imperii hortantis[3]. Porro cum in domandis eiusmodi gentibus ultra statutum terminum, id est quinquennium[4], moram faceret Iulius[m. 5], Romam revertenti[n] a senatu consilio Pompei et auctoritate consulis Marcelli debitus ei triumphus[6] ac denuo consulatus negatur[o. 7]. Quae res belli maximi et non solum civilis, sed et[p] intestini mali causa fuit. Caesar enim[q] haec audiens Ra- *ib. VI, 15.* vennam se contulit ac inde Ariminum proficiscens et lacrimabiliter sociis[r] iniurias suas exponens ad Urbem cum exer-

a) unctionem *A* 3. *B* 2, *corr.* -ne *B* 2; tam regali unct. *A* 2. b) Ios. legat *C.* c) *super* L. *superscr.* Lucio *B* 2; Lucio *C* 3. 4. d) et Transalp. *om. A* 3*. e) domiturus *C.* f) multu *B* 1. g) non solum *om. C* 3. h) quoque *om. A.* i) ac *A* 2. k) et *B* 1. l) a subiectione *C* 3. m) faceret, Iulio *Cusp.* n) reverti *B* 1. o) negetur *A* 3*. p) *pro* et *locus rasus A* 1; etiam *A* 2; et *om. A* 3. 3*. 4. *B* 2. q) enim *om. A* 2. r) suis *add. C* 2.

1) *Cf. Frut. p.* 89, 25. 2) *Eundem errorem apud Frut. p.* 89, 35. *deprehendis. Error ex Orosii verbis (VI,* 7, 2*) nasci potuit. Sed nota secundum viros doctos esse codices commentariorum Caesaris, quorum inscriptiones Suetonii nomen exhibeant.* 3) *Ios. De bello Iud. II,* 16; *Heges. II,* 9, *imprimis* § 115 *sqq.* 4) *Oros. VI,* 7, 1. 5) *Haec apud Orosium aut Frutolfum ita non inveni. Cf. 'Annolied' v.* 399 *sqq., 'Kaiserchronik' v.* 455 *sqq.* 6) *Cf. Lucan. Phars. I,* 286 *sqq.; Gesta Trever. c.* 13. 7) *Oros. VI,* 15.

citu properavit. Diffugientibusque primo[a] in Brundisium[1], post* in Dyrratium[b] Greciae urbem trepidis cum Pompeio civibus victor[c] Urbem ingressus[2] est, fractisque foribus ex erario VII[d] CXXXV auri pondo, argenti vero prope DCCCC protulit. Inde reversus ad legiones, quas[e] in Arimino reliquerat, Alpes transiit ibique tam Gallis quam Germanis, quos paulo ante subiecerat, magnificentissime[f] donatis contumelias sibi a civibus irrogatas deplorat auxiliumque poscit et impetrat[3]. Soli ex Gallis Massilienses, qui et Focenses, eo quod de[g] Grais in Gallias venerint, auxilium Cesari ferre[h] negabant[i]. Unde et[k] gravi et[l] laborioso conflictu devicti sunt. Eo quoque[m] tempore Petreius et Affranius[n] acerba siti ad deditionem Cesaris coguntur[4].

cf. Lucan. Phars. III, 298 sqq.

Oros. VI, 13. XLVIIII. Anno ab Urbe condita DC°XC°VII° Crassus in consulatu collega Pompei in Asiam destinatus, avariciae facibus[o] estuans, Hierosolimam[p] pro templi divitiis, quas Pompeius intactas reliquerat, adiit easque diripuit[q]. Inde per Mesopotamiam iter agens, dum[5] rursum male castigata aviditate auro Parthico nimium inhiat, ab eis ignominiose cum multo exercitus detrimento occiditur. Anno abhinc tercio inusitato incendio, utpote XIIII vicis cum vico[r] Iugario[s] consumptis, Urbs conflagravit. Sequitur haec mala maximis dissensionibus ac molitionibus paratum civile bellum. Nam Cesare cum Gallorum et Germanorum viribus[6] veniente Pompeius patriam defensare[t] volens gentes et reges, quos in oriente subegerat, in auxilium per[u] filium asciscit. Principes Romanorum senatusque cum Lentulo consule Pompeium Magnum in Grecia morantem circa tempus, quo consules mutari solebant, *adeunt semotoque[v] a consulatu Lentulo omnium favore Magnum ducem exercitus creant. Cesar vero hibernis tempestatibus non territus invito milite

ib. VI, 14.

Luc. Phars. II, 628 sqq.

ib. V, 1 sqq.

*p.

ib. V, 403 sqq.

*) primo in Brund. post *om. C, habet Cusp.*

a) in primo *A* 2. b) *ita B* 1; dirracium *C* 3. 4; Tyrratum *A* (tirr. *A* 2); Tyrratium *B* 2; Duratium *C* 2, *ubi manu s. XVI. in marg.* Durachium. c) Urbem victor *C*. d) quattuor milia *Oros.* e) qua *A* 3*. f) magnifice *A*. *B* 2. g) de *om. C* 4. h) ferret *A* 3. i) uegebant, *manu recentiore mut.* uegabant *B* 2. k) et *om. C*. l) et *om. C* 3. m) quoque *om. C* 4. n) Africanius *A* 1. 3. 3*; Africanus *A* 2; Africanius *corr.* Affranius *A* 4. o) face *C*. p) Ierusalem *A* 2. *C* 3. q) dirupit *C*. r) eo *B* 1. s) uigario *A* 2. 3. t) def. *om. A* 3*. u) per filium *om. C*. v) Semotaque *A* 1—3. 3*. *B* 2.

1) *Lucan. Phars. II,* 609 *sqq.* 2) *Cf. Frut. p.* 90, 5. 3) *Similia habent Gesta Trev. c.* 13, *'Annolied' v.* 405 *sqq.*, *'Kaiserchronik' v.* 461 *sqq. Cf. quae Oros. VI,* 15, 3. *et praecipue Lucan. Phars. I,* 296 *sqq.* 392 *sqq. de Caesare Rubicone superato Arimini milites suos alloquente tradiderunt.* 4) *Lucan. Phars. IV, imprimis v.* 259 *sqq.* 5) dum — inhiat *Iord. Rom.* 236. 6) *Cf. supra n.* 3.

periculose mari se committens proficiscitur in Epyrum ibique haut longe a Magno castra metatus est. Ubi dum cum[a] paupere amicla, ad[b] hoc[c] ut Antonio occurreret, infidis[d] procellis inpaciens morae[e] se credit, ventis obortis naufragium pene passus ad suos redire compellitur. Igitur ex omni parte mundi vires contractae multoque Romanorum sanguine gentes devictae ipsorum modo vocatione congredi[f] coguntur. Iam enim in tantum rei publicae profecerat status, ut ulterius non posset. Et[g] cum extrinsecus corrumpi non valeret, iuxta poetam[h.1] in se ipsam ruere debuit. Itaque LXXXVIII cohortibus ex utraque parte[2] triplici ordine compositis, in campis Fassalicis[i] uterque convenit exercitus. Videres[k.3] lacrimabilem ac miserabilem pugnam, cives tocius orbis dominos[4] in se divisos cum tocius orbis viribus ad invicem dimicare et, ut ita dixerim, unius matris filios propriis manibus se volentes eviscerare[5]. Dum ergo dubia diu sorte se utrique cederent exercitus, Pompeius tandem atrocitate Iuliani militis cum suis fugere cogitur, et sic Cesari victoria cessit. Cesa sunt in[l] eo prelio XV Pompeianorum, XXXIII[es] centuriones. Pompeius fuga elapsus navim onerariam conscendit ac per Cyprum in Egyptum navigans, mox ut[m] litus attigit[n], iussu Ptolomei ob gratiam Cesaris interimitur. Pompei uxor cum filiis fugit, ceterum occisis multis classis direpta est. Cesi[o] sunt Pompeius Bithinius[p] ibi, apud Pelusium vero Lentulus vir consularis[q].

Luc. Phars. V, 476 sqq.

Oros. VI, 15, 23 sqq.

ib.

ib.

L. Cesar compositis omnibus Alexandriam venit ibique oblato sibi cum armilla Pompei capite flevit, dumque insidias presensisset, in Egyptios convertit[r] arma. Quibus victis Cleopatrae regnum Alexandrinum tradidit. Nam Ptolomeus, cum navali[s] prelio victus fuisset et in scapham conscendisset, multis irruentibus mersus et ad litus actus indicio loricae aureae cognitus fuerat. Post haec Cesar Romam veniens a civibusque dictator et consul vocatus in Affricam

ib. VI, 15, 29 sqq.

ib. VI, 16.

a) cum *om. A* 2. b) Antonio occurrere volens *post* morae *(l. 4) pro* ad — occurreret *omissis C.* c) haec *A;* hec *corr.* hoc *B* 2. d) insidiis *A.* e) mori *A.* f) concredi *A* 3*. g) Et *om. A.* h) poetam *om. A* 2. i) tessalicis *A* 4. k) ergo *add. C* 3. 4. l) in *om. A* 2. m) ut *om. A* 3*. n) attingit *A* 3*. o) Cesi — consularis *(l. 25) om. A* 4. p) Bethinius *A* 1. 3. 3*. *B* 2. q) cons. *om. C* 2. r) arma conv. *C.* s) naualio *A* 3.

1) *Lucan. Phars. I,* 81: In se magna ruunt; *cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 45, *ed. Dombart II, p.* 327. 2) 88 *cohortes Pompeium, Caesarem* 80 *in acie locasse Oros. habet.* 3) *Cf. Oros. VI,* 15, 25: Videre ibi et gemere erat contractas Romanorum vires in campis Pharsalicis ad occisionem mutuam constitisse; quas si concordia rexisset, nulli populi, nulli reges ferre potuissent. 4) *Cf. Verg. Aen. I,* 282: Romanos rerum dominos. 5) *Cf. Lucan. Phars. I,* 2 *sq. VII,* 491.

bellum transtulit et apud Thapsum cum Iuba et Scipione manum conserens plurimam Romanorum et barbarorum stragem[a] fecit. Iuba[b] militi iugulum prebuit. Scipio semet interfecit. Cato rigidus veneno hausto[1] Uticae se occidit. Cesar adhuc Pompei nepotes filiamque[c] eius Pompeiam necari iussit. Dehinc Urbem cum[2] IIII[or] triumphis ingreditur ac post in Hispaniam[2] contra Pompeianos milites proficiscens ibi cum ipsis atrox bellum gessit. Quibus cum multo sudore devictis ad Urbem regressus quarto, ex quo id civile bellum ceperat, anno totam Urbem potenter tenuit ac vacantibus omnibus quae in Urbe erant dignitatibus Cesar fuit omnia solus in Urbe[3]. Receptus est tunc[d] ab eo in gratiam M.[e] Tullius Cicero[f] per eiusque interventum M.[e] Marcellus, pro quo disertam et luculentam orationem

Cic. or. pro Marc. 1, 1. edidit, quae sic incipit: *Diuturni silentii, p[atres] c[onscripti], quo eram*[g] *his temporibus usus.* In qua super omnes virtutes Cesaris, quibus[h] diversas nationes domuit, fuisse dicit, quod domito[i] animo M. Marcellum

ib. 3, 8. antea inimicum in gratiam suscepit. Ait enim: *Animum vincere, iracundiam*[k] *cohibere, victoriam temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute prestantem non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem, haec qui faciat*[l]*, non ego*[m] *eum cum summis*[n] *viris*

Oros. VI, 17, 1. *comparo, sed simillimum*[o] *deo*[p] *iudico.* In summo ergo statu Cesar[q] positus, dum contra maiorum exempla rem publicam instaurare cogitat, conscio senatu, Bruto et Cassio[r] auctoribus[s] in curia necatur. Quam[t] quidem hystoriam a nobis compendio strictam pulchro ac luculento versuum ordine[u] Lucanus prosequitur[4].

LI. Exclamare hic contra mutabilium rerum miserias[v] cogimur[5]. Ecce enim, Romanae rei publicae status cum quanto non solum hostium, sed et civium[w] detrimento profecerit, videmus. Alterna quippe muta-

a) strage *A* 3*. b) Iuba *A* 3. c) -que *om. A* 3*. d) tunc *om. A* 3*. e) *super* M. *superscr.* Marcus *B* 2; Marcus *C* 3. 4. f) Ci. *A* 1—3. 3*; Cycero *A* 4. *C* 2; Cipr[o], -r- *fortasse postea add. B* 2. g) eram *om. C* 3. h) omnibus *add. C* 3. i) animo domito *C.* k) iracundia *A* 2. l) facit *C et textus Ciceronis Teubnerianus, sed cf. adnotat. Muelleri.* m) ego *om. C.* n) superbis *C* 2. 3; superioribus *C* 4. o) utilissimum *C* 2. 3. p) deo *om. C* 3. q) positus Cesar *A* 2. r) Crasso *A* 3*. s) actoribus *B* 2. t) Quo *A* 2. u) pulchre ac luculenter *C.* v) miserias *om. C* 2. w) civilium *A* 1—3. 3*. *B* 2.

1) *Ex Frut. p.* 91, 5. 2) *Cf. Frut. p.* 91, 10. 3) *Cf. Lucan. Phars. III,* 108, *qui tamen de anno a. Chr. n.* 49. *loquitur.* 4) *Minime, sed in medio bello Alexandrino terminum fecit.* 5) *Item infra IV,* 31 *in. Cf. ex. gr. Oros. V,* 5 *in.*: Exclamare hoc loco dolor exigit. *Cf. etiam supra I,* 32.

tione ad instar maris, quod nunc succiduis[a] attollitur incrementis, nunc[b] naturali dampno ac[c] defectu subducitur[1], Romanorum res publica nunc[d] gentes et regna bello premendo, subiciendo ad caelos adtolli videbatur, nunc[e] rursum ab eis pressa vel pestilentiis ac morbis desolata ad[f] abyssum usque mergi[2] putabatur, quodque his maius est, omnibus bene ordinatis ac[g] compositis intestino ac civili malo in se ipsam ruens[3] *miserabiliter eviscerabatur[4]. Haec omnia nutantium[h.5] rerum mala et, ut[i] ita dixerim, cottidianae mortalium mortes ad veram ac permanentem eternitatis vitam nos[k] mittere deberent[6]. Verum, ut supra diximus[7], huiusmodi[l] aliisque civitate mundi[m] attrita[n] malis, quasi post densae noctis tenebras lucis[8] verae ortus appropinquabat. Itaque decursis tam Medorum, Persarum, quam Grecorum ac Romanorum alternantium malorum casibus, quia iam ad eius ortum, qui vere pacificus omnia, *quae in caelo* et *quae in terra sunt, pacifica*vit Christus Iesus, propinquamus, huic secundo operi finem demus[9], quatinus ad eam, quae sub Augusto ex nativitatis Christi adventu toti mundo reddita est, pacem dicendam festinemus. Col. 1, 20.

EXPLICIT[o] LIBER SECUNDUS.

PROLOGUS[p] LIBRI TERCII.

Sponsionis meae non immemor[10], dilecte frater*, de duabus civitatibus usque ad Octaviani Cesaris tem-

*) N. *add. C. Cusp.*

a) succidi9 *A* 1. *B* 1, *corr.* succidu *A* 1; succiduis, is *in loco raso alia manu superscr.* *C* 3. b) ñ *B* 1. c) nunc *A*. d) ñ *B* 1; nec *B* 2, *ubi* nec gentes — videbatur *(l. 4) in marg. infer. suppl.* e) ñ *B* 1. f) ad *om. C.* g) et *A* 4. *C* 4. h) mutancium *A* 2; netancium *A* 3. i) ut *supra lin. B* 1. k) nos *om. B* 1. l) huius *C* 3. m) Dei *A* 4. n) malis attrita *C* 3. o) *ita B* 2; Expl. l. sec. *om. A. B* 1. *C. Cusp.* p) *ita A* 3. *B* 1; Prol. tercii libri *A* 3*. *C* 3. 4. *Cusp.;* Incipit prol. l. tercii *A* 4. *B* 2; Prol. l. tercii *om. A* 1. 2. *C* 2 *(qui numerum* LI. *addit).*

1) *Ex Orosio VI,* 14, 1: Igitur Romani status agitur semper alterna mutatio et velut forma Oceani maris, quae omni die dispar nunc succiduis per septem dies attollitur incrementis, nunc insequentibus totidem diebus naturali damno et defectu interiore subducitur. 2) *Cf. Ps.* 106, 26: Ascendunt usque ad caelos et descendunt usque ad abyssos. 3) *V. supra II,* 49, *p.* 127, *n.* 1. 4) *Cf. Oros. VI,* 14, 3: post hanc domesticam intestinamque perniciem, qua usque ad medullas paene eviscerata et exesa est. 5) *Cf. supra II,* 32 *fin.* 6) *Cf. supra II,* 43 *fin. et I, Prol. in., infra VI,* 17 *fin.* 7) *II,* 47, *p.* 124. 8) *Cf. infra III,* 45 *in.* 9) *Cf. Oros. VI,* 22, 9, *qui tamen rebus a Caesare Octaviano Augusto gestis sexto libro absolutis septimum immediate a nativitate Christi orditur.* 10) *Cf. supra I, Prol., p.* 8 *sq.*

pora qualicumque deductam hystoriam eloquio, presertim cum ad Christiana tempora iam venerimus, donante Deo tanto libentius, quanto de civitate Dei ob nascituram fidem uberius[a] dicere potero, complere non dubitaverim. Prioribus enim de civibus Christi pauca, multa vero de mundi civibus dicendi materiam habui, quia a primo homine ad Christum totus pene orbis, exceptis de Israelitico populo paucis, errore deceptus, vanis superstitionibus deditus, demonum ludicris captus, mundi illecebris irretitus sub principe mundi diabolo militasse invenitur.

Gal. 4, 4. *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum* in terras[b], qui, ut homines per invia ac devia more pecudum[1] oberrantes ad viam reduceret, viam se hominem assumendo hominibus[c] prebuit, et[d] ut[e] a falsitatis errore exorbitantes ad rationis lumen revocaret, veritatem se ostendit, ut vero deficientes reficeret, vitam se

Ioh. 14, 6. veram exhibuit: *Ego sum,* inquiens, *via, veritas et vita.* Ac si diceret: 'Erratis[f], ad me venite, qui[g] sum via. Quam viam ut intrepidi[h] ambuletis, audite, quod sum veritas. Si vero viaticum non habetis[i], sentite, quod sum vita'. Multi enim viam querunt, sed dum non[k] inveniunt[l] veram, errant potius, quam recto tramite incedant. Multi rursum viam, quae vera[m] videtur, incedunt, sed vitam[n] non consequuntur[o]. De quibus dictum

cf. Prov. 14, 12. arbitror: *Sunt viae*[p], *quae videntur hominibus rectae, novissima*[q] *vero earum ducunt ad interitum*[2]. Salvator autem

Ioh. 14, 6. in mundum veniens: *Ego sum,* ait, *via, veritas et vita*[r], id est: Per me tantum salubriter itur, ad me veraciter pervenitur, in me vitaliter permanetur[s].

Sed in prima fronte non inconvenienter queri potest, cur in fine temporum, quem plenitudinem Paulus vocat[3], salvator omnium nasci voluit, cur universitatem gentium tamdiu tot retroactis seculis in errore perfidiae

a) dicere potero uberius *C*. b) terram *A* 3*. c) hominibus *om. A*. d) et *mut.* ut *C* 2. e) ut *om. C* 2. 4, *alia manu superscr. C* 3. f) Errans *A* 2. g) ego *A* 4; quia *B* 2. h) intrepide *Cusp.* i) hebetis *B* 2. k) dum nondum *A* 3*. l) veniuntur *mut.* veniunt *B* 2. m) vera *om. A* 3*. n) vitam *om. C* 3. 4. o) consequtur *A* 1. 3. 3*; consequentur *A* 4; consecuntur *B* 1. *C* 3. 4; consequntur *B* 2. p) arb. Siue *A* 3*. q) novissime *A* 1. 2. 3. 3*, *alia manu alioque atram. corr.* novissima *A* 2. r) uia *B* 1. s) pervenitur *corr.* permanetur *A* 1; manetur *A* 2.

1) *Cf. Oros. I,* 1, 3: ritu pecudum, *et infra p.* 133, *l.* 1 *sq.* 2) *Prov.* 14, 12. *sic legitur:* Est via, quae videtur homini iusta, novissima autem eius deducunt ad mortem. 3) *Gal.* 4, 4: At ubi venit plenitudo temporis.

perire permiserit[1]. Cuius rei rationem profundissimis ac iustissimis iudiciorum Dei thesauris repositam quis corruptibili[a] mortalium carne circumdatus investigare audeat, cum apostolus dicat: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius* et cetera[b]? Quid ergo faciemus? Si comprehendere non possumus, numquid tacebimus? Et quis obloquentibus respondebit, inpugnantes[c] arcebit, postremo destruere eam, quae in nobis est, fidem volentes ratione ac virtute verborum confutabit? Comprehendere itaque occulta consilia Dei non possumus et tamen plerumque[d] de his rationem reddere cogimur. Quid? Rationem reddemus de his, quae comprehendere non possumus? Rationes reddere possumus, sed humanas, cum tamen rationes comprehendere non possimus[e] divinas. Sicque fit, ut[f], dum[g] de theologicis[h] loquimur, cognatis[i] de his sermonibus carentes[2] verbis nostris, qui homines sumus, utamur; tantoque de Deo loquendo humanis utimur[k] verbis confidentius, quo ipsum figmentum nostrum cognoscere non dubitamus. Quis enim melius[l] cognoscit, quam qui creavit? Inde est, quod, cum Deus dicatur ineffabilis, fari nos multa tamen[m] in laude sua[n] velit[o]. Cum ergo dicatur ineffabilis, secundum[p] quendam modum videtur esse effabilis. Quae, ut ait Augustinus[3], *pugna verborum* silendo melius ac credendo quam disputando solvitur*. Et alius: *Quod ineffabile est, ratione taciturnitatis adoretur*[4].

Rom. 11, 33.

cf. Aug. De doctr. Christ. I, 6.

Igitur *si Deus,* iuxta apostolum, *in multa pacientia sustinuit vasa irae apta in interitum,* si divitias bonitatis

Rom. 9, 22.

*) vel silencio cavenda potius quam voce pacanda est *add. C. Cusp.*

Aug. De doctr. Christ. I, 6.

a) corruptibilium *A*. b) et cet. *om. C* 3. 4. c) -que *add. A. B* 2. d) de his rat. redd. pler. *A* 2. e) possumus *A* 4. *C*. f) ut *om. C* 3. g) cum de theologicis *in loco raso A* 3. h) divinis (di- *alia manu superscr. C* 3; uiuis *C* 4) causis *C*. i) cognatis — carentes *(l.* 18*) om. C*. k) hum. verbis (v. h. *A* 2) utimur *A. B* 2. l) melius *om. A* 2. m) tamen *om. A*. n) sua (eius *A* 2) laude *A*. o) sinit *A* 4. p) secundum — effabilis *(l.* 25*) om. C* 3.

1) *Cf. Eus.-Ruf. Hist. eccl. I*, 2, 17. *E contra Oros. VII*, 1. *et in verbis et in sententiis longissime recedit.* 2) *Gilberti Porret. Comm. in librum Boethii de praedic. person., Boethii Opera, ed. Basil.* 1570, *p.* 1176. *Terminum* cognatos sermones *etiam Boethius, Phil. consol. III, pr.* 12. *e Platone adducit.* 3) *Aug. De doctrina Christ. I*, 6; *cf. eiusdem Sermo* 117, *V*, 7. 4) *Non inveni. Cf. ex. gr. Hilarius De Trinit. II*, 7. *IX*, 72. *XI*, 44 *sq.*

suae volens[a] ostendere[1] ecclesiae suae diutissime in propriae *libertatis arbitrio civitatem mundi permisit temporaliter[b] florere, culpandus non est, tam quod eam propriae[c] voluntati deseruit, quam quod electis suis istius comparatione castigatis divitias bonitatis suae ostendit. Non enim, si homines permittit facere, quod ipsi tamen[d] facere volunt, ab eis est[e] iuste arguendus, sicut e contra ab eis, quibus gratuitam gratiam offerens[f] a talibus, quae contra salutem suam facere volunt, arcendo ac prohibendo, ne quae proponunt perficiant[g], plurimum est laudandus ac diligendus. Nec iniuste facere dici potest, si gratiam ex iusticia non largitur, sicut misericorditer tantum facere credendus est, cum eam gratuite[h.2] quibus vult impertit. Itaque si tot secula retroacta non ad peccata impellendo, sed quod suum erat non[i] largiendo, ad hoc, ut supervenientibus[k] seculis exemplo priorum, quid[l] fugiendum esset, unde gratias salvatori[m] suo referrent, ostenderet; si, inquam, eos ad hoc voluntati suae deseruit, ut et ipsi, quid[n] sine eo possent, cognoscerent et redempti, quid ex[o] gratia salvatoris[p] haberent, addiscerent[3]: sicut ab illis iuste non potuit culpari, sic[q] his[r] maximam materiam dedit, unde iure debeat amari.

Est preterea ratio, quare hoc potissimum tempore, VI[a] videlicet etate ac unito ad Romanorum imperium mundo universoque[s] sub[t] Augusto Cesare descripto[u], Christus nasci[v] voluit. Cum enim pro primi parentis, qui paradysi delicias postponens ex proprii arbitrii[w] voluntate hanc terram maledictionis[4] inhabitare maluit, culpa abolenda incarnari voluit[x], VI[a] id etate potissimum fieri conveniens fuit, quia et[y] ipsum VI[a] die creavit. Nec[z] in primeva hominum[a] etate id facere debuit. Homines enim[b] ex transgressoribus parentibus[c] nati viciataque per inobedientiam natura proniores et accliviores[d] ad

cf. Eus.-Ruf. I, 2, 18 sqq.

a) volens — suae *om. C* 3. b) florere temp. *A* 2. c) propriae *om. C* 2. d) tamen — salutem suam *(l. 9) om. A* 3. e) iuste est *C* 3. 4. f) *sic A. B. C;* offert *legendum.* g) perf. *om. C* 3. h) gratuitate *B* 2; gratuitam *C* 3. i) non *om. A* 3. k) supuenientibus *B* 1. l) quod *C* 3. 4. m) salvator *B* 2. n) qui *A* 3*. o) ex *om. C* 3. p) salv. *om. A* 3*. q) si *A* 3. r) in his *B* 1; istis *C.* s) orbe *alia manu supra lin. add. C* 3. t) sub *om. C* 2. u) descripto *om. A* 2. 3*. v) nasci *om. C* 3. w) arbitrii *om. A* 3. x) voluit *om. C* 3. y) et *om. C* 3. z) Hęc *A* 3*. a) et. hom. *A* 2. b) enim *om. A.* c) nati par. *A* 1—3. 3*. *B* 2; nati homines ex transgr. par. *A* 4. d) accliniores *B* 1. 2. *C* 3, *corr.* acclin. *B* 2.

1) *Cf. Rom.* 9, 23: ut ostenderet divitias gloriae suae; *cf.* 22: Deus volens ostendere iram. 2) *Cf. Rom.* 3, 24: Iustificati gratis per gratiam ipsius. 3) *Cf. Rob. Pulli Sentent. III,* 1. 4) *Cf. Is.* 24, 6; *Ierem.* 23, 10.

malum facti necdum ratione utentes[1], ferino magis ac beluino more, obliterato in eis[a] naturali bono, oberrantes non socialiter vivere, non legibus informari, non virtutibus adornari[b], non rationis vi ad cognoscendam veritatem illuminari didicerant. Extant hinc fabulae turpissimae, facta turpiora, hystoriae immanissimae, opera immaniora, de quibus omnibus in superioribus sat me dixisse arbitror. Cum igitur hoc modo homines rationis immunes[c], veritatis non capaces, iusticiae ac legum inexpertes essent, legem[d] legum ac altissima a Christo vitae precepta danda quomodo[e] caperent, quomodo intelligerent, quomodo animadverterent? Itaque data est[f] primo lex, quae infirmis intellectibus[g] conveniret[h] et quae teneram mundi etatem *non solido cibo,* sed *lacte* aleret. Deinde paulatim crescente ac proficiente tam ex societate hominum simul[i] commanentium quam ex collatione eorundem ad leges condendas sapientia philosophorumque mediante[k] doctrina, cum, ut dixi, iam totus[l] mundus tam virtute Romanorum[m] inclinatus quam sapientia philosophorum[n] informatus fuisset, essentque hominum ingenia ad altiora vitae precepta habilia[o] capessenda, salvatorem omnium in carne apparere novasque mundo[p] leges condere decuit. *Hebr.* 5, 12.

Hic iam, quod supra distuli[2], solvendum puto, quare unius urbis[q] imperio totum orbem subici[r], unius urbis[s] legibus totum orbem informari Dominus orbis voluerit. Primo, ut dixi, ut ad maiora intelligenda promptiores ac capatiores essent mentes hominum. Secundo, ut his modis unitis[t] unitas commendaretur fidei, quatinus unius urbis[q] terrore ad unum hominem colendum homines universi constricti unam[u] quoque fidem tenendam caelestemque in ea non hominem tantum, sed auctorem omnium colendum ac adorandum Deum addiscerent. Hinc toti mundo[v] in eius adventu census indicitur, ut ille videlicet venisse doceretur, qui omnes ad se venientes in eterna patria cives asscriberet. Hinc

a) eius *A* 3. b) abornari *B* 1. c) inmanes *A* 2. d) legum legem *A* 1 *(cum signo* ∴ *ante* legum*)*. 3. 3*. e) quom. cap. *bis A* 1. f) est *om. A* 2. g) auditoribus *A* 1—3. 3*, *super quo eadem manu eodemque atram. superscr.* vel intellectibus *A* 1. 3*. h) -niret *alia manu novo versu incepto suppl. A* 2; convenirent *A* 1. 3. 3*. 4, *corr.* -niret *A* 3. i) simul *om. C* 3. k) meditante *B* 2. l) mundus totus *A* 2. m) Rom. *om. C.* n) Romanorum *C.* o) cap. hab. *C* 3. 4. p) leges mundo *A* 2. q) orbis *A* 2. r) subieci *A* 3*. s) orbis *C* 2. t) unitas *C.* u) una *A* 3*. v) mundi *A* 3*.

1) *Cf. Ovid. Fast. III,* 119: et adhuc ratione carentes. 2) *II,* 36, *p.* 110 *sq.*

in eius ortu per totum orbis circulum mundus attritus malis[a] ipsisque suis seditionibus fatigatus sponte quiescere ac Romanorum principi servire potius quam rebellare voluit, ut ipsum in carne venisse daretur intelligi, qui sub terrenorum mole onerum depressis ac fatigatis
Matth. 11, 28. clementer diceret: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam*[b] *vos.* Pax idcirco mundo tunc nova reddita fuit, ut novi regis ministri liberius orbem terrae peragrare salutiferaque vitae precepta seminare possent. Non ergo fortuitis casibus nec deorum[c]
Is. 45, 7. falsorum cultui, sed Deo[d] vero *formanti*[e] *lucem et creanti*[e] *tenebras* asscribendum reor, quod ad tantum fastigium principatusque monarchiam ex humili ac pauperi statu Romanorum res publica crevit[f·1]. Quare autem illi populo vel illi urbi hanc potius quam aliis gratiam contulerit, discutere non possumus, nisi forte[2] ex principis apostolorum meritis, quem ibi sessurum previdit, super quem etiam ecclesiam suam se *fundaturum promisit[3], factum dicam, ut videlicet locus, qui[g] propter principis apostolorum kathedram super universam principaturus foret ecclesiam, in gentium quoque, unde fideles congregandi erant, ante proficeret monarchiam. Pulchre igitur eadem urbs caput[h] antea fuit mundi, quae postmodum[i] futura fuit caput ecclesiae. Si quis vero con-
Rom. 9, 21. tenciosus est, audiat in *potestate figuli* esse *aliud vas in honorem, aliud facere in contumeliam.* Audiat in potestate
Ps. 74, 8 *sq.* iudicis[k] esse, quem velit humiliare et[l] quem velit exaltare[4]. Denique, si Dominus, utpote iudex discretorque rerum, calicem in manu habens[5] primo Babylonem inebriando a[m] Medis humiliavit Medisque a Persis, Persis[n] rursum a Grecis, Grecis postremum a Romanis humiliatis Romam quoque humiliandam ad tempus exaltare voluit; si has equa lance pensans[o] omnia mortalium varietates nectit[p], nunquid argui a factura sua factor poterit? Sub potenti itaque manu Domini regna mu-

a) maris, -ris *e corr. B* 2, *ubi manus recentior superscr.* armis al' malis. b) u. (= vos) reficiam *B* 1. c) fals. deorum *A*. d) Deo *om. A* 3. e) *ita Pithoeus;* formantis . . . creantis *A (radendo corr.* formanti . . . creanti *A* 2*). B. C* (formatis *C* 2). f) crevit *B* 2; creverit *C*. g) qui *om. C* 2. h) caput *om. A*. i) post m̊ *A* 3; modu *A* 3*. k) iudicis *om. A*. l) et *om. A* 2. 3*. m) ·i· (= idest) *A* 2. n) Persis *om. A* 3*. o) perpensans *A (corr.* pensans *A* 2*).* p) necti *A*.

1) *Cf. Aug. De civ. Dei XV,* 12. 2) *Longe aliter Aug. De civ. Dei XV,* 12 *sqq. hanc quaestionem solvit; ad vocem* nisi forte *cf. infra VII, Prol.* 3) *Matth.* 16, 18. 4) *Ps.* 74, 8: Deus iudex est: Hunc humiliat et hunc exaltat. *Cf. etiam Dan.* 5, 19. 5) *Cf. Ierem.* 51, 7; *Ps.* 74, 9.

tantis[1] ac pro voluntate sua cui voluerit miserentis humiliemur[2] ipsiusque misericordiae, si quid sumus, qui per nos nichil[a] sumus, ipsius gratiae, quidquid dicimus, qui per nos nichil scimus[b], asscribentes ceptum opus prosequamur[c].

INCIPIT[d] LIBER TERCIUS.

I. Anno ab Urbe condita DCC°X° interfecto G.[e, 3] Iulio Cesare Octavianus, qui testamento nomen et hereditatem avunculi acceperat, primo dolorem de morte eius dissimulans cum Antonio, qui Brutum et Cassium[f, 4] ob vindictam Cesaris apud Mutinum[g] obsidione cinxerat[h], a senatu hoste pronunciato certamen iniit eumque fugavit[5]. Quo postmodum[i] in gratiam[k] recepto simul cum ipso civile bellum parat multisque commissis preliis Pompeium tandem Gnei Pompei filium interfecit[6], Brutum quoque et[l] Cassium[f] ad hoc, ut mortem sibi ipsis inferrent, coegit[m]. Inde post multos triumphos Romam[n] veniens XX militum exauctoravit, XXX servorum dominis restituit, VI, quorum domini non exstabant, in patibulo affixit. Antonius vero repudiata[7] sorore Cesaris Octavia in Egyptum se[o] transtulit ibique copulata sibi in uxorem Egypti regina Cleopatra[8] Cesari rebellare adtemptavit[p]. Cesar, domitis subiectisque sibi omnibus, contra Antonium[9] quoque navale prelium[q] parans a Brundisio in Epyrum proficiscitur. Congressi itaque acerrime diuque, id est[r] a V[a] hora diei usque ad VII, cum utriusque exercitus detrimento ancipiti pugnarunt[s] victoria. Sequens pars diei cum sequenti nocte in victoriam Cesaris cessit. Prior ext[t] bello cum suis fugit Cleopatra, quam fugientem insequitur Antonius. Cesa fuisse ibi de exercitu Antonii[u] XII feruntur, vulnerata[v] VI. Caesar tunc imperator dictus IIII°[w] cum M.[x] Licinio[y] consul fuit. Antonius

Oros. VI, 18.

ib. VI, 19.

a) nichil sumus *bis A* 3*. b) sumus *A* 2. c) Explicit Prologus *add. B* 2; 3[9] liber *add. C* 2. d) *ita A* 1. 4. *B;* Inc. *om. A* 3. 3*. *C* 3; Inc. liber tercius *om. A* 2. *C* 4. *Cusp.;* Inc. 3[9] liber *C* 2. e) Gayo *A* 4; *super* G. *superscr.* Gaio *B* 2. f) Crassium *A* 3*. g) Mutinam *Cusp. cum Orosio et Frutolfo.* h) cinxerant *A* 1—3. 3*. i) postm̄ *A* 3. k) grecia *C* 3; g^r^cia *C* 4. l) ac *B* 1. *C* 3. 4. m) coegit *om. A* 3*. n) Romam *om. A* 3*. o) transt. se *C.* p) temptavit *A* 2. q) *ita B;* prelium *om. A* 1—3. 3*; bellum *A* 4; bellum *corr. a scriba* prelium *C* 2; parans prelium *C* 3. 4. r) idē *A* 1; ide *A* 2. s) pugnaverunt *A* 2. t) cum suis ex bello *C* 3. 4. u) Antoniis *B* 2. v) vulnerati *B* 2; vulneratus *C* 2. w) IIII[9] *A* 3; IIII^tus^ *C* 2. x) *super* M. *superscr.* Marco *B* 2. y) Lucinio *A.*

1) *Cf. p.* 2, *l.* 27; *infra VI,* 9, *VII, Prol.; Dan.* 2, 21: mutat tempora et aetates, transfert regna atque constituit. 2) 1. *Petr.* 5, 6: Humiliamini igitur sub potenti manu Dei; *Rom.* 9, 18: cuius vult miseretur. 3) G. *Oros. hoc loco non habet.* 4) D. Brutum *ad Mutinam obsidione conclusum esse Oros. et Frut. recte tradiderunt. Quem Otto cum M. Bruto confundens Cassium quoque ex suo adiecit.* 5) *Cf. Frut. p.* 91, 55. 6) *Mortem Sexti Pompei Oros. VI,* 19, 2. *habet.* 7) *Cf. Frut. p.* 94, 20. 8) in Egyptum se transtulit — Cleopatra *ex Iord. Rom.* 251. *Oros. et Frut. aliter tradunt.* 9) *Cf. Frut. p.* 92, 35.

Oros. VI, 19. navali prelio victus, terrestre paransa, congressu habito denuo vincitur. Dumque rursum Kalendis Sextilibus ad struendam classem descenditb, omnibus ad Cesarem confugientibus in urbem Alexandriam suis destitutus sec recepitd. Ubi dum imminere sibi cernerete Cesarem, gladio se interfecit. Cleopatra autem adpositis ad mamillas[1] serpentibus mortua fuisse perhibetur[2].

cf. Frut.

Oros. VI, 19, 19.

II. Cesar ergo opulentissima omnium potitus urbe Alexandria regnum finivit Grecorum[3]. In hac enim urbe ab Alexandro in Egypto condita reges Grecorum usque ad id tempus regnasse inveniuntur[4]. Unde et quidam monarchiam Grecorum usque ad Cesarem extendunt[5]. Nam[6] post mortem Alexandri Magni, dum commilitones[7] eius Asiam ab eo subiectam partirentur, in IIII^or^ mundi partibus IIII^or^ emerserunt regna. Inter quae duo fuere principalia: ad austrum Egypti, cuius metropolis fuit Alexandria[8]; ad orientem seuf aquilonem Syriae et Mesopotamiae, cuius caput erat Antiochia, quam Seleucus Magnus, de quo supra dictum est[9], a nomine patris sui Antiochi dicitur instaurasse[10] sedemque regnig loco Babylonis ibi locasse. Nam antea Reblathah, ut volunti, vocabatur[11], eratque tunc iuxta prophetam *caput Syriae Damascus*. In his ergo civitatibus regesk potentissimi Ptolomei et Antiochi habitabant dominandique[l] libidine in alterutrum sevientes orientis imperium vicissim rapiebant. Auctoritas tamen maior ad ultimum Ptolomeis

a) parat *A* 3. b) descendit *om. A* 3*. c) se *om. C* 2; se *supra lin. suppl. C* 3. d) suscepit *A* 2. e) Ces. cern. *A* 2; Cesarem *om. C* 3, *ubi alia manus* mortem *ante* inminere *inserit.* f) ad *add. C* 2. g) regni *om. C.* h) Rablatha *A.* i) ut quidam volunt *A* 4; ut volunt quidam *Cusp.* k) reges *om. A* 3*. l) -que *om. A* 3.

1) ad venas *Frut. p.* 92, 45. *ex Iord. Rom.* 254. *Cum Ottone faciunt Philippus de Thaün in Bestiario inter annos* 1121. *et* 1135. *edito, v.* 1676 *sqq. (v. Anglia IX,* 1886, *p.* 429; *ed. E. Walberg, Lund, Paris* 1900, *p.* 62*), et Rabbi Abraham ben Dior, qui Toleti c. medium XII. saec. floruit, in Rebus gestis regum Israelis sub templo secundo, quae est tertia pars libri Kabbalae sive traditionis, Hebr. et Lat. ed. per Seb. Munsterum, Compendium elegans historiarum Iosephi, Wormat.* 1529, *f. m.* 5; *cf. I. Chr. Wolf, Bibl. Hebraea I, Hamb. et Lips.* 1715, *p.* 39 *sqq. Varias de Cleopatrae morte traditiones postremus collegit W. Hertz, 'Gesammelte Abhandl.', ed. Fr. v. d. Leyen* 1905, *p.* 185 *sq.* 2) serpentis . . . morsu in sinistro tacta bracchio *Oros. VI,* 19, 18. 3) *Cf. Iord. Rom.* 84, *quem Frut. p.* 90, 55. *exscripsit.* 4) *Seriem regum Ptolemaeorum Iord. et Frut. exhibent.* 5) *Iord. Rom. Praef. ad Vigil.* 4, *cf. Rom.* 84. 6) *Ad ea quae sequuntur cf. Dan.* 11. *et expositionem Hieronymi in Dan., neque vero omnia neque iisdem verbis illic leguntur.* 7) *Hac voce Oros. III,* 23 *fin. utitur;* comites *Aug. De civ. Dei XVIII,* 42. *Cf. supra II,* 26. 8) *Cf. Frut. p.* 76, 60. *et passim.* 9) *II,* 26. 10) *Apud Hieronymum aliosve Ottoni familiares auctores hoc frustra quaesivi; habet Isid. Orig. XV,* 1, 14. *ex Iustino XV,* 4, 8. 11) *Hieron. in Is.* 13, 1.

cessit. Quae omnia non solum[a] ex gentium historiis[1],
172. sed et[b] ex visione *Danielis, ubi de regnis austri et aquilonis loquitur, et expositione Ieronimi in eundem prophetam[2] melius cognoscuntur. Unde duae[c] hae civitates, cum processu temporis ecclesia a primitivis patribus secundum distributionem gentium ordinaretur, tanquam post Romanam urbem dignissimae, ad ipsius instar urbis solae patriarchales sedes habere meruere[3]. Constantinopolitana siquidem et Hierosolimitana postmodum[d] crescente ecclesia, altera[e] ob imperii sedem, altera ob sanctum sepulchrum et antiquum illud ac toti orbi venerabile Domini templum, patriarchales sedes permissione patrum sortitae sunt[4]. Unde de Hierosolimitana ecclesia in Nicea[f] synodo legimus[5]: *Episcopus Heliae ab omnibus honoretur, salvo iure*[g] *sui metropolitani*[6]. Quod quidam ad Cesaream Palestinae interpretantur, eo quod Hierusalem a Tito et Vespasiano destructa metropolis Palestinae facta fuerit Cesarea sicque consequenter iure ecclesiastico eiusdem provinciae metropolis remanserit[h]. Ubi enim sub principibus gentium flamines erant, ibi postmodum[i] a nostris locati sunt episcopi. Ubi illi archiflamines[k], nos archiepiscopos; ubi illi protoflamines, nos primates seu patriarchas habere cepimus, omnes quidem unius ordinis, sed pro[l] differentia civitatum diversae dignitatis[7]. Alii prefatum capitulum *salvo iure metropolitani* legunt et sic interpretantur: Postquam dictum[m] fuit: *episcopus Heliae,* id est Hierusalem, *ab omnibus honoretur*[n], ne videretur ab omnibus tanquam summus, id[o] est Romanus, pontifex honorandus, adiunctum est: *salvo iure metropolitani*[p],

a) solum ex *om. A.* b) et *om. A. C.* c) hae (hee *A* 2) duae *A.* d) postm *A* 3. e) altera — sedem *om. C* 3. f) niceo *B* 2; vicia *delet., et in marg. suppl.* nicena *C* 2. g) iuri *A* 2. h) remansit *A. B* 2. i) postm *A* 3. k) flamines *A* 3. l) pro *om. C* 3. m) dictum *om. C* 3. n) honeretur *B* 2. o) id est *om. B* 1. p) *ita C* 3. 4; metropoł *A* 1. 4. *B* 1; metropolis *A* 2. 3. 3*. *B* 2. *C* 2.

1) *Cf. Iord. Rom.* 73—84; *Frut. p.* 75 *sqq.* 2) *Hieron. in Danielem* 11, 4 *sqq.* 3) *Cf. Decr. Grat. c.* 2, *d.* 22, *ed. Friedberg col.* 73 *sqq., ex Pseudo-Isidor. Ep. Anacleti c.* 29 *sqq., ed. Hinschius p.* 82 *sq. (cf. Ep. Steph. II, c.* 9, *p.* 185*). Qua canonum collectione Otto usus sit, pro certo diffiniri nequit.* 4) *Cf. Decr. Grat. c.* 3. *et c.* 6 *sq., d.* 22, *ed. Friedberg col.* 75 *sq., ex synodo Constantinop. I. et ex VI. et VIII. synodo.* 5) *Cf. ex. gr. Decr. Grat. c.* 7, *d.* 65, *ed. Friedberg col.* 251; *Rufin. Hist. eccl. X,* 6 *(can.* 8*); interpret. Dionys. Exig., Mansi, Ampl. coll. conc. II, col.* 680 *(can.* 7*). Neque vero cum Ottone ad verbum conveniunt.* 6) *Ita interpr. Dion., Ruf.;* metropolitanae civitatis *(-ti interpr. Isid. Merc.) Decr. Grat.* 7) *Ex Pseudo-Isidor. Ep. Clem. I, c.* 28 *sq., ed. Hinschius p.* 39 *(= Decr. Grat. c.* 1 *et* 2, *d.* 80, *ed. Friedberg col.* 279 *sq.), ubi* primi flamines, *non* protoflamines *legitur.*

hoc est: Sic dicimus eum[a] honorandum, non sicut summum pontificem, sed sicut metropolitanum. Utrum vero sic vel sic sit[b], constat eum tamen nondum fuisse patriarcham. Sed haec[c] hactenus.

Diximus secundum quosdam Grecorum monarchiam[d] usque ad Cesarem extendi[1]. Verisimilius tamen videtur Grecos monarchiam[d] quidem post mortem Alexandri perdidisse, reges vero preclaros orienti imperantes habuisse. Unde et Daniel de regno Alexandri loquens
Dan. 11, 4. ait: *Dividetur in IIII*[or] *ventos caeli, sed non in*[e] *posteros eius neque secundum potentiam illius, qua dominatus est*[f]. Et rursum de[g] Antiocho legitur[2], quod in obsidione Alexandriae[h] legatum Romanorum acceperit, qui, eum dum ambulantem in harena invenisset et ab[i] impugnatione urbis revocasset, frustratus[k] baculo[l], quem forte gerebat[m], terram in circuitu eius girabat, dicens: 'Haec dicit senatus populusque Romanus, ut, antequam de isto circulo exeas, ab urbe recedas'. Quo audito perculsus rex mox obsidionem solvit. Ex his et aliis intelligimus Romanos, etiam antequam reges haberent, summorum tamen[n] regum habuisse imperium. Quare ergo Grecis monarchiam adtribuimus, nisi quod et[o] Roma nondum ad unam personam imperium contraxerat, et[p] quod civitas nostra in Iudea manens usque ad Cesaris tempora sub illorum imperio
Dan. 2, 37. degebat? Nam et Nabuchodonosor regem regum propheta vocat, qui tamen illo in[q] tempore regni auctoritatem Medis habentibus rex regum non erat[3], nisi quod eum tam ex dignitate urbis, quam invaserat, quam ex supplicatione populi Dei, quem captivum tenebat, hoc nomine dignum iudicabat.

Fuerunt autem[r] ab Alexandro usque ad Cleopatram
Oros. VI, 19, 19. reges omnes Ptolomei dicti XI[4]. Tantam vero pecuniarum[s] copiam Cesar apud Alexandriam invenit, ut ex hoc[t] duplicia Romae venalium statuerentur precia.

a) iure *add. A* 2. b) sit *om. C* 2. c) haec *om. C* 2. d) monarchias *A* 2. e) in *om. C* 3. f) est *om. C* 3. g) de Ant. — imperium *(l.* 20 *sq.) habet C* 1. h) Alex. *om. A* 2. i) ab *om. A (alia manu supra lin. suppl. A* 2*).* k) frustatus *A* 1—3; frustratur *B* 2. l) baculum *A*. m) tenebat *A* 2. n) tamen *om. C*. o) et *supra lin. suppl. A* 2, *om. A* 3*. p) quod et *A* 3. q) in *om. C* 2. r) autem *om. C* 3. s) copiam pecun. *A*. t) ut h (= haec) *A* 3.

1) *Supra p.* 136, *l.* 11 *sq.* 2) *Ea quae sequuntur ex Hieron. comm. in Dan.* 11, 29 *sq. et Frut. p.* 83, 25. *congesta esse videntur.* 3) *V. supra I,* 32. *II,* 1, *p.* 70. 4) *Tot reges ex. gr. Frut. ex Hieronymo posuit, cf. Iord. Rom. et Ann. Hild.*

III. Anno ab Urbe condita DCC°XXX°V°[a] Cesar Alexandrinorum potitus victoria totaque subiugata Asia, civilibus etiam[b] ad plenum sedatis malis, ipso et Lucio Pelogio[c] quinquies[1] consulibus, VIII° Idus Ian.[d] ab oriente victor rediens Urbem[e] cum triplici triumpho ingreditur Ianique portas claudens Augusti nomine ab omnibus consalutatur. Quod nomen cunctis usque ad id tempus inauditum seculis, apicem declarans imperii[2], solis Romanorum debetur regibus. Hic tercio ab Urbe condita, primo sub Numa, secundo post[f] Kartaginense primum bellum[3], Ianum clausum invenis[4]. Augustus, qui per XII annos cum his, quos nominavi, consulibus rem publicam rexerat[5], ex hac die ac deinceps solus imperabat, sicque plurium potestates in unius cessere principatum[6], quam Greci monarchiam vocant[7]. Ex hoc Romani post consules reges habere ceperunt, qui ob hoc, quod tocius orbis tenuere monarchiam, imperatores et augusti sunt dicti. *Oros. VI, 20.*

Cesar[g] post haec apertis Iani portis, Cantabris et Asturi- *ib. VI, 21.*
173. bus[h], fortissimis[i] Hispaniae gentibus, bellum indixit, ac per *quinquennium[k] gravi et laborioso conflictu subactis, victor ad[l] Urbem[8] rediens secundo Ianum clausit. Dehinc[m] per Claudium Drusum[n] Galliam et Retiam in provinciam redegit, Noricos[o], Illiricos, Pannonios, Dalmacos, Mesios, Dacos, Thraces[p] per duces suos vel subegit vel maximorum fluviorum Rheni et Danubii obiectu seclusit[q]. Hic[r] Drusus Maguntiam in Gallia[s·9] et Augustam in Retia[t], quae

a) DCCXXV. *Oros., Frut.* b) ad plenum etiam *C;* etiam *om. A* 4. c) Poleyo *A* 4; Apuleio *Cusp., Oros.* d) Ianuarii *in marg. add. B* 2. e) Urbem — claudens *(l. 6) om. A.* f) sub *A* 2. g) *novum capitulum* IIII. *inc. C. Cusp., ubi sequentia cap.* 4.—15. *numeris* V—XVI. *signantur (cf. p.* 18, *n.* c). h) astitribus *A* 2; Astriribus *A* 4; Austuribus *C* 3; Austribus *C* 4. i) fort. *om. A* 3*. k) cum *add. C.* l) ab *A* 1; ab urbe *A* 3. m) *sequentia usque ad finem cap.* 3. *habet C* 1, *ubi pro* Dehinc *verba* Augustus namque *in loco raso inveniuntur.* n) et Drusum *A* 2; Drusam *A* 3; Drusium *A* 3*. o) Noricos — seclusit *(l.* 25*) hoc loco omissa paulo infra post* in modum pirae *(p.* 140, *l.* 3*) exhibet C* 1. p) Traces *A. C* 1. 2; Draces *C* 3. 4. q) se clausit *A* 3. *B* 2. r) *ante* Hic *inserunt* Monstratur — in modum pirae *(p.* 140, *l.* 2 *sq.) infra omissa C* 2—4. s) Galliam *B* 1. *C* 2, *corr.* Gallia *B* 1. t) Retiam *A* 3*.

1) *Oros. VI,* 20, 1: ipso imperatore Caesare Augusto quinquies et L. Apuleio consulibus, *quae Otto non satis intellexit.* 2) *Oros. VI,* 20, 2: Quod nomen cunctis antea inviolatum et usque ad nunc ceteris inausum dominis tantum orbis licite usurpatum apicem declarat imperii. 3) *Supra II,* 34 *fin.* 4) *Cf. Oros. VI,* 20, 8. 5) *Octavianum primo cum Antonio et Lepido* 12, *postea solum* 44 *regnasse annis Frut. p.* 93, 40. *dicit.* 6) *Cf. Iord. Rom.* 85. 257. 7) *Oros. VI,* 20, 2: atque ex eodem die summa rerum ac potestatum penes unum esse coepit et mansit, quod Graeci monarchiam vocant. 8) *Cf. Oros. VI,* 20, 9. 9) *Drusum Mogontiaci Romana castra posuisse hodieque virorum doctorum opinio probat; cf. E. Hübner in 'Jahrbücher des Vereins von Altertumsfreunden im Rheinlande' LXXX (Bonn* 1885*), p.* 85 *sqq. Caesarem pro Druso inducunt 'Annolied' v.* 505, *'Kaiserchronik' v.* 385.

antea[a] Vindelica dicebatur, ex nomine Augusti vocatam[1] fundasse[b] vel instaurasse dicitur. Monstratur[c] adhuc monumentum eius Maguntiae in modum pirae[d.2].

Oros. VI, 21. Ea tempestate cum tribus legionibus Varus Romano more superbe et avare erga subditos se gerens a Germanis[e] deletus est. Quam militis Romani cladem in tantum egre tulisse fertur Augustus[f], ut sepissime caput parieti collideret ac per vim doloris diceret: 'Quintili Vare, redde[g] legiones'. Gravissimum et atrocissimum hoc Romanorum et Germanorum bellum et post Affricanum maximum tribus annis cum XV legionibus gestum scribit Suetonius. Unde notari potest, quanti roboris predicta[h] gens Germanorum[i] fuerit, quae in summa auctoritate Romani imperii tantam strâgem Romani militis[k] dederit. Tradunt Augustenses hanc cedem ibi factam ostenduntque in argumentum collem ex ossibus mortuorum conpactum, quem in vulgari Perleich[1], eo quod legio ibi perierit, usque hodie vocant[3] vicumque[m] ex nomine Vari appellatum[4] monstrant[n].

ib. IIII. Inter haec Augusto[o] apud Terraconam citerioris Hispaniae urbem morante legati Indorum et Scitarum cum muneribus pacem[p.5] postulantes veniunt. Et sicut quondam Alexandro in Babilone posito summi occidentis nationes, sic et nunc Cesari a summo oriente gentes ad ultimum occidentem supplices subiectionemque[q] promittentes ultro *Frut.*[6] occurrunt. Parthi etiam transmissis signis, quae occiso Crasso Romanis abstulerant, obsidibusque datis pacem postulant. Et sic toto orbe Romanis subiecto et descripto tercio ab Augusto Ianus clauditur ac per XII annos clausus

a) ante *C* 2—4. b) fundasse vel *delet. C* 1. c) Monstratur — pirae *(l. 3) hoc loco om. (cf. supra p.* 139, *n.* r) *C* 2—4, *suo loco habet C* 1 *(cf. p.* 139, *n.* o). d) *hic inserit* Noricos — seclusit *supra omissa C* 1; piri *pro* pirae *coniecit (J. Becker) in 'Literar. Centralblatt'* 1880, *col.* 1069, *sed vide W. Velke in 'Zeitschrift des Vereins zur Erforschung der Rheinischen Geschichte und Altertümer in Mainz' t. III, fasc.* 2/3 *(*1883*), p.* 378 *sq.* e) scilicet Suevis *manu, ut videtur, recentiore in marg. add. C* 1. f) Augustinus *A* 3*. g) reddes *A*. h) pred. *om. B* 1; predita *C* 2. i) scilicet Suevorum *eodem modo quo supra n.* e *in marg. add. C* 1. k) Romani militis *alia, ut videtur, manu mut.* Romanis militibus *C* 1. l) Perleych *A* 4; Berleich *C* 2—4. m) Vcūq; *corr.* Vi,cūq; *A* 1; Ubicumque *A* 3. 3*; locūque, *super* locum *eadem manu eodemque atram. superscr.* vel uicū *C* 1. n) *desinit C* 1, *ubi hoc loco Excerptum de Gallica historia (SS. XXIII, p.* 388 — 390*) inseritur desumptum ex cod. Schlettstadiensi, de quo cf. SS. XXIII, p.* 386 *sq.* o) Aug. *om. A* 3*. p) post. pacem *A* 2; veniunt pacem post. *A* 4. q) -que *om. A* 2; subiectionēsque *B* 1.

1) *Augustam a Druso conditam habet 'Annolied' v.* 483 *sqq. Vulgari huic opinioni favet ex. gr. Mommsen, Corpus Inscript. Lat. III,* 2, *p.* 711. 2) *Quod exstat, hodie Eigelstein dictum, vide Stein apud Pauly-Wissowa, 'Realencyclopädie der class. Altertumswissenschaft' III,* 2, *col.* 2715 *sq. (s. v. Claudius n.* 139*). Cf. Frut. p.* 98, 25: Drusi . . ., qui apud Mogontiam habet monumentum. 3) *Cf. Excerptum de Gallica historia, SS. XXIII, p.* 389 *sq.* 4) *Pfersee ab Augusta ex occidente. Aliter Exc. de Gall. hist. lacum* Verrisse *a Verre tribuno militum nomen accepisse tradit.* 5) *Cf. Frut. p.* 92, 55. 6) *Qui Orosium paucis verbis mutatis exscripsit, p.* 93, 10. 94 *sq.*

p. 174. mansit. Ipse vero Augustus, quamvis *iam tocius orbis esset[a] dominus, nunquam tamen serio vel ioco dominum passus est se vocari. Ubi profecto superbiae nostrae obviatur, qui hoc summopere Christiani et sacerdotes exposcimus, quod rationis intuitu etiam gentes[b] declinarunt[1]. *Frut.*

V. Eo tempore, dum Iudeis sicut ceteris gentibus census ab Augusto Cyrino preside indicitur[2], Iudas Galileus, qui in Actibus apostolorum memoratur[3], fuisse invenitur[4]. De quo in historia Iudaici belli secunda Iosephus sic[c] ait: *Quo in tempore vir Galileus Iudas nomine ad discessionem populos[d] cogebat, pessimum fore eis persuadens, si acquiescerent solvere tributa Romanis et post Deum mortalem suscipere dominatum.* De Cyrino vero[e] sic[f] ait: *Cyrinus vir unus ex consensu curiae per singulos magistratus usque ad gradum consulatus ascendens, ceterum quoque honorabilis, cum paucis in Syriam venit a Cesare ius dare gentibus missus.* *Eus.-Ruf. I, 5.*

VI. Itaque iam sedatis omnium sedicionum motibus, pace inaudita seculis reddita totoque[g] mundo ad Romanorum censum descripto, anno[h] imperii Cesaris Augusti XL^{0}II^{0} [5], anno vero ab Urbe condita DCC^{0}L^{0}II^{0} [6], olimpiade C^{a}XC^{a}III$^{a\,i}$, revolutis ab Adam V milibus D^{is} annis[k.] [7], regnante in Iudea Herode filio Antipatris alienigena[l], ebdomada[m] iuxta Danielem LX^{a}VI$^{an.}$ [8], Iesus Christus filius Dei, secundum carnem filius David, ex Maria virgine in Bethlehem Iudae[o] nascitur[9]. Qui ut lux mundi paxque vera monstraretur, eadem, qua natus est, nocte pastoribus cum luce[p] magna angelus gaudium[q] nati predicans apparet. Cui multitudo caelestis exercitus consonans *Gloriam in excelsis Deo*[r] decantat pacemque in terra[s] hominibus bonae voluntatis venisse[t] denuntiat. *Luc. 2, 8 sqq.*

Et nota, quod, sicut[u] supra dixi[9], Babiloniorum ac Romanorum regna similem ortum progressumque in pluribus ha- *Oros. VII, 2.*

a) esset *om. A* 3. b) gentes *om. C* 2. c) sic *om. C* 4. d) pop. *om. A. B* 2. e) vero *om. A* 2. f) sic *om. C* 2. g) *ita Cusp.;* totique *A. B. C.* h) anno — XL^{0}II^{0} *(l.* 21*) om. A.* i) olimp. C^{a}XC^{a}III^{a} *om. A* 4; C^{a}XC^{a}III^{a} *om. C* 2; olympiadis centesimae nonagesimae quartae anno tercio *Frut.* k) anni *A* 2. l) aligenigena *A* 1. m) iuxta ebdomadas Danielis *C. Cusp.* n) LX^{a}VI^{a} *om. C;* LXX. *Cusp., cf. Daniel.* o) Iudae *om. A.* p) magna luce *A.* q) nati gaudium *A* 2. r) Deo *om. A* 3. s) terram *C* (-m *semierasum C* 3). t) den. ven. *A* 2. u) sicut *om. A* 2. *C* 2.

1) *Cf. Frut. p.* 95, 3 *(= Oros. VI,* 22, 4*):* . . . ut homo declinavit. 2) *Cf. etiam Luc.* 2, 1 *sq.* 3) *Act.* 5, 37. 4) *Cf. etiam Frut. p.* 94, 60. 95, 15. 5) *Frut. p.* 95, 5; *Iord. Rom.* 85. 6) *Secundum Oros. VI,* 22, 1. *VII,* 3, 1; 751. *Frut.;* DCCLV. *Iord.* 7) *Secundum Iord. Rom.* 85; 5201. (3962) *Frut.* 8) *Cf. Hieron. in Dan.* 9, 24 *sqq.* 9) *Ad l.* 18.—26. *vide Eus.-Ruf. Hist. eccl. I,* 5 *sq.; Oros. VI,* 22 *(cf. VII,* 2, 1*); Aug. De civ. Dei XVIII,* 46; *Iord. Rom.* 85. 256; *Frut. p.* 95. 10) *Immo infra IV,* 21. 31. *VI,* 22 *(cf. IV,* 5*). Otto idem* iuxta maiores nostros *exposuit. Cf. II, Prol.*

buerunt. Regnante enim[a] apud illos primo rege Nino, XL⁰II⁰[1] regni eius anno, Abraham, ad quem primo de[b] Christo facta est promissio, natus est. Regnante rursum primo apud Romanos Cesare Augusto, XL⁰II⁰ item regni eius anno, promissus Abrahae cunctisque desideratus gen-
Oros. VI, 20. tibus nascitur Christus. Notandum preterea, quod[c] Augusti regnum regni Christi, qui eius temporibus est natus, in pluribus fuit prenuntium[d]. Ille enim VIII. Idus Ian.[e] ab oriente rediens regibusque sibi subiugatis ac civilibus sedatis motibus cum triplici triumpho in Urbe[f] suscipitur Augustusque vocatur. Iste natus humiliterque[g] in carne latens similiter eadem die, id est VIII. Idus Ian.[e], quam nos epiphaniam
cf. Matth. 2. dicimus, stella duce ab oriente trinis[2] adoratur[3] muneribus apparensque, qui ante latuerat, augustus ac rex regum declaratur. Quod quidem tunc prefigurabatur, sed iam completum esse, Christum scilicet non solum in caelis regnare, *sed et[h] in terris regibus omnibus imperare, *p. 175.
luce clarius cernitur. Unde pulchre ea, qua hoc prefiguratum esse diximus[i], die in laudem eius canit ecclesia: *Ecce advenit dominator dominus, et regnum in manu eius et potestas et imperium.* Et in offertorio: *Et adorabunt eum omnes reges terrae*[k], *omnes gentes servient ei.* Per hoc enim, quod *dominator dominus* vocatur, augusti ei nomen adtribuitur, per hoc vero[l], quod *regnum*[m] *et imperium in manu eius* dicitur, imperatoria ei[n] dignitas asscribitur, per hoc autem, quod *reges eum*[o] *adora*re *omnes*que *gentes servi*re asseruntur, monarchiae apex[4], id est singularis super totum mundum principatus[5], eius esse declaratur.

Illis diebus largus[p] olei rivulus in Transtyberina Urbis regione fluxisse invenitur[6], ut nasciturus[q] in carne, qui super omnes reges oleo laeticiae[7] et exultationis spiritu sancto unguendus foret[8], monstraretur[9]. De pace vero et

a) igitur *A* 2. b) de *om. C* 2. c) post *B* 1. d) prenuntiatum *A* 3*. e) Ianuarii *B* 1. *C* 4. f) in Urbe *om. A* 2. g) -que *om. C* 4. h) et *om. C* 3. i) dn̄s *A* 3*; diximus (dicimus *C* 4) esse *C*. k) terrae *om. A. C, habent B (eadem manu supra lin. B* 2). *Cusp.* l) vero *om. A* 2; enim *C* 2. m) imp. et regnum *A. B* 2. n) dign. ei *A* 2. *C* 3. 4. o) eum *om. A*. p) largius *A*. q) natus *C* 4.

1) *Ita Iord. Rom.* 10; quadragensimo tertio *Oros., cf. supra p.* 46, *n.* 1, *ad I,* 7. 2) *Hoc Otto Orosianis adiecit.* 3) *Cf. etiam Reginonis Chron. (ed. Kurze, SS. rerum Germ.) p.* 2. 4) *Ad vocem cf. Oros. VI,* 20, 2. 5) *Ad vocem cf. Iord. Rom.* 85. 257. 6) *Oros. VI,* 18, 34. 7) *Ps.* 44, 8: unxit te Deus . . . oleo laetitiae. 8) *Hebr.* 1, 9: unxit te Deus oleo exultationis; *Act.* 10, 38: unxit eum Deus spiritu sancto. 9) *Cf. Oros. VI,* 20, 6.

descriptione orbis rationem me in prologo reddidisse recolo, ubi et hoc adiciendum puto, quod Dei filius in carne veniens Romanae civitatis civis[a] asscribi voluit[1]. Cum enim civitas illa[b] in perfidia posita procul dubio civitas fuerit mundi, quare ei civitatis Dei princeps et auctor natus asscribi voluit, nisi quod per hoc ostendebat se ad hoc venisse, ut de civitate mundi miro et ineffabili modo faceret civitatem suam? Et ut[c] apertius loquar[d], inter Iudeos natus gentibus asscribitur, ut per hoc transferendam gratiam ex illo populo ad gentes manifeste daret intelligi. Igitur novo homine, qui[e] veterem evacuavit, nato, annalibus quoque a Nino[f] ad Urbem conditam[g] ac inde usque ad id tempus productis terminum demus, ab eiusque ortu annales nostros ordiamur[2].

1. *Ioh.* 4, 2.
2. *Ioh.* 7.

VII. Anno ab incarnatione Domini III[o]h.[3] Herodes Iudeorum rex a magis Christum[i] natum audiens inmanissimum scelus perpetravit. Timens enim, cum esset alienigena, de semine David natum esse puerum, qui iure[k] hereditatis regnum[l] requireret patris, callide loco ac tempore perscrutato, circa Bethlehem a bimatu et infra pueros occidi precepit, nutricio Christi ante[m] per angelum premonito puerque in Egyptum translato. Quod scelus Dominus advertens dirissima et indecora[n] eum morborum clade in extremis[o] flagellavit. Unde Iosephus in XVII[o] Antiquitatum[p] libro de ipso sic ait: *Herodem porro amarior in dies morbus urgebat supplicia commissi*[q] *dudum sceleris expetens. Lento namque igne extrinsecus in superficie urebatur, intrinsecus vero vastum condebatur incendium. Aviditas inexplebilis semper inerat cibi, nec tamen saciari umquam rabidis incitata*[r] *faucibus valebat ingluvies. Intestina intrinsecus ulceribus obsepta.* Et post pauca: *Sed et verenda ipsa putredine corrupta scatere vermibus, spiritus quoque incredibilis inflatio*[s]. Et infra: *Dicebant ergo hii, quibus divinandi*[t] *peritia est, has divinitus penas ob multa eius impie*[u] *et crudeliter gesta deposci.* Refert etiam, quod, ubi desperare salutem cepit, ex singulis vicis seu[v] castellis nobiles ac primarios viros ad se vocatos in vincula[w] posuerit. *Accersita* que ad[x] se *sorore*

cf. Eus.-Ruf. I, 8, 1 *sq.*

ib. I, 8, 5 *sqq.*

a) fuerit mundi, quare ei civitatis Dei princeps et auctor natus *add. B* 2, *ubi sequentia* Cum — asscribi voluit *(l.* 6*) omissa eadem, ut videtur, manu in marg. inferiore suppleta sunt.* b) illa *om. A.* c) ut *om. A.* d) loquar *om. A.* e) nato qui vet. evac. *A* 2. f) quoq. anno *A;* a tuno *C* 2. g) condita *A* 2. h) II. *C* 3. 4. i) regem *add. C.* k) uere *A* 3*. l) patris requir. regnum *C.* m) per ang. ante *C.* n) indecori *C (alia manu corr.* -ra *C* 3*).* o) in extr. *om. A* 2. p) libro Ant. *C.* q) dudum comm. *A.* r) viciata *A. B* 2. s) erecta tentigo *add. Cusp.;* et tentigo *add. Ruf.* t) per. est divinandi *A* 2. u) ob impietatem eius et multa crud. *Cusp.* v) atque *A.* w) vinculis *C.* x) ad se *om. A* 2. 4.

1) *Oros. VI*, 22, 6—8. 2) *Cf. supra I*, 5. 3) *Ex Frut. p.* 95, 15. *Ad ea, quae sequuntur, cf. etiam Oros. VII*, 3.

Eus.-Ruf. I, 8. *sua*[a] *Salome atque eius viro Alexandro*[1]*: 'Novi', inquit, 'Iudeos de meo interitu gavisuros, sed potero habere*[b] *lugentes*[c] *et exequias honorabiles ex plangentium multitudine, si volueritis vos*[d] *meis parere preceptis. Statim ergo, ut exalavero*[e] *spiritum, omnes, quos in custodia habeo, interficite, ut omnis Iudea*[f] *et omnis domus defleat obitum meum'.* Et non multo post, cum vitae exitum adesse sentiret, ad incidendum malum cultellum poposcit[g]. Quo accepto in se ipsum ictum vibravit[h]. Prosequitur etiam[i] idem scriptor, quod, antequam moreretur[k], post duos, quos ante necaverat, tercium quoque filium interfecit. Et ita tam[l] maximis doloribus corporis quam flagitiosissimis parricidii piaculis infelicissime vitam finivit. Quod illi procul dubio ob sacrilegium in Christum eiusque coevos crudele commissum piaculum evenisse creditur. Mortuo Herode Archelaus filius eius successit in regnum[2].

Oros. VII, 3. VIII. Anno ab incarnatione Domini VI°[3] maximam[m] fames in urbe Roma fuit. Quae in[n] tantum invaluisse dicitur, ut lanistarum familias et peregrinos, servos quoque absque medicis et preceptoribus Augustus[4] ab Urbe[o] expelli preceperit[p]. Ea tempestate Augusto iam sene Iani portae[5], quae ex longo ocio rubiginem contraxerant[6], propter Atheniensium et Dacorum seditionem aperiuntur[5] nec ante Vespasianum clausae fuerunt. Nulla tamen, quamvis in procinctu miles esset, post longa tempora bella sonuerunt. *p. 170 Quod profecto ob novi regis *novum ortum evenisse credendum est, ut tantae seditiones sine bellorum cladibus terminarentur. Hucusque Cornelius Tacitus[7].

Frut. VIIII. Anno ab incarnatione Domini XV° Augustus L°VIII°[q] imperii sui[r] anno vivendi finem fecit, eique
Oros. VII, 4. Tyberius privignus eius in regnum successit. Hic moderatissime rem publicam gubernans nec cives intus iniuriavit nec foris bellorum tempestates movit. Quarto vero imperii eius anno, id est ab incarnatione Domini XVIIII°[8], Germanicus Drusi filius, Galigulae pater, de Germanis triumphavit. In tantum autem tunc temporis humanus fertur[s] fuisse Tyberius, ut, dum augenda tributa presides suaderent, responderit boni pastoris esse pecus tondere, non deglutire.

a) sua *om. C* 3. b) habere *om. A* 3. c) lugentem *A*. d) meis vos *A* 3. e) exhalavero *A* 2. 3. 3*. f) iuda *A* 3*. g) petiuit cultrum *Cusp.* h) libravit *Ruf.* i) et *A* 2. k) moretur *B* 1. l) iam *B* 1; tam *om. A*. m) fames max. *C*. n) in *om. A* 2. o) Roma *add. A* 3. p) precepit *A* 3. 3*. *B* 1. 2, *corr.* preceperit *B* 2. q) 56. *Frut., cf. Iord. Rom.* 256, *Regin. Chron. (ed. Kurze) p.* 3. r) sui *om. C*. s) fuisse fertur *C*.

1) *Ita Rufini Clm.* 6375, *olim Frising.;* Alexam *ceteri.* 2) *Cf. Frut. p.* 95, 20. 3) *Numerus ex Oros. VII,* 3, 6. *computatus esse potest;* A. D. 7. *Frut. p.* 95, 35. 4) *Cf. Frut. l. c.* 5) *Cf. Frut. p.* 95, 45. 6) *Oros. VI,* 22 = *Frut. p.* 94, 65. 7) *Ottonem Orosii relationem VII,* 3. *obiter expilando in errorem ductum esse Wilmans animadvertit.* 8) *Ex Frut. p.* 96, 20.

His diebus sceleratus quidam, Mundus nomine, callidissime quandam matronam castam Paulinam decepit. Cum enim sepe de[a] adulterio eam adtemptaret nec proficeret, sacerdotes templi precio conduxit, ut quempiam deorum cum illa commisceri velle denuntiarent. Refert marito mulier, maritus laudat. Sicque in templum nocte veniens mulier deum illum prestolabatur. Veniens ergo Mundus voto potitur sub nomine dei. Post haec improperat mulieri quod fecerat. Illa rursum marito refert. Quod scelus dum Cesar a marito comperisset, debita animadversione templum quidem subvertit, sacerdotes in crucem egit, iuveni vero tanquam[b] amoris magnitudine decepto inani ductus misericordia pepercit ac Urbe cedere persuasit. Haec idcirco ponere volui, ut[c] ostenderem Tyberium quidem mansuetum fuisse, sed in[d] iudiciis suis contra peccantes remissum, quod pene omnium mansuetorum iudicum est[e] vicium. *Ios. Ant. Iud. XVIII, 7. et Heges. II, 4.*

X. Anno ab incarnatione Domini XXX°, anno vero[f] Tyberii Cesaris XV°, cum iam in Iudea IIII^or principes, quos Greci tetrarchas vocant, Archelao mortuo[2] presiderent, Iohannes in deserto baptismum penitenciae predicare cepit. Ad cuius baptismum Dominus quoque aquas sanctificaturus baptizandus venit. Et[g] exhinc predicare, miracula facere cepit. Elegit enim[h] principes civitatis suae XII, quos vocavit apostolos, inter[i] quos pro bono unitatis unum constituit principem Petrum[3]. Post quos secundi ordinis viros LXXII^os[4] posuit discipulos. Brevi post haec interiecto tempore maximus ille civitatis Dei civis[k] Iohannes, utpote cui ipsa veritas testimonium dans: *Inter natos,* inquit[l], *mulierum non*[m] *surrexit maior Iohanne baptista,* Herodem de incestuoso[n] arguit conubio. Ob quam causam ab eo in carcerem ponitur dieque natalis sui, quod in Evangelio plenius habes[o], eductus[5] flagitiose inter epulas necatur. Id ipsum Iosephus refert bellumque maximum indep ortum inter Herodem et[q] Aretham regem Arabiae ignominiam filiae vindi- *Frut.*[1] *Eus.-Ruf. Hist. eccl. I, 10, 7.* *ib. I, 11, 1.* *Matth. 11, 11.* *Matth. 14, 3 sqq.* *Eus.-Ruf. I, 11.*

a) eam de adult. *A* 3. 4. b) pepercit inani miseric. tamquam amoris magnit. decepto, *omisso* ductus *C*. c) et *add. C*. d) in *om. A* (et in *alio atram. in loco raso A* 3, *ubi* sed *om.*). *B* 2. e) vicium est *A* 3. f) vero *om. C*. g) Et *om. A* 2. 3*. *C* 4. h) ergo *C*. i) in *B* 1. k) cives *A* 2. l) i. (= inquit) *erasum C* 2. m) non *erasum et in marg.* nemo *suppl. B* 2. n) incesto *A* 2. o) hns *C* 2; habemus *C* 3. 4. p) inde *om. A* 2. q) et *om. B* 1.

1) *Cf. Eus.-Ruf. Hist. eccl. I,* 9 *sq. Pauca ad Hieronymi Chron. a. Abr.* 2044. *propius accedunt, sed iisdem verbis expressa Matth.* 3, 1. *leguntur.* 2) *Error Ottonis.* 3) *Cf. infra III,* 14 *in.* 4) *Ita Luc.* 10, 1; 70 *Eus.-Ruf.* 5) *Matth.* 14, 10: in carcere.

Eus.-Ruf. I, 11. cantis, in quo exercitum[a] Herodis extinctum[b] memorat. Ait ergo Iosephus hoc modo: *Quibusdam Iudeorum videbatur ideo perisse Herodis exercitum*[c], *quod in eo*[d] *satis*[e] *iuste ultio divina commota sit pro vindicta Iohannis, qui vocabatur baptista, quem punivit Herodes, virum valde bonum, qui precipiebat Iudeis virtuti operam dare, iusticiam inter se invicem custodire et in Deum servare pietatem, per baptismum in unum coire. Hoc enim pacto baptismum acceptabilem fore, si non solum ad abluenda peccata sumatur*[f], *verum et*[g] *ad castimoniam corporis atque ad animae iusticiam purificationemque servetur omniumque pariter virtutum velud*[h] *signaculum et custodia quaedam fidelis habeatur. Quae cum ab eo per precepta huiuscemodi docerentur, atque ad audiendum eum*[i] *perplurima multitudo concurreret*[k], *veritus Herodes, ne forte doctrinae eius persuasione populi a suo regno discederent*[l] — *videbat*[m] *enim, quod preceptis eius ac monitis obedire in omnibus plebs esset parata* —, *melius credidit, priusquam novi aliquid fieret, anticipari hominem nece quam postmodum turbatis rebus seram penitudinem gerere. Ea sola igitur suspicione Herodis*[n] *vinctus in castellum Macherunta abducitur*[o] *Iohannes ibique obtruncatur.* Haec de Iohanne. De salvatore vero sic ait[p]: *Fuit hisdem temporibus Iesus sapiens vir, si tamen virum eum nominari*[q] *fas est. Erat enim mirabilium operum effector doctorque hominum eorum, qui libenter quae vera sunt audiunt, et multos quidem Iudeorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit et credebatur esse Christus*[r]. *Hunc accusatione primorum nostrae gentis virorum cum Pilatus in crucem*[s] *agendum esse*[t] *decrevisset, non deseruerunt hii, qui ab inicio eum dilexerant. Apparuit enim eis*[u] *tercia die iterum vivus, secundum quod divinitus inspirati prophetae vel haec vel alia de eo innumera miracula futura esse predixerant. Sed et*[v] *in hodiernum Christianorum, qui ab ipso sunt nuncupati, et nomen perseverat et genus*[w]. Hoc idcirco de religione[x] nostra doctissimi viri, sed Iudei, *testimonium[y] ponere volui, ut ostenderem[z] Iudeos de adventu Christi non ignorare[1], sed ad dampnationis augmentum invidia excecatos credere nolle. *p. 1

Oros. VII, 4. XI. Anno ab incarnatione sua[a] XXX⁰IIII⁰ [b. 2] regnante adhuc Tyberio, in Hierosolimis vero presidente Pontio Pilato, *Matth. 27.*[3] Dominus ad passionem venire dignatus fuit ac in loco[c]

a) exercitu *B* 1; Her. exerc. *A*. b) extinctum *om. A (manu s. XVI. in marg. suppl. A* 1*)*; perisse *supra lin. alia, ut videtur, manu add. A* 2, *alia manu in marg. add. A* 4. c) exercitus *A* 3. d) eum *Cusp., Eus.-Ruf.* e) satis *om. A* 2. f) sumitur *C* 2. g) etiam *A. C* 3. h) *ita B;* velut *C* 3. 4; veluti *A. C*2. i) ea *A.* k) occurreret *A* 2. l) discederet *A* 3*; rege desciscerent *Eus.-Ruf.* m) videbant *A* 3*. n) Her. *om. A* 2. o) adducitur *A* 2. p) ait *om. A* 3*. q) nominare *Cusp., Eus.-Ruf.* r) adiunxit. Christus hic erat *Cusp., Ruf., sed Hieronymus De viris ill. c.* 13, *qui ceterum longe ab Ottone recedit, quamquam et ipse Rufinum, non Iosephum, si Stanislao de Sychowski credis, exscripsit, habet:* et credebatur esse Christus. s) cruce *A* 3*. t) esse *om. A* 2. u) eis *om. A.* v) et *om. C* 2. w) gens *C* 2; gns *C* 3. x) regione *B* 1; relione *corr.* religione *B* 2. y) ponere testim. *C.* z) ostendam *C.* a) sua *in loco raso A* 1; dni (= Domini) *A* 2. 4 *(*sua *manu coaeva super* dni *superscr. A* 4*)*; sua *recenti manu delet. et* dni *superscr. C* 3. b) vel III⁰ *add. B* 1, *quod eadem manu eodemque atram. super* IIII⁰ *superscr. exhibent B* 2. *C* 4; als. XXXIII. *add. in marg. Cusp.; cf. n.* 2. c) loco *om. B* 1.

1) *Cf. Eus.-Ruf. Hist. eccl. I,* 11, 9. 2) *Ex Reginone p.* 3; 33. *Frut. p.* 97, 15. 3) *Cf. Marc.* 15; *Luc.* 23.

Calvariae extra portam in parasceue a Iudeis gentibus traditus VI[a] hora crucifigi. Tenebrae ab eadem hora usque ad horam, qua expiravit, VIIII[am a] non solum in Iudea, sed et[b] per totum mundum factae sunt. Et, sicut scriptum est,

Impiaque eternam timuerunt secula noctem[1].

Quas tenebras non ex eclipsi solis, sed ex miraculo accidisse XIIII[a] luna[c], quae tunc fuit, etiam ipsis infidelibus probavit. Terrae motus quoque tunc factus quasdam civitates Asiae diruit, quae propter hoc[d] etiam a tributo libertati[e] datae a Tyberio fuerunt. Dixisse tunc ferunt unum ex philosophis[f], quem Dionisium Ariopagitam putant: *Deus naturae patitur*[2]. Post resurrectionem ergo et ascensionem Domini Pilatus de conversatione[g] miraculisque eius, passione quoque[h] ac resurrectione Tyberio Cesari scripsit[3]. Quo audito Tyberius colendum eum inter deos[i] esse[k] decernens ad senatum retulit. Senatus autem, eo quod prius ad eos causa delata non fuisset, edictum Cesaris recipere recusavit, quin immo exterminandos ab Urbe huius nominis sectatores censuit. Ob quam causam[l] augustus ex mansuetissimo principe factus[m] est sevissima[n] bestia plurimosque[4] senatorum ac nobilium perdi precepit. Sicque factum est, ut, dum regem Christum recipere nollent, regem Cesarem ultorem sustinerent. Nutu tamen Dei id factum creditur, ne fides Christi ab homine infideli testimonium et a terreno principe auctoritatem[o] accepisse[p] videretur.

Oros. VII, 4.
ib. VII, 4. et Eus.-Ruf. II, 2.
Oros.

Eodem anno[5] magnus civitatis Dei princeps Stephanus ab his, qui et[q] Dominum occiderunt, lapidatur. Tyberius Iudeos persecutores Christi in provincias gravioris caeli relegavit[r],
178. in Urbeque manentes *submovit et perpetuae servituti addixit. *Inicia dolorum haec.* Qualibus enim malis secundum prophetiam Domini, *eo quod non cognovissent*[s] *tempus visitacionis* suae, postmodum a Romanis attriti sint, cum ad id tempus ventum fuerit, dicemus[7].

Eus.-Ruf. II, 1, 1.
Oros. VII, 4, 16 sq.
Marc. 13, 8[6].
Luc. 19, 44.

XII. Anno ab incarnatione Domini XXX°VIIII°[t] Tyberius XX°III° imperii sui anno veneno periit. Cui Gaius Galigula

Frut.
Oros. VII, 5.

a) VIIII[a] *A* 3. *B* 2. b) et *om. A* 3*. *B* 2. *C* 4. c) luna *om. A; super* XIIII. *alia manu superscr.* sibilla *A* 2. d) haec *A*. e) liberati *C* 4. f) ꝑphis (= prophetis) *A* 1. 2. 3. 3*, *corr.* phis *A* 2. 3*. g) conversione *B* 1. h) passioneque *A* 2. i) -que *add. A*. k) *seq.* que *erasum B* 2. l) causa *A* 2. m) factū *postea videtur correctum* factus *B* 2. n) sevissima — factum est *(l. 21) om. C* 3. o) auct. — princeps *(l. 26) om. C* 2. p) accipisse *A* 2. q) ad *corr. alia manu* et *C* 3; et *om. C* 4. r) religavit *A* 4. s) cognovisset *A*. t) als. XLI. *in marg. add. Cusp.;* 38. *Frut., qui tamen non minus quam Regino a. p. Chr. n.* 39. *primum Gaii annum dicit.*

1) *Verg. Georg. I,* 468, *quem versum Oros. VII,* 4, 14. *attulit.* 2) *Eadem habet Petrus Comestor, Hist. scholast. in Evang. c.* 175, *non ex Ottone petita.* 3) *Cf. Frut. p.* 97, 25. 4) *Cf. Frut. p.* 97, 30. 5) *Ex Regin. p.* 3. 6) *Cf. Matth.* 24, 8. 7) *III,* 17. 18, *cf.* 21.

Oros. VII, 5. tercius ab Augusto in regnum successit, vir omnium ante se sceleratissimus et[a] qui vere Romanis[b] blasphemantibus ac Iudeis persequentibus ultor adhibitus videretur. Huius diebus dum in[c] Alexandria plurimis malis opprimerentur Iudei, Philo Iudeus, primus[d] inter primos philosophorum[1], ab eis ad depromendam[e] querimoniam ad Cesarem mittitur. Hic est Philo, qui inter multa preclara opera librum, in quo plurimum Christianos commendat, composuit[f.2]. Librum quoque Sapientiae, qui sic incipit: *Diligite iusticiam,* quia Grecam redolet eloquentiam, a quibusdam edidisse creditur[3]. In cuius rei argumentum quaedam ibi de[g] Christo posita non prophetarum, sed historiographorum more, non futura prophetantium, sed preterita narrantium invenies, ut est illud: *Dixerunt impii*[4]*: 'Opprimamus virum iustum*[h] *iniuste'*. Et infra: *Promittit se scientiam Dei habere, filium Dei se nominat.* Et item[i]: *Morte turpissima condempnemus eum.* Hunc Philonem in tantum fuisse Platonem sectatum refert Hieronimus, ut in proverbio apud Grecos de ipso diceretur: 'y Philon platanon, y Platon philanon[k.5]', id est: 'aut Philo est Platonis, aut Plato Philonis'. Cum ergo ad Cesarem legatione fungeretur Iudeorum, non solum ab eo ob illius populi[l] odium spernitur, sed[m] et[n], ut templum profanetur ipseque ibi[o] ut deus colatur, ab Augusto precipitur[6]. Pilatus[p] quoque[q] tantis[r] a Cesare malis atteritur, ut suo se gladio interfecisse[7] dicatur[8]. Vide iustissima ac occultissima Dei iudicia, de inimicis suis per[s] flagitiosissimum hominem se ulciscitur ipseque immobilis manens cum labore ac furore[t] civium mundi de hostibus triumphat. Sunt etiam[u] nonnulli, qui eum apud Viennam Galliae[v] urbem in exilium trusum[9] ac post in

Hier. De viris ill. 11.

Sap. 1, 1.

cf. Sap. 2, 10.

Sap. 2, 13.

ib. 2, 20.

Hier. De viris ill. 11.

Oros. VII, 5.

a) qui et *C* 3. 4. b) Rom. *om. C* 4. c) in *om. A* 3*. d) primus *om. B* 2. e) deprimendam *A* 2. f) posuit *B* 2. g) posita de Christo *A*. h) iustum *om. A* 1. 2. 3*. i) iterum *B* 2. k) Platanon phylon *A* 4. l) odium pop. *C*. m) sed *om. C* 2. n) et *om. A* 2. *C* 3. 4. o) ibi *om. A* 2. 4. p) Pilatus — affirmantur *(p.* 149, *l.* 2*) habet C* 1. q) quoque *erasum C* 1. r) a Cesare tantis *C* 3. 4. s) per *om. A* 3*. t) dolore *A*. u) *ita A* 1 *(sed totum fere evanuit).* 3*. *B. C;* etiam *om. A* 2. 3. 4. v) urbem Galliae *A*.

1) Philo — philosophorum *Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 4, 2. 2) *Hieron. De viris illustr. c.* 11, *qui profusam apud Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 17. *relationem in breve contraxit.* 3) *Hieron. Praef. in libros Salomonis, Migne, Patrol. Lat. XXVIII, col.* 1308. 4) *Cf. Sap.* 1, 16. 2, 1. 5) *Hieron. l. c.: ἢ Πλάτων φιλωνίζει ἢ Φίλων πλατωνίζει.* 6) *Cf. etiam Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 5 *sq.* 7) *Cf. Frut. p.* 98, 10. 8) ut . . . referatur *Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 7. 9) *Similiter Adonis Vienn. Chron., Aet. sexta, ed. Basileae* 1568. *p.* 109. *cf. carmina Franco-Gallica apud Ed. du Méril, 'Poésies populaires latines du moyen-âge', Paris* 1847, *p.* 356 *('La destruction de Jérusalem') et A. Graf, 'Roma nella memoria . . del medio evo' I, p.* 458 *sq.*

Rhodano[a] mersum dicant. Unde usque hodie naves ibi periclitari ab incolis affirmantur.

Hisdem diebus Cesar Germaniam Galliamque percurrens in Brittanniam[b] tendit, ubi dum Bellinum Brittannorum regis filium in dedicionem accepisset, Romam revertitur. Sed non minor eius in suos crudelitas quam in hostes fuit. Sorores enim suas, quas[1] primo stupro polluit, postmodum exilio[c] dampnavit[1]. His et aliis multis tam flagitiose quam crudeliter commissis[d] sceleribus[2] a protectoribus suis IIII° imperii sui[e] anno[3] interficitur. Inventi sunt post mortem eius duo libelli, quorum unus Pugio, alius Gladius dicebatur, in quibus lectissimorum Romanorum nomina morti destinatorum scripta fuisse dicuntur. Arca quoque variis venenis plena apud eum inventa est. Quae in mare[f] fusa plurimos etiam[g] piscium interfecerunt. Haut dubium, quin[h] propter germinantia[4] Christianorum tempora[5] tam immanem[i] tirannum ab hac luce Dominus subtraxerit, qui si vixisset, quantam stragem[k] populi facturus fuerat, ex morte piscium intelligi datur. *Oros. VII, 5.*

XIII. Anno ab incarnatione Domini XL°III° occiso Gaio Tyberius[6] Claudius IIII[us] ab Augusto imperium suscepit. Huius diebus famem fuisse in Iudea[7], quam Agabus ante predixerat, refert Lucas addens fratribus ibidem manentibus elemosinas ex Antiochia per Paulum et Barnaban missas. Iosephus quoque Helenam reginam Adiabenorum[l] necessitatibus[8] pauperum hisdem[m] diebus plurima largitam[9] fuisse[n] memorat. Adiungit etiam Lucas, quod in illo tempore, quod[o] sine dubio sub Claudio fuisse Eusebius confirmat, Herodes[p] Iacobum occiderit, Petrum in vinculis ab angelo liberatum posuerit. Hoc scelus regis perpetratum ultio divina animadvertit, quod Lucas hoc modo prosequitur: *Cum,* inquit, *Cesaream descendisset Herodes et in die sollempni preclara veste et regia indutus pro tribunali consedisset ac de sublimi concionaretur ad populum, cumque populus acclamaret*[q] *ei: 'Dei voces et non hominis', statim percussit eum angelus Dei*[r], *eo quod non dederit gloriam Deo, et scatens vermibus expiravit.* A Iosepho quoque idem, sed prolixius dictum invenies. Hisdem diebus fuisse[s] *Frut.* *Eus.-Ruf. Hist. eccl. II, 8.* *ib. II, 11 sq.* *ib. II, 9.* *ib. II, 10.* *ib. II, 11.*

a) Rhodanum *A. B* 2. b) -que *add. A* 3. c) exilio *om. C* 3. d) in omnibus *A* 2; gestis *A* 4. e) sui *om. C.* f) est *add. C* 3. g) ēē (= esse) *C* 3. h) quando *B* 2. i) immane *B* 2; immanum *C* 2. k) pop. stragem *A* 1. 3. 4. l) adlabenorum *A.* m) his *C.* n) fuisse *om. C.* o) quod *om. C* 2. p) Agrippa *novo versu ineunte posteriore manu add. A* 2. q) acclamarent *A* 1. 3[s]. *B* 2. r) domini *A. B* 2. s) Theodam fuisse *C.*

('La vengance mesire Ihesucrist'). Sed non in omnibus cum Ottone conveniunt. 1) *Cf. Frut. p.* 97, 65. 2) *Cf. Frut. p.* 98, 20. 3) IIII° imperii sui anno *ex Frut. l. c.* 4) *Ad vocem cf. Oros. VII,* 5, 3. 5) *Oros. VII,* 5, 11: propter suffragium gratiae in populum continuo ex parte crediturum et propter irae temperamentum in populum tunc infideliter obstinatum. 6) *Ex Oros. VII,* 6, 1. 7) *Cf. Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 12, 1. 8) *Oros. VII,* 6, 12 = *Frut. p.* 98, 55. 9) *Cf. Oros. l. c.* = *Frut. l. c.*

Eus.-Ruf. II, 11. Theodam, de quo Lucas Gamalielem inducit loquentem hoc modo: *Surrexit Theodas quidam dicens se esse magnum quendam, qui destructus est, et omnes qui sequebantur eum dissoluti sunt,* Iosephus similiter affirmat.

*p. 1 *XIIII. Cum igitur civitas Christi et imperium, quod pene* in Iudea tantum ante nativitatem[a] eius fuit, dilatandum in omnes gentes foret, apostoli, utpote principes et architecti huius civitatis, in omnem terram verbum vitae predicaturi exeunt, in finesque orbis terrae disperguntur. Hinc[b] Petrus aliorum[c] princeps[d·1] tocius orbis dominam sortitur Romam. Paulus, qui alios sapientia precellebat, omnium prudentissimam tociusque philosophiae fontem adiit Greciam[2], Iohannes Asiam, Andreas Achaiam[e·3], Matheus Ethiopiam, Thomas et Bartholomeus utrasque Indias[4], Symon et Tatheus Egyptum et Mesopotamiam ac[f] ad ultimum Persidem et Scithiam[5], Philippus Hierapolim[g·6], Iacobus in Iudea remanens Hierosolimorum rexit[h] ecclesiam[7]. Nam[i] alter[k] Iacobus ab Herode decollatus erat[l·8], qui** tamen prius, ut dicitur, Hispanis predicaverat[9], ubi et adhuc sepulchrum eius

cf. Eus.-Ruf. III, 1.

*) pene *om. C, habet Cusp.*

**) qui — habetur *(p. 151, l. 1) om. C, habet Cusp.*

a) eius nativ. *C.* b) *denuo incipit C* 1, *qui* Apłs (= Apostolus) *in loco raso pro* Hinc *exhibet.* c) apostolorum *A* 1. 2. 3. 3*, *eadem manu eodemque atram. superscr.* vel aliorum *A* 1. d) principes, *sed secundum* -i- *erasum B* 1. e) Achachiā, -ch- *secundo loco expunct. A* 1. f) et *C* 2—4. g) Hieropolim *A*; Ierapolim *C.* h) regebat *C.* i) et *add. C* 2—4. k) Iac. alter *C* 3. 4. l) *desinit C* 1.

1) *Cf. Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 14, 6, *quem locum Hieron. De viris illustr. c.* 1. *exscripsit.* 2) *Ita ex. gr. 'Annolied' v.* 80, *Hugo de S. Victore, Excerpt. prior. l. VI,* 3; *Eus.-Ruf. l. c.:* ab Hierusalem usque ad Illyricum replevit euangelium Christi. 3) *Ita ecclesiastica traditio inde a* 4. *et* 5. *saeculo (ex. gr. Hugo de S. Vict. l. c.); cf. R. A. Lipsius, 'Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden' I, p.* 608 *sqq.;* Scythiam *Eus.-Ruf. l. c.* 4) *Hugo de S. Vict. l. c.:* Bartholomaeus Indiam minorem, Thomas Indiam maiorem; *Eus.-Ruf. l. c.:* Thomas . . Parthos, . . . Bartholomaeus Indiam citeriorem; *cf. Lipsius l. c. I,* 278 *sqq.* 5) *Lib. de fest. apost. ante Adonis Martyrol.* 28. *Oct.:* Thadaeus apud Mesopotamiam, Simon vero apud Aegyptum traditur praedicasse, inde simul Persidem ingressi; *Scythiam alibi non inveni; cf. Lipsius II,* 2, *p.* 143 *sqq.; de Thaddaeo cf. etiam Eus.-Ruf. l. c. I,* 13. *II,* 1, 6 *sq.* 6) *Cf. ex. gr. Martyrol. Hieron., Bedae, Adonis* 1. *Maii; Lipsius l. c. II,* 2, *p.* 50 *sq.* 7) *Cf. infra III,* 15, *p.* 154. 8) *Cf. Eus.-Ruf. l. c. II,* 9. 9) *Ita ex. gr. Isidor., De ortu et obitu patrum c.* 71, *Martyrol. Bedae et Adonis, Honor. Aug. Spec. eccl. apud Migne, Patrol. Lat. CLXXII, col.* 981 *sqq.; cf. Lipsius l. c. II,* 2, *p.* 214 *sqq.*

clarum habetur[1]. Hi[a] non armis, sed longe efficatius Dei verbo orbem aggressi non alieno, sed proprio sanguine multo[b] quam Romani preclarius[c] universo[d] de mundo triumpharunt.

Petrus itaque Romam veniens Symonem heresiarcham omnium in magica arte peritissimum ac spurcissimum Urbem subvertentem[e] invenit. Iste dudum a Philippo[f] in Samaria baptizatus, dum gratiam miraculorum ab apostolis oblata pecunia peteret et non[g] impetraret, conversus retro post Satanan[2] apostatavit seque ex multis demonum prestigiis miracula faciendo deum asserere non erubuit. Petrus vero in urbe Roma salutifera vitae verba docere cepit et, quod ore docuit, signorum efficatia confirmavit[3]. Exhinc Romae ceperunt esse Christiani. *Eus.-Ruf. II,* 14. 13. *ib. II,* 1; *Act. ap.* 8, 9 *sqq.*

His[h] diebus Marcus, qui primus[i] Alexandrinam[k] rexit ecclesiam, ex ore Petri Evangelium[l] in Italia[m] Latino[4] scripsit[5] eloquio. Nam Matheus suum antea in Iudea Hebraico sermone scripserat[n.6]. Reliqui* duo, Lucas[o] scilicet et Iohannes, sua postmodum Greca lingua ediderunt[7]. Petrus exhinc kathedram Romae suscipiens civitatemque Dei vivis ex lapidibus[8] verbo et exemplo construere studens nobilissimas orbis urbes civibus Christi ac sacerdotibus illustravit. Nempe beatum Apollinarem Ravennam, Metis Clementem, ad[p] florentissimam vero Galliae[q] urbem Treverim tres simul proceres, Valerium, Eucharium ac Maternum, destinavit[9]. Qui dum Alpes transissent, Maternus

*) Reliqui — ediderunt *(l.* 19*) om. C, habet Cusp.*

a) Hii *A. C* 2. b) macto *B* 1. c) clarius *A.* d) de univ. *A.* e) subverterē *alia manu corr.* subvertentē *C* 3; subvertẽ *C* 4. f) in Sam. a Phil. *C* 3. 4. g) non *om. C* 3. h) His — Colonienses habeant *(p.* 152, *l.* 12. 13*) habet C* 1. i) p[9] (= prius) *B* 1. k) *in loco raso A* 3; Alexandriam *A* 1. 2. *C* 2, *corr.* Alexandrinam *A* 1. l) *super* euangelium *manu s. XIII.* quia filius in baptismo fuit *add. B* 1. m) in It. *om. C* 1. n) scripserat *eadem manu eodemque atram. super* scripsit *superscr. A* 3. o) Ioh. scil. et Lucas *B* 1. p) a *A* 3*; ac *corr.* ad *B* 2. q) urbem Galliae *A* 2.

1) *Cf. inter alia Miracula S. Iacobi apostoli auctore, ut fertur, Calixto II. papae, Acta SS. Boll.* 25. *Iul. t. VI, p.* 46 *sqq.* 2) 1. *Tim.* 5, 15: conversae sunt retro satanam. 3) *Cf. Hegesipp. III,* 2. 4) *Hoc fortasse Otto ex verbis Eusebii et Hieronymi efficere se posse putavit; Marcum Graece scripsisse saepius expresse dicitur, ex. gr. ab Hugone de S. Vict., Erud. Didasc. IV,* 6. 5) *Eus.-Ruf. l. c. II,* 15, 1 *sq.* 16, 1; *Hieron. De viris illustr. c.* 8. 6) *Hieron. Comm. in Matth., Prol.; De viris illustr. c.* 3; *cf. Eus.-Ruf. l. c. III,* 39, 16. 7) *Cf. Hieron. Comm. in Matth., Prol.; Praef. in Evang.; De viris illustr. c.* 7. 9; *Eus.-Ruf. l. c. VI,* 14, 7. 8) *Cf.* 1. *Petr.* 2, 5. *et infra III,* 43, *p.* 176, *l.* 1. *et n.* 1. 9) *De Apollinare et Ravenna legitur apud*

in via moritur. Quo facto perculsi[a] socii Romam revertuntur. Beatus itaque apostolus pastoralem virgam, ut traditur, per eos ad suscitandum eum misit. Qui venientes ad locum sepulchri XXX[a]III[1] dies invenerunt eum in monumento habentem. Attamen viri Dei fide et operibus bonis pleni sub obedientia magistri admota virga socium a morte suscitaverunt. Qui, ut fertur, post Eucharium et Valerium per tot annos Treverensem et Agrippinensem rexit ecclesiam, quot dies antea[b] in sepulchro iacuerat. Ostenditur autem adhuc[c] eadem virga in argumentum rei, quam diximus, Treveri ac Agrippinae, ita quod superiorem eius partem Treverenses, inferiorem Colonienses habeant[2].

Oros. VII, 6. Ea tempestate Claudius Brittannos, eo quod transfugas non reddidissent, cum[d] exercitu petit ac sine sanguine vel[e] prelio[f] ferocissimam gentem in deditionem accepit. Orcadas etiam in ultimo oceano[g] positas insulas imperio adiecit sextoque mense, ex quo proficisci ceperat, mirum[h] dictu, in Urbem rediit[i]. Anno imperii eius VII[o] tanta sedicio in festivitate paschae Hierosolimis exorta est, ut de his, qui constipatione[k] populi in foribus templi[3] obprimerentur, XXX[a] Iudeorum milia inventa sint. Anno imperii eius VIIII[o] Iudeos Urbe trudi precepit. Quod non solum Iosephus, sed et Suetonius refert: *Claudius*, inquit, *Iudeos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit.* Sequenti anno tanta fames in Urbe fuit, ut imperator in[4] medio foro ignominiosissime[l] fragmentis panum[4] proiectus[m] in palacium fu-

a) perculsi *mut. alio atram.* repercussi *vel* reperculsi *A* 3; percussi *C* 2—4. b) ante *C* 3. 4. c) eadem adhuc *C* 3. 4. d) cum *om. A.* e) et *C;* ac *Oros.* f) *hoc loco add.* mirum dictu *infra omissum C.* g) pos. occeano *C.* h) mirum dictu *hoc loco om. C.* i) rediit *om. A* 3; redit *B* 1. k) in constip. *A* 2. l) *quartum* -i- *corr. ex* -e *B* 1; ignominiose *A. B* 2. m) proiectus *mut.* proiectis *C* 2.

Reginonem, de Apollinare Ravennate et Clemente Metensi apud Paulum, De episc. Met., de Clemente et Euchario, Valerio, Materno in Gestis Trev. c. 14 *sq. (ubi tamen Metensis urbis non nisi in recensionibus B et C mentio fit), de Apollinare Ravennate, Clemente Metensi, Euchario, Valerio, Materno Treverensibus in Chron. Ebersheim. c.* 3[b] *et* 3[c], *'N. Archiv' XVI, p.* 556 *sqq. De iis, quae sequuntur, cf. etiam Vita SS. Eucharii, Valerii, Materni, Acta SS. Boll.* 29. *Ian. t. III, p.* 533. 1) 40 *Vita SS. Eucharii etc. c.* 6, *Hist. de S. Materno (apud Friedrich, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I, p.* 421*), Thiofrid. Epternac. Flor. Epit. Sanct. III,* 3, *Gesta Trev. c.* 14, *'Annolied' v.* 555 *sqq., Honor. August. Spec. eccl. (Migne, Patrol. Lat. CLXXII, col.* 975*);* 30 *Chron. Ebersheim. l. c.* 2) *Ita in theca particulae Treverensis apud Browerum, Antiquit. et Annal. Treverens. l. X, p.* 482 *sq. (Leodii* 1770*) legitur; e contra superiorem partem a Coloniensibus retineri Gesta Trev. rec. B et C, SS. VIII, p.* 170 *sq., tradunt, quibuscum Hist. de S. Materno modo allata consentit.* 3) in portarum exitu *Orosius (= Frut. p.* 100, 40*); cf. Ios. De bello Iud. I,* 11, *Ant. Iud. XX,* 6. 4) *Cf. Frut. p.* 100, 45.

giens[a] concitatae plebis furorem evaserit. Non multo post elapso tempore XXX[a]V[e] senatores et[b] trecentos equites parvis de causis perdidit[c]. Ipse vero XIIII[o] imperii sui anno veneno periit[d]. *Oros. VII, 6.* *Frut.*

XV. Anno[e] ab incarnatione Domini L[o]VII[o] Nero V[us] ab Augusto imperium suscepit, vir omnium flagitiosissimus, utpote qui et Gaium Galigulam avunculum suum nequitia transcenderet[f]. Tantae quippe petulantiae fuit, ut assumpto varii vestitus dedecore tam Greciae quam Italiae urbes et theatra perlustraret ipsosque histriones ineptiis suis vinceret[g], luxuriae vero tam effrenatae, ut retibus aureis piscando, in comitatu quoque nunquam minus quam mille carrucas habuisse dicatur. Hic etiam ex[h] nimia lascivia Urbem[1] incendi precepit. Quae dum VI dies VIIque noctes iugiter arderet, ipse in altissima Mecenatiana[i] turre stans[1] pulcritudine flammae delectatus Iliadam tragico[k] habitu[l] decantabat. De libidinibus eius dicere abhorreo, quippe[m] quin[n] nec a matre nec sorore[o] abstinens contra naturam quoque peccare[o*] non abhorruit[p]. Quid eo sceleratius, qui magistro suo Senecae a morte[q] non pepercit[2]? Hic enim vita et scientia clarus philosophiae studium coluit frequentesque ad Paulum apostolum litteras mittens et ab eo rescripta suscipiens[3] Christianae religionis amicum se fore[r] ostendit. Unde et a Ieronimo in libro illustrium virorum[4] inter cives nostros ponitur. Preterea pluribus[s] occisis senatoribus in matrem, in fratres, sororest[t] ac uxores parricidau[u] extitit et[v] incestuosus[w.5]. Avariciae vero tam inexplebilis erat, ut post innumerabilem pecuniae thesaurum, quem negociatoribus vi rapuerat, centies centena milia sexterciorum singulis annis a senatu sibi dari instituerit. His flagitiosissimis factis impietatem in Deum adiecit. Primus enim persecutionem in Christianos movit. Quod non sine consilio Dei factum credimus, ut videlicet civitas sua talem hostem primo haberet, quem ob[x] flagi-

ib. *Oros. VII,* *cf. Hier. De viris ill. 12.* *Oros. VII, 7.* *Frut.*

a) fugens *A. B, alio atram. corr.* fugiens *A* 4 *et* -i- *manu s. XIII. supra lin. supplet. B* 1. b) et *om. C.* c) interfecit *Cusp., Oros.* d) interiit *Cusp.;* est mortuus *Oros.* e) Anno — dari instituerit *(l.* 30. 31*) habet C* 1. f) transcenderent *corr.* transcenderet *A* 1. 4; transcenderit *A* 2. g) superaret *C* 3. 4. h) ex *om. A.* i) Mecennatiana *A.* k) traico *A. C.* l) habito *A* 1—3. 3*. m) quippe *om. A* 2. n) qui *om. B* 1. o) a sorore *C* 2—4. o*) peccare *om. C* 2. p) abhorruerit *C* 1. q) non pep. a morte *C* 3. 4. r) fore *om. C* 2—4. s) plurimis *C* 1 (plurimam senatus partem *Oros.*); multis *C* 2—4. t) in sor. *C* 3. 4. u) patricidia, i *expunct., manu recentiore superscr.* parricida *B* 2. v) ac *C* 3. 4. w) incestus *C. Eus.-Ruf.;* et incestuosus (et *om. A* 2. 3*. 4; et incest. *supra lin. suppl. A* 1) extitit *A.* x) ob *om. C (alia manu supra lin. suppl. C* 3*).*

1) *Cf. Frut. p.* 101, 10. 2) *Cf. Frut. p.* 101, 45 *sq.* 3) *Ottonem ficticias illas quae exstant epistolas legisse non nego.* 4) *Cap. XII.* 5) in matrem, in fratres *et* ac uxores parricida extitit et incestuosus *ex Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 25, 2; matrem, fratrem, sororem, uxorem *Oros. VII,* 7, 9. *enumerat.*

tiorum suorum scelera civitas etiam mundi abhorreret, cui nichil preter honestatem inhonestum videbatur[a. 1].

Eus.-Ruf. II, 24. Anno[b] imperii eius I° post Marcum evangelistam Anianus
ib. II, 21. sacerdotium sumpsit Alexandriae. Per idem tempus graviter Iudeos afflixit Egyptius[c] quidam falsus propheta, qui in brevi magica arte fidem[d] prophetae fecerat, adeo ut allectis[e] sibi XXX milibus virorum montem Oliveti occupasset, paratus inde[f] civitatem[g] irruere et tyrannidi suae eam[h] subiugare. Felix autem congressione[i] cum ipso facta eum[k] in fugam vertit[l] aliisque peremptis sive captis cepta facile[m] restinxit[n]. Unde in Actibus apostolorum Felix[2] ad Paulum dicit: *Nonne tu es Egyptius*
ib. II, 22, 1. *ille, qui ante hos dies concitaveras populum?* Post Felicem Festus Iudeis a Nerone preponitur. Apud quem dum Pauli causa ventilatur, Iudeis insistentibus Paulus Cesarem appel-
Act. 25, 11. lans, ut Actus apostolorum referunt, Romam[o] vinctus mittitur ac eo veniens verbum vitae incessanter predicavit.
Frut. Hucusque[p] Lucas librum Actuum apostolorum perduxit.

Eus.-Ruf. II, 23. Iudei vero[q] postquam frustratas[r] insidias, quas Paulo intenderant, vident, in Iacobum fratrem Domini, qui dicebatur Iustus[3], Hierosolimorum episcopum, immanitatem nequitiae[s] suae vertunt eumque fidem Christi abnegare expetunt. Statuunt itaque eum scribae et Pharisei[t] supra pinnam templi et voce magna clamantes ad eum dicunt: 'Virorum iustissime, cui omnes[u] obtemperare debemus, quoniam populus errat post Iesum, qui crucifixus est, enuntia nobis, quod sit ostium[v] Iesu'. At ille, dum libera voce intrepidaque mente Christum confiteretur[w] sedere in caelo a dextris summae virtutis, de pinna templi precipitatur illesusque
ib. II, 23, 19 sq. et Hier. De v. ill. 2. manens fullonis vecte[x] percussus[4] martirio consummatur. Is tantae sanctitatis ac iusticiae fuisse a[by] ipsis quoque Iudeis credebatur[z], ut ob eius necem Iosephus civitatem a Romanis postmodum[a] destructam esse velit. Hic civitatem Dei non solum factis informavit, sed et unam de[b] VII epistolis, quae canonicae dicuntur[5], utilem valde et sale sapientiae conditam scripsit epistolam[6]. Aliorum enim apostolorum scripta preter[c] Petri[d] et Pauli, Iohannis

a) videretur *C*. b) *novum cap.* XVII. *inc. C* 2. c) Egyptius *om. C* 4. d) fidem *om. A* 3*. e) collectis *A*. f) inde *om. C* 3. g) civitati *A* 4; urbem *C*. h) eam *om. C*. i) c̄g'ssiono *B* 1. k) eum *om. C*. l) convertit *C* 3. 4. m) facile *om. A* 2. n) restrinxit (-n- *supra lin. A* 2) *A*; rest'xit *B* 2; restruxit *C* 2. o) vinctus Romam *C* 3. 4. p) Huc- *om. C* 3. q) vero *om. A*. r) frustatas *A* 1. s) suae neq. *C* 3. 4. t) phi (= philosophi) *C* 3. u) nos *add. C* 2. *Ruf.* v) hostium *B* 1. *C*. w) confiteretur *B*. x) (aut pertica) *intra lunulas add. Cusp.* y) quoque ab ipsis *A* 2. z) creditur *C* 2. a) p°tm̄ *A* 3; post *C* 2; postmodum civ. a Rom. *A* 2; a Rom. destructam postm. civ. *A* 4. b) de VII *om. C* 3, *ubi alia manu supra lin. add.* ex. c) preter *om. C* 3. d) Pauli. Petri et *A* 2.

1) *Cf. illud Tertulliani (Apolog.* 5) *ab Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 25, 4. *allatum:* non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum. 2) sub Felice tribunus *Rufinus, cf. Act.* 21, 37 *sq.* 3) *Ex Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 1, 4. 4) *Eus.-Ruf. l. c. II,* 1, 5. 5) quae catholicae appellantur *Ruf.;* canonicae epistolae *ex. gr. Decretum Gelasii (vel Damasi), Mansi, Ampl. coll. conc. VIII, col.* 147. 6) *Cf. Eus.-Ruf. II,* 23, 24 *sq.*

et Iudae epistolas, Iohannis quoque et Mathei Evangelia in canone non habentur[1]. Iacobo successit Cleopae[a] filius, qui in Evangelio memoratur Symeon[b]. Quem consobrinum Domini iuxta carnem fuisse[c] Egesippus memorat[d]. *Eus.-Ruf. III, 11.*

XVI.[d*] Igitur dum Nero Christianos persequendo civitatem Dei destruere molitur, beatissimos apostolorum principes Petrum et Paulum[2], Petrum in cruce pedibus sursum[e] versis[3], Paulum gladio plecti[4] precipiens, utrosque beato coronavit martyrio[5]. Quod sequenti anno Urbs misera sensit. Nam in tantum pestilentia eam vastavit[f], ut XXX milia funerum supputarentur. Sub eadem persecutione occiduntur[g] Processus et Martinianus aliique[h] plurimi. Petro Romae[i] successit Linus[6], Antiochiae Euodius[7]. Hisdem diebus cum maxima civium ac sociorum clade[k] duo oppida in Brittannia capiuntur. Eodem tempore Romani milites pluribus in oriente amissis provinciis sub iugum Parthorum ignominiose venerunt. Tres civitates in Asia, id est[l] Laodicia, Hierapolis, Colosa, terrae motu conciderunt. Et nota, quod apostolis in Urbe martyrio coronatis secularis illius dignitas urbis minui cepit. *Oros. VII, 7.* *Regino.* *Oros. VII, 7.*

181. *Nero, ut audivit in Hyspania Galbam ab exercitu imperatorem factum, animo concidens, cum[m] perturbare rem publicam molitur, a senatu hostis pronunciatur. Videns itaque maliciam suam ad[n] effectum se perducere non posse, fugiens[o] ad IIII[tum] ab Urbe lapidem XIIII[o] imperii sui anno[8] se interfecit, in ipsoque familia Cesarum defecit. Non defuerunt tamen, qui dicerent[p] hoc quod in[q] apostolo habetur[r]: *Et nunc quid detineat, scitis, donec[s] reveletur in suo tempore,* et illud: *Qui tenet[t], teneat[u], donec de medio fiat,* de Nerone, sub quo Paulus scripsit, dictum fuisse, arbitrabanturque[v] Neronem non mortuum, sed humanis rebus vivum[w] subtractum[x] usque ad ultimum tempus, in ea, qua[y] tunc fuit, etate appariturum ipsumque[z] fore Antichristum[9]. Sed iam ad hystoriae seriem revertamur. *ib.* *cf. Aug. C. D. XX, 19.* *2. Thess. 2, 6. 7.*

a) Cleophe *B. C.* b) Symon *C.* c) fuisse *om. C* 3. d) commemorat *A* 1. *C* 2; refert *A* 4. d*) XVIII. *C* 2; *numerus om. C* 3; Capitulum decimum septimum *C* 4: Caput XVII. *Cusp.* e) sursum *om. A* 3*. f) invasit *A. B* 2. g) occiditur *C.* h) -que *om. A* 3*; et alii *C.* i) Romae *om. A* 3. k) clade *om. C* 2. l) id est *om. A* 3. 4. m) c- *e corr. A* 2. 3; eum *A* 3*. n) se ad eff. *C.* o) fugiens *om. A.* p) diceret *A* 3*. q) ab *A* 3; in ipso *C* 2. r) legitur *A.* s) ut *A. Aug.; seq.* de medio fiat *delet. B* 1. t) nunc *add. Cusp.* u) teneat *om. A* 3*. v) *ita B. C* 2; arbitrabantur *A* 1. 3. 4; arbitrantur *A* 2. 3*; arbitranturque *C* 3. 4. w) uiuum *mut.* suuum, *post delet. A* 2. x) affirmant *add. A* 3. y) in qua *C.* z) -que *om. B* 1.

1) *Cf. Eus.-Ruf. III,* 24 *sq.* 2) apost. princ. P. et P. *ex Frut. p.* 101, 15. 3) *Ex Hieron. De viris ill. c.* 1. 4) *Cf. Iord. Rom.* 262: capite plectens. 5) *Cf. Hieron. De viris ill. c.* 1; *Eus.-Ruf. Hist. eccl. II,* 25, 8. 6) *Cf. Eus.-Ruf. III, c.* 4, 10. *et c.* 13; *Frut. p.* 101, 55. 7) *Cf. Frut. p.* 98, 49 *sqq.* 8) *Frut. p.* 101, 25. 9) *Cf. etiam Hieron. in Dan.* 11, 29 *sq. et infra VIII,* 2.

Oros. VII, 8. XVII.[a] Galba VI^us ab Augusto[1] morte Neronis comperta Romam venit. Ubi dum nobilem quendam[2] Pisonem sibi in filium adoptaret, ab Othone[b] uterque VII° imperii sui mense necatur. Itaque dum Romae Otho[c] usurpat imperium, Vitellius[d] in *ib. VII, 9.* Germania idem arripere[3] conatur, Vespasianus[e] in Syria, qui contra Iudeos a Nerone missus multis eos[f] malis adtriverat Iosephumque fortissimum ac prudentissimum sacerdotem[4] *Frut.* eorum in vinculis tenebat, ab exercitu Neronis audita morte *Oros. VII, 8, 2.* imperator creatur. Quod nimirum civile[g] malum et nobilissimi imperii distractionem ob piaculum in[h] apostolorum principes commissum Roma meruit.

Eus.-Ruf. III, 9. Iosephus iste Mathiae[i] filius tantae non solum inter Iudeos, verum etiam[k] apud[l] Romanos postmodum auctoritatis fuit, ut statua ei in[m] Urbe donata libri quoque eius bibliothecae traderentur[n]. Extant eius opera: in XX libris Antiquitatum hystoria, de Iudeorum cum Romanis bello libri VII[5]. Liber quoque Machabeorum secundus ab eodem esse compositus a quibusdam[o] dicitur[6]. Alia[p] etiam[q] eius opera preclara Eusebius ponit[7].

Frut. Oros. VII, 8. Otho[r] contra Vitellium[s] bellum[t] parat. Ubi[u] dum primo circa Alpes, secundo iuxta Placentiam, tercio circa[v] locum qui[w] Castoris dicitur victor extitisset, quarto, cum suos apud Briacum[x] vinci videret, tercio, ex quo imperare ceperat, mense[y] se[z] ipsum interfecit[a]. Vitellius Romam veniens regnum usurpat multisque ibi[b] crudeliter ac nequiter actis, ut audivit[8] de Vespasiano, primo[c] quidem imperium deponere cogitat, sed post a sociis confortatus Sabinum Vespasiani fratrem in Capitolium cum suis fugavit ibique omnes flamma ac ruina in unum tu- *ib. 9.* mulum[d] dedit. Vespasianus ergo, qui[e] post mortem Neronis hortatu principum et precipue Iosephi, qui, cum in vinculis poneretur, constantissime se ab eodem, sed[f] imperatore, solvendum

a) *nulla cap. distinctio C;* XVIII. *Cusp.* b) Ottone *A* 3*. *B* 1. *C* 3. 4. c) Otto *A* 4; Ottho *B* 1; Otto Romae *C* 3. 4. d) Vitellus *A* 3*. 4. *B* 1, *corr.* Vitellius *B* 1. e) Vespasianus — Eusebius ponit *(l. 19) habet C* 1. f) malis eos *A* 2. g) malum civile *A* 2. h) apost. in *A* 3. i) Mathie *manu s. XVI. mut.* Mattahie *A* 1; Mathie *manu postera mut.* Matathie *A* 4; Matathiae *Cusp.* k) et *C* 1. l) postm. apud Rom. *C* 3. 4. m) donata in urbe *A* 2. n) tradentur *A* 3*. *C* 1. o) quibus *C* 1. p) vero *add. A.* q) eius etiam opera *A* 1. 3. 3*; etiam opera eius, etiam *supra lin. suppl. A* 2; eius opera *post* preclara *ponit, omisso* etiam *A* 4. r) Otto *A* 4. *C* 3; Ottho, -h- *supra lin. B* 1. s) uitellum *A* 4. t) bellum *om. C* 2. u) ibi *B* 1. v) iuxta *A* 2. w) qui *om. A* 3*. x) Bebryacum *Cusp. cum Orosii lectione vulgata;* Bedriacum *Oros. (Zangemeister);* Betriacum *Frut.* y) mense *om. A, pro qua voce* anno *in textu A* 4, *quod manu s. XIV. supra lin. post* tercio *add. A* 3. z) se *om. C* 4. a) *pro* interf. *omisso manus alia in marg.* occidit *signis ante* se ipsum *insertum suppl. C* 3. b) erud. ibi *A* 2. c) primum *C. Oros.* d) tumultum *A* 1. 3. 3*. e) qui *om. A* 3. f) sed *om. C* 4.

1) VI^us ab Augusto *ex Frut. p.* 101, 65. 2) *Ex Frut. p.* 102, 1. 3) *Cf. Iord. Rom.* 262. 4) *Vide verba Iosephi (De bello Iud., Prol.) ab Eus.-Ruf., Hist. eccl. III,* 9, 1. *allata, ab Hieronymo De viris illustr. c.* 13. *exscripta.* 5) *Haec duo iisdem fere verbis Eus.-Ruf., Hist. eccl. III,* 9, 3. *enumerat.* 6) *Nescio an Otto ipse aliusne prior ita ea, quae Eus.-Ruf. l. c. III,* 10, 6. *et ex eo Hieron. De viris illustr. c.* 13. *tradunt, corruperit. Cf. Hieron. Dial. adv. Pelag. II,* 6: Iosephus Machabaeorum scriptor historiae. 7) *Eus.-Ruf. l. c. III,* 9, 4. 8) *Cf. Frut. p.* 102, 15.

dixerat, imperium suscepit relictoque ad[a] obsidionem Hierosolimorum filio suo[1] Tito per Alexandriam Romam tendit[2]. Porro inter[b] haec a suis[c] Vitellius capitur turpiterque tam per viam sacram quam per forum ductus unco trahitur et in Tyberim mersus communi[d] quoque caruit sepultura[3]. Adversus senatum etiam interea a[e] militibus eius[4] multa crudeliter acta fuerant. Cognita[f] morte Vitellii Vespasianus Alexandriae substitit[g]. *Oros. VII, 8. et Frut.* *Oros. VII, 9, 3.*

XVIII.[g*] Igitur cum[h] Iudei post XL a passione[i] Domini annos, quos in spacium penitentiae acceperant, de commisso in salvatorem scelere penitere nollent, immo in[k] Stephano et in[l] duobus Iacobis occisis peccatum peccato apposuissent, ultio divina, quae a Domino eis[m] predicta erat[n], iam in populum impium exardescere debuit. Premonitis autem[o] divino responso civibus Christi, ut de urbe sacrilega populoque impiissimo, tanquam Loth de Sodomis[5], trans Iordanem in oppidum Pella nomine transirent, urbs infidelis a Tito obsidione in ipsa paschali festivitate[6] cunctis undecumque populis[p.7] ad festum confluentibus cingitur tandemque cum multo Romanorum sanguine expugnatur. Verum a templo, quod sacerdotum ac principum multitudo tuebatur, Titus arcetur. Quod dum magno labore suorum caperet, tanquam ecclesia Dei[q] germinante abolitum cum ipsa urbe funditus delevit ac iuxta prophetiam Domini *lapidem super lapidem* ibi *non reliquit*, transactis a prima conditione sui MC[r] annis. Sexcenta tunc milia Iudeorum interfecta fuisse referunt Cornelius et Suetonius. Verum qui miserrimum omnium Iudeorum exitium[s] ad plenum scire desiderat, ipsorum historiographum[t] legat Iosephum, qui in ipsa 82. paschali festivitate tamquam uno[u] carcere conclusos tricies[v] centena milia hominum in urbe fuisse commemorat. Ex *quibus tam fame quam ferro et igne undecies centena milia, exceptis illis qui urbibus ac[w] castellis aliis perierant, in hac tantum[x] perisse[s] idem scriptor narrat. Ait ergo inter cetera: *Arbitror enim, quod, etiamsi[y] adversus impios cives Romanorum paulisper arma cessassent, aut hiatu terrae aut aquae diluvio aut Sodomitanis ignibus et fulminibus caelitus tortis supplicium civitas dependisset[z], quae multo infaustiorem illis, qui haec perpessi sunt, et ne-*

Eus.-Ruf. III, 7, 7. 8. *ib. III, 5, 2.* *ib. III, 7, 3.* *ib. III, 5, 3.* *Oros. VII, 9.* *Matth. 24, 2.* *Oros.* *Eus.-Ruf. III, 5.* *ib. III, 7, 2, cf. 5, 4.* *ib. III, 6, 16.*

a) ab *A* 3. b) post *A* 2; inter haec *om. A* 4. c) Vit. a suis *A* 4. *C.* d) cūmuni *B* 1. e) a *om. C* 2. f) vero *add. C.* g) subsistit *A.* g*) XIX. *et sic deinceps C* 2. *Cusp.;* XVII. *et sic deinceps C* 3. h) dum *A.* i) annos a pass. Dom. *A* 2. k) in *om. C* 3. l) in *om. B* 1. m) ei9 *A* 3. 3*, *post corr.* eis *A* 3*. n) fuerat *A. B* 2. o) aut *B* 2. p) ad festum pop. *C.* q) et *add. A* 3. r) mille centum et duobus *Oros.* s) exitum *A* 3*. t) historiographo2ꝶ *A* 3. u) imo cacere *A* 2. v) vicies *C* 3. w) aut *C.* x) urbe *add. C.* y) si etiam *C.* z) *ita Otto scripsisse ex Rufino probatur;* depndisset *A* 1—3. 4. *B* 1; dependisset *B* 2, *a scriba, ut videtur, mutatum in* dependisset; dispendisset *C*; dephendisset *A* 3*; deprehendisset *Cusp.*

1) *Frut. p.* 102, 25; *Eus.-Ruf., Hist. eccl. III,* 5, 1. 2) *Cf. Eus.-Ruf. l. c.* 3) *Ad verborum concinnationem cf. infra IV,* 16 *fin., p.* 203, *n.* 7. 4) Vespasiani *Oros. VII,* 8, 9. 5) *Cf. supra I,* 9. 6) *Iord. Rom.* 264. 7) *Cf. Eus.-Ruf. Hist. eccl. III,* 5, 5. 8) *Oros. VII,* 9, 7 = *Frut. p.* 102, 40.

quiorem virorum presentem hanc protulisset[a] *etatem, pro quibus et*
Oros. VII, 9. *omnis gens pariter mereretur extingui.* Reliqui Iudeorum, qui usque[1] ad[b] DCCCC[2] fuisse dicuntur, per[1] totum orbem usque in presentem diem sunt[c] dispersi. Titus post tam magnificum triumphum imperator ab exercitu appellatur. Vespasianus dehinc cum Tito filio[d] Urbem ingreditur, ubi cum maximo tripudio[e] inauditoque triumpho uno curru cum filio sedens, actis ante se captis et bibliotheca Iudeorum[3], suscipitur. Iusto id[f] iudicio Dei[g] factum creditur, ut, qui in patrem et filium peccaverant Deum, ab hominibus patre
ib. et filio plecterentur[4]. Itaque imperatores omnibus bellorum motibus sedatis sexto ab Urbe condita Iani[h] portas clauserunt[i].

His diebus Romanorum res publica plurimum est aucta. Achaia enim, Lycia, Rhodus, Bizantium, Samotracia[5], Cilicia, Comogena in provincias redactae Romanis legibus ac iudiciis[k] paruere. VIIII[0] imperii eorum[k*] anno civitates Cypri terrae motu corruerunt[l], Urbsque pestilentia consumitur.

Eodem vel iuxta alios X[0 6] anno Vespasianus profluvio ventris in villa propria iuxta Sabinos moritur. Cui[m] Titus filius suus[n] segregatis a numerò principum Othone[o] et Vitellio VIII[usp] ab Augusto[q] succedit[r], vir omnium ante[s] se principum
Frut. moderatissimus, in tantum, ut Deliciae hominum vocaretur.
Ann. Hild. Diem enim, in qua nil boni fecisset, perdidisse se dicere sole-
Oros. bat[7]. Huius diebus bella non fuere, Roma vero in pluribus[t]
Frut. sui partibus per se conflagravit incendio. Is amphiteatrum[u]
Oros. Romae edificans V milibus ferarum dedicavit. Anno imperii[v] eius[w] secundo cum[x] omnium planctu[8] in eadem qua[y] et[8] pater
Eus.-Ruf. III, 13. villa moritur. Eodem anno Linum XII[z] annis in sacerdotio

a) pertulisset *C.* b) ad *om. C.* c) disp. sunt *A.* d) suo *add. A* 2. e) triumpho inaud. trip. *C.* f) id *om. A. B* 2. g) Dei iud. *A* 2; hoc *add. A* 1. 2. 3*. 4. *B* 2. h) iam *C* 2. 3. i) clauserant *C* 3. 4. k) iudicibus *C. Oros.* k*) anno eorum *C* 3 *(signis transposita).* 4. l) corruunt *C.* m) Cuius *A* 1. 2; Ciui9 *A* 3; Cnu9 *A* 3*. n) suus *om. A* 2; filius suus Tytus *A* 4. o) Ottone *A* 4. *C.* p) VIII9 *radendo mut.* VII9 *A* 2. q) ab Aug. *om. C* 3. r) suscepit *A* 2; successit *A* 3*. *B* 1. s) princ. ante se *C* 3. 4. t) plurimis *C* 2 *(cf. Oros.).* u) *super* amphiteatrum *manu recentiore superscr.* tiergartn̄ *B* 2. v) quo Imperii *novo versu incipiente, sed continuo delet. A* 4, *qui hic novum cap.* XVIIII. *incipit et sequentia c.* 19—42. *numeris* XX—XLIII. *signat.* w) eius sec. *om. A (manu s. XVI. supra lin. suppl. A* 1*).* x) cum *om. C.* y) in eadem villa (in *add. C* 3. 4) qua et pater *C.* z) in sacerd. XII annis *C.*

niam, Pontum[a], Asiam pervagantur. Quadi[b] et Sarmatae Pannonias armati ingrediuntur. Ulteriorum Germanorum inundatione Hispania[c] deletur. Parthi Mesopotamia Syriaque potiuntur. Super haec mala dum gravi pestilentia et plaga terribili totus orbis premeretur, Romanorum res publica non solum foris ab hostibus atteritur, sed et[d] intus civili malo laceratur. Nempe Genuus, dum imperium invadere molitur, apud Zmirnam[1] occiditur. Postumius etiam, qui in Galliis cum multo tamen rei publicae commodo imperium usurpaverat, X° anno a militari tumultu vita privatur. Emilianus pro simili causa Magontiae necatur[e]. Marius, qui in Galliis post Postumium[f] regnum invaserat, interficitur. Cui cum rursum Victorinus succedere parat, vita eximitur. Dum haec aguntur in Galliis, in oriente Odenatus agrestis[g] collecta manu Persas repressit Mesopotamiamque recepit et usque ad Ictesifontem[h] cum rusticis Syriae[i] victor venit. Galienus deserta re publica ac Mediolani manens voluptatique deditus interfectus est[2]. Dyonisio[k] successit Felix, Antiochiae post Domnum Timeus, post Timeum Cyrillus. Cyrillo successit Dorotheus, huic[l] Anatholius[3].

Oros. VII, 22.

Eus.-Ruf. VII, 22, 6 (20). Oros.

Eus.-Ruf. (VII, 30, 23 (27). 32, 2 (28).

Eam[m] tempestate Manes quidam genere[4] Perses, moribus et vita barbarus, execrabilem heresim docuit. Nunc enim Christum sese credi volebat, nunc ipsum se esse paraclitum predicabat et elatus insania[n] ad similitudinem Christi XII discipulos eligens ad predicandum mittebat impia dogmata a prioribus[o] hereticis mutuata. Huius sectatores Manichei usque hodie vocantur.

ib. VII, 31 (27).

(40). XXXVIII.[p] Anno ab incarnatione Domini CC°LXX°IIII° Claudius XX^us^VIII^us^ ab Augusto voluntate senatus imperator creatur. Hic Gothos, qui per XV annos Illiricum et Macedoniam[q] pervagati fuerant, bello pressit ac incredibili strage delevit. Ob quam causam clippeus[r] eis[s] aureus in curia et statua equestris[t].[5] aurea a senatu decernitur. Anno autem imperii sui II° morbo correptus[u] apud Syrmium[v] diem obiit. Cui Quintilius[6] frater suus ab exercitu substitutus XVII° imperii sui die vitam finivit.

Frut. et Oros. VII, 23.

a) Asiam. Pontum *A* 2. b) Quacti *A;* Quode *C* 2; Quatti, *et in marg.* Quadi *Cusp.* c) Hispaniā *B* 2. d) etiam *C* 2. e) occiditur *A* 3. f) Postumianum *A* 1, an *expuncl.;* Postumum *B* 1. g) agr. *om. A* 3. h) iectesifontem *A;* iectes. *corr.* ictes. *B* 2; Ctesiphōtē *Cusp., Oros.* i) usque *A* 3. k) Dyonisius *A, corr.* -sio *A* 4. l) huic An. *om. A* 4. m) Ea — *(l. 27)* hodie vocantur *habet C* 1. n) insaniam *A* 1—3; in Asiam *A* 3*; in insaniam *A* 4. o) prioribus *B* 1. p) XL. *et sic deinceps C* 2. *Cusp.; cf. supra p.* 158, *n.* v, *p.* 169, *n.* s, *p.* 171, *n.* h. q) Macedonicam *B* 2. r) clipeus *B* 1. *C.* s) ei *om. A* 2. t) equestri *B* 2. u) corripitur *A* 2. v) Zmirnium *A* 2; Sirmium *C* 4.

1) Myrsam *Oros.* 2) *Cf. Frut. p.* 109, 10. 3) *Post Cyrillum Tyrannum apud Antiochiam sacerdotium suscepisse Eus.-Ruf., Hist. eccl. VII,* 32, 4 (28) *tradit, qui de Anatolio Laodicensium episcopo fusius tractat ib. VII,* 32, 6 *sqq.* (28). 4) *Cf. Frut. a.* 283. 5) *Ita inter alios Orosii codices Clm.* 6380, *olim Frising.;* aeque *Oros. ed. Zangemeister.* 6) *Ita Iord. Rom.* 289. *et inter alios Orosii codices Clm.* 6380, *olim Frising.;* Quintillus *Oros. ed. Zangemeister;* Quintilianus *Frut.*

Frut. XXXVIIII. Anno ab incarnatione Domini CC°LXXVI° (41
Oros. VII, 23. XXVIIII^us ab Augusto regnavit Aurelianus. Hic, dum esset vir bellicosus[1], procinctum ad Danubium movit ibique Gothos multis ac gravibus preliis pressit Romanique[a] imperii[1] terminos restauravit[b]. Inde ad orientem digressus Genobiam[c], quae occiso marito suo Odenato Syriam usurpabat, in potestatem redegit. In Gallia quoque Tetricum seditionem[d] proprii exercitus compescere non valentem sine gravi labore superavit. Sicque tam orientis quam aquilonis victor triumphans Urbem ingreditur. Quam et[e] post- 10
modum[f] firmiori murorum ambitu decoravit. In[g] Gallia quoque[h] super fluvium Ligerim[i] pulcherrimam urbem con-
Oros. l. c. Eus.-Ruf. VII, 30, 18 sqq. (26). Oros. l. c. didit, quam ex nomine suo[k] Aurelianim[l] vocavit[2]. Is nonus a Nerone civitatem Dei, erga quam tamen in principio benignior extiterat, afflixit. Ante cuius *oculos ful- 15
men cum[m] maximo omnium pavore corruit, et ipse non *p. 10
multo post tempore anno imperii sui VI° occiditur[3].

Frut. XL. Anno ab incarnatione Domini CC°LXXX°I° Tacitus (42
Oros. VII, 24. XXX^us ab Augusto imperator factus VI° mense in Ponto necatur[n]. Post quem dum Florianus partem regni invaderet, 20
III° mense, ex quo id usurpaverat[o], apud Tharsum vita privatur.

Frut. XLI.[p] Anno ab incarnatione Domini CC°LXXX°I°[q] Probus (43
Oros. XXX^usI^us ab Augusto regnum[r] adeptus barbaros, qui Gallias occupaverant, per multa et fortia bella devicit. Deinde 25
civilibus bellis Saturninum in oriente, Proculum et Borosum apud Agrippinam pressit. Ipse vero apud Sirmium[s] in turre ferrata a militibus interficitur anno imperii sui[t] VII°.

Frut. et Oros. XLII.[p] Anno ab[u] incarnatione Domini CC°LXXX°VIII° (44
Carus Narbonensis XXXII^us ab Augusto imperium sortitur. Qui 30
assumptis sibi in regnum duobus[v] filiis Carino et Numeriano bellum cum Parthis gessit duasque ibi nobilissimas urbes Choten et Ictesifontem[w] oppugnavit. Ipse vero super Tygrim fulmine percussus[x] imperii sui anno II° diem ultimum clausit. Numerianus quoque filius eius a socero suo Apro 35
vita privatur.

Frut. XLIII.[y] Anno ab incarnatione Domini CC°XC° Dyocletianus (45

a) -que *om. A* 2. b) restauuit *B* 1. c) Zenobiam *Cusp., Oros.* d) seditiones *C.* e) etiam *C.* f) postm. *om. C* 3; poste(!) *C* 2; postea *C* 4. g) In — vocavit *(l. 13) habet C* 1. h) quoque *delet. C* 1. i) Aurelianus rex *supra lin. add.* 40
C 1. k) suo *om. A* 3. l) aurelianū *A* 4; Aurelianam *Gotifr.* m) Dei *A.* n) occiditur *C.* o) invaserat *C.* p) *numerus om. C* 2; *cf. supra p.* 158, *n.* v, *p.* 169, *n.* s, *p.* 171, *n.* h. q) CC°LXXX°I° *om. C* 2; 282. *Frut.* r) ab Augustum adeptus *C* 2. s) Smirniū *A* 1. 3*, -m- *delet. A* 1; sumum *C* 2; Symium *C* 3; Simium *C* 4. t) sui *om.* *B* 1. u) *sic A* 1. 3. 3*. 4. *C. Gotifr.;* ab *om. A* 2, *supra lin. suppl. B* 2, *sed* ab *eraso* 45
mut. -nis dominice, *et ita B* 1. v) duorum *A* 3*. w) let9esifontē *(vel* iet-*) A* 3*; Ctesiphontē *Cusp., Oros.* x) perculsus *A* 3. y) XLIII. *iterum A* 4; *numerus om. C* 2; *cf. supra p.* 169, *n.* s *et p.* 171, *n.* h.

1) *Cf. Frut. a.* 276. 2) *Quae opinio apud viros doctos hodieque valet. Saeculo XIV. universitas Aurelianensis* tempore gloriosissimi 50
Aurelii imperatoris *se plantatam gloriabatur, cf. dipl. Hugonis episc. Aurelianensis a.* 1367. *Oct.* 4. *apud M. Fournier, 'Les statuts et privilèges des universités françaises' I, p.* 125. 3) *Cf. Frut. a.* 280.

XXXIII^us ab Augusto imperator ab exercitu creatur. Hic in principio dignitatis adeptae Aprum interfectorem Numeriani propria manu occidita^a. Carinum vero flagitiose^b viventem, quem pater cesarem in Dalmatiam dimiserat, gravi ac laborioso bello devicit. Post haec, cum Amandus et Helianus rustica manu seditiosos tumultus in Galliis moverent, Maximianum^c Herculeum cesarem constituit ac in Gallias misit. Qui imperitorum hominum agrestem manum facile virtute ac ordine militari devicit[1]. Carausius quidam ignobilis genere, manu vero ac consilio non ignobilis, dum Maximiano suspectus habetur^d, Brittanniam invadens purpuram assumpsit. Ea tempestate in Egypto Achilleus rebellat, Affricam Quingentiani impugnant, Narseus Persarum rex orientem devastat. His ergo malis motus Dyocletianus Maximianum Herculeum ex cesare promovit in augustum, Constantium vero et Maximianum^e Galerium cesares fecit. Hic^f est Constantius, qui ex Theodora privigna Herculei Maximiani VI filios Constantinumque ex Helena concubina[1] habuit. Hanc Helenam ex pago Treverorum oriundam dicunt^f*. Unde eandem ecclesiam plurimum eam decorasse tradunt[2]. Carausius vero VII°, ex quo purpuram usurpaverat, anno ab Allecto socio suo fraudulenter necatur. Ipse etiam terciog dehinc anno [ab^h] Asclepiodoto prefecto interficitur. *Oros. VII, 25.* *ib.*

Imperatores ergo decimam a Nerone in ecclesiam Dei persecutionem movent, quae omnibus superioribus ex antiqui hostis versutia modicum iam tempus[3] habentis^i ac propter hoc amplius incandescentis^k tam gravissima quam[l] novissima[4] invenitur. Per decem enim annos^m protracta proscriptionibus fidelium, cedibus martyrum, incendiis ecclesiarum indesinenter agebatur. Unde quot milia sanctorum his diebus civitas Dei non secundum opinionem^n illorum perdiderit, sed iuxta rei veritatem eternaliter victuros in sinu^o suo collegerit^p, enumerare nemo posset[5]. Civitas enim Christi huiusmodi^q tunsionibus ac pressuris expolitur[6] et *tamquam aurum*^r *in fornace probatur*[7], *Oros. VII, 25, 13.* *Oros.* *Sap. 3, 6.*

a) interfecit *A*. *Oros. (omissum in cod. Donauesch.).* b) flagitiosissime *A* 3. c) maximinianum *A* 3. d) haberetur *C*. e) Maximinü, *et in marg.* vel Maximianus *Cusp.* f) Rex Const. (Rex *in loco raso*) — (*l.* 20) tradunt *habet C* 1. f*) dent *C* 1. g) tercio dehinc anno *om. A* 3. h) ab *om. A. B. C, suppl. Pithoeus.* i) habentes *A*. k) incandescentes *A* 3; vitam discentes *C* 2; incad. *C* 4. l) quam noviss. *om. A* 3*. m) annos *om. C* 3. n) opin. perdid. ill. *A* 2; ill. opin. perdid. *C* 3. 4; ill. *om. C* 2. o) suo sinu *C*. p) -ge- *supra lin. suppl. B* 1; collegerat *A* 1—3. 3*; collegeret *manu recentiore corr.* -rit *B* 2. q) hi9 *C* 3. r) aurum *om. C* 2.

1) *Frut. p.* 110, 35. 2) *De Helena cf. Gesta Trev. c.* 18 *sq.*, *'Kaiserchronik' v.* 7610 *sqq.* 10387 *sqq.* 3) *Cf. Apoc.* 12, 12: sciens, quod modicum tempus habet. 4) *Cf. Oros. VII,* 25, 13. 27, 13. *Aliter Otto infra III,* 45 *fin.* 5) *Cf. Eus.-Ruf. Hist. eccl. VIII,* 12, 7 (13). 6) *Cf. hymnus ille, qui incipit* Urbs beata Ierusalem, *apud Wackernagel, 'Das deutsche Kirchenlied' I, nr.* 124, *p.* 84 *sq.*, *str.* 4: Tunsionibus, pressuris expoliti lapides. 7) *Cf. etiam Prov.* 27, 21.

ut, quoniam[a] vivis ex lapidibus[1] constat, non nisi probatos ac politos recipiat.

Passio Gereonis? His[b] diebus[2] dum augustus contra suprafatos[c] tyrannos Amandum et Helianum bellum parat, Mauricius cum legione Christiana Romam ad Marcellinum[d] papam, qui Gaio successerat[3], venit acceptaque ab[e] eo benedictione cum imperatore contra inimicos imperii tendit. Qui dum transcensis Alpibus apud Octodorum consedissent, comperto, quod Christiani essent, Mauricius tamquam primicerius[f] et ductor[g] aliorum ad ydolatriam vocatur. Sed fortissimus athleta Christi ac signifer, qui regi impio ac sacrilego[h] ad debellandos hostes regni iuste paruerat, contraria[i] regi caelorum precipienti obedire recusat. In quo monemur regibus quidem de iusticia[k] subditos nos esse debere, si qua[l] vero contra Deum et[m] salutem animae precipiunt, ut
Act. 5, 29. cum Petro sciamus dicere: *Obedire*[n] *oportet magis Deo quam hominibus.* Mauricius ergo cum sociis suis, qui[o] VIDCLXVI[4] fuisse dicuntur, apud Agaunum super Rhodanum situm oppidum[p] martyrio coronatur[q]. Elapsi sunt de collegio illo plures, quos insequentes Romani VIIII in oppido Galliae Bunna, quae et Verona*·[5], occiderunt[6], Gereonem

*) quae et Verona *om. C. Cusp.*

a) quomodo *C.* b) His — suscipitur *(p. 178, l. 20) habet C* 1. c) suprafatos *erasum C* 1. d) Marcellianum *A* 4. *C* 1, *corr.* Marcellinum *C* 1; Marcellum *Cusp.;* a beato Marcello *Gotifr.* e) ab eo *om. A* 2. f) primitius *corr.* primicerius *C* 1; primicius *C* 2. g) docto2ł *mut.* doctor *B* 2. h) sacrilegio *A* 3*. *C* 3, *corr.* -go *C* 3. i) contra *B* 1. k) sua *add. C.* l) quae *C* 2. *Urstisius.* m) et *om. C* 4. n) Op. obed. *C* 1; Obed. op. Deo magis *A* 1—3. 3*; Op. Deo magis obed. *A* 4. o) qui *om. A* 3*. p) sitam urbem *C.* q) coronantur *A. B* 2.

1) *Cf.* 1. *Petr.* 2, 5. *et hymnus modo allatus, str.* 1: Urbs beata Ierusalem, dicta pacis visio, Quae construitur in caelis vivis ex lapidibus. 2) *Ea quae sequuntur cum ea maxime S. Mauricii vitae recensione conveniunt, quae apud Surium, De probatis Sanctorum historiis V (ed. Colon.* 1578*), p.* 325 *sqq. legitur.* 3) *Cf. Frut. a.* 287. 303. 4) *Hunc numerum praeter Surium Martyrol. Hieron. codd. Bern. et Eptern. (Acta SS. Boll. Nov. II,* 1, *p. [*130*]), Bedanum Martyrol. Sept.* 22, *Walafr. Strabo (Acta SS. Boll. Sept. VI, p.* 895 *sq.), Sigeb. De pass. ss. Thebeorum (ed. Dümmler, 'Abhandl. der Berliner Akad. der Wiss., phil.-hist. Kl.'* 1893*), Marbodus (Acta SS. Boll. Sept.* 22. *VI, p.* 896*) habent.* 5) *De hoc nomine saec. XI—XIV. vulgato vide K. Simrock, Bonna-Verona, in 'Bonn, Beiträge zu seiner Geschichte und seinen Denkmälern, Festschrift für den Internationalen Congress für Altertumskunde und Geschichte', Bonn* 1868. 6) *Bunnae quendam de Thebaeis cum* 50 *sociis martyrio coronatum esse Sigeb. l. c. tradit;* Cassium et Florentium cum 7 aliis . . iuxta Veronam civitatem in ripa Rheni fluminis *passos habet Helinandus, Pass. S. Gereonis (Acta SS. Boll.*

vero cum sociis suis CCCXXX[1] in suburbio Coloniae Agrip-
191. pinae urbis inter*fecerunt. Victorem etiam cum CCCLX[2]
in urbe Troia, quae nunc Xantis dicitur, interemerunt.
192. Nec[a] offendi debet[b] lector, si sanctos martyrium fu-
5 gisse[3] audit, cum Petro dictum fuerit: **Alius te cinget* Ioh. 21, 18.
et ducet[c] *quo*[d] *non vis*[e]. Sancti enim dum carnem suam
odio habere non[f] possunt[g], vitam diligunt[h], sed ei cae-
lestem vitam ac amorem Dei preponunt[i]. Nec incon-
veniens[k] puto credendum, si dixerimus Dominum ad
10 hoc martyres suos fugere voluisse, ne uni loco vel uni
patriae tantus relinqueretur thesaurus, quin potius per
diversa loca et provincias divideretur[l].

Eodem tempore beatus Vitus, etate puer, utpote sep-
tennis, ut dicitur, sed maturis moribus, a patre suo Hyla[4],
15 qui ex ordine patriciorum fuisse memoratur, primo flagellatur
et post a Dyocletiano diversis tormentorum generibus mar-
tyrio coronatur. Afra[m.5] quoque cum matre Hylaria ac puellis
Digna, Eumenia[n] et[o] Eutropia[6] aliisque compluribus a Gaio
iudice ignibus tradita apud Vindelicam Augustam martyrii
20 palmam accepit. Haec primo peccatrix, postmodum a Nar-

a) Non, -on *in loco raso B* 1. b) debet *manu recentiore superscr. super delet.* dieb9 *B* 2. c) ducit *C* 1—3 (duc̄ *C* 1); te *add. A* 2. d) tu *add. A* 3. e) vis *om. C* 2. f) non *supra lin. suppl. A* 1. g) possunt *om. C* 2. h) despiciunt, -espiciunt *in loco raso A* 2; diligūnt *C* 2. i) amorem anteponunt, *omisso* Dei *A* 4. k) conveniens *A* 3. l) di-
25 viderentur *A* 3. m) Afra *litteris maiusculis et minio ornatis scr. A* 2. n) Eunomia *A* 2. *C* 4; Eunoma *C* 2; Eumenia *legitur in Conv. et Passione Afrae antiqua, post mutato nomine* Eunomia *vocata; cf. SS. rerum Merov. III, p.* 46. 49. 55. 63. o) et *om. A* 2.

Oct. V, p. 36 *sqq.), qui tamen post Ottonem et vixit et scripsit; Cassii et Florentii corpora demum ab Reinaldo archiepiscopo (*1159—1167*)*
30 *Bunnae inventa sunt, Acta SS. l. c. p.* 42 *sqq.* 1) *Hunc numerum Martyrol. Hieron. codd. Bern. et Wissenb. Oct.* 10, *cod. Eptern. Oct.* 9. *habent, ubi tamen nec Gereonis nec Thebaeorum mentio fit;* 318 *Beda, Ado, Usuardus, Helinandus l. c.;* 310 *Sigeb. l. c.; a.* 1121. *Coloniae a Norberto quatuor martyrum Thebaeorum corpora, quorum unum ipsius*
35 *Gereonis fuisse credebatur, inventa sunt; Acta SS. l. c. p.* 42 *sqq.* 2) *Hunc numerum alibi non inveni;* 330 *Passio S. Vict., Anal. Bolland. I (*1882*), p.* 625, *Helinandus l. c.; corpus S. Victoris, iam a.* 863. *Xantis servatum (Ann. Xant. a.* 864*), paulo post annum* 1128. *sub Gotfrido praeposito translatum est, Acta SS. l. c. p.* 42 *sqq.* 3) *Aliter Heli-*
40 *nandus l. c.* 4) *Ita Tuto circa medium saec. XII. monachus, post abbas monasterii Theres dioc. Wirzeburg. in Passione ss. mart. Viti, Modesti atque Crescentiae (Tutonis . . . opuscula ed. Rubatscher, Graecii* 1882, *p.* 122 *sqq.). Sed utrum Otto Chronicam an Passionem Tuto prior composuerit, non constat.* 5) *De s. Afra cf. B. Krusch, SS. rerum*
45 *Meroving. III, p.* 41 *sqq. et 'N. Archiv' XXXIII, p.* 26 *sqq.; Ado, Martyrol. Aug.* 5. *et* 12. 6) *Quae alibi plerumque* Euprepia *audit; habet* Eutropia *cum unus e codicibus Passionis et Conv. s. Afrae, tum Catalogus episc. August. SS. XIII, p.* 280, 25, *cf. n.* 5.

cisso episcopo conversa et baptizata, per ignem examinata et perennis gloriae corona donata fiduciam impetrandae gratiae peccatoribus a Domino magnam dedit. Sed[a] iam ad cives mundi revertamur.

Oros. VII, 25. Constantius Alamannis bellum indicit, a quibus primo victus[b], postea cum incredibili barbarorum[1] strage LXX[c] milibus occisis victor extitit. Porro Maximianus augustus Quingentianos[d] in Affrica bello pressit. Dyocletianus autem Achilleum in Alexandria obsidione cinxit, captaque post VIII menses ac diruta[2] urbe et Egypto tota proscripta ipsum interfecit. Maximianus autem[3], dum Narseum[e] Persarum regem[3] aggredi parat, inter Gallienicum et Carras congressu facto vincitur victusque ad Dyocletianum fugit. Ob quam causam indignatione motus augustus Maximianum ante vehiculum per aliquot milia passuum purpuratum turpiter currere[3] permisit. Qua de re inflammatus Maximianus[f] collectis[3] undecumque copiis in hostem ruit victoque ac fugato Narseo, uxoribus etiam[g], sororibus ac liberis captis cum[h] magna preda ad augustum in Mesopotamiam veniens cum maximo[i] honore suscipitur. Igitur Dyocletianus[k] et Maximianus[4] dum multis malis ecclesiam Dei attrivissent et crudeli animadversione statum civitatis Christi perturbassent, ultrix Dei dextera, quae castigari paucis cives suos permiserat, in tantam eos amentiam* et permutationem tradidit, ut uterque eorum, Maximianus tamen invitus, sed comparis amore fractus, imperium deponeret privatumque habitum et plebeium, Dyocletianus in Nycomedia, Maximianus Mediolani, XX[o] ab imperio Dyocletiani anno assumeret.

Eus.-Ruf. VIII, 13, 11 (15).

Oros.

Frut. His diebus Marcellino substituitur Marcellus, cui successit Eusebius. Post quem Melciades Romanam ecclesiam gubernandam suscepit.

Oros. VII, 25, 15 sq. XLIIII.[l] Relicto imperio ab augustis Galerius et Constantius, qui ab ipsis cesares lecti erant[5], imperium dividunt[6]. Galerius Maximianus[m] Ylliricum, Asiam, Orientem obtinuit; Constantio[n] Italia, Affrica, Gallia[o] sorte[p] devenit. Sed Constantius vir suavissimus, Gallia ac *Hispania contentus, ce-

*) *Manu s. XIV. vel XV. in marg. add. C* 3: Ecce quam stulte hic loquitur; numquid amencia est quacumque etiam de causa honesta principatum deponere? non certe.

a) Sed — revertamur *(l. 4) om. C* 1. b) devictus *C* 3. 4. c) LX *Oros., Iord. Rom.* 300, *Frut.* d) ḋnqn̄cianos *A* 2. e) Nerseum *A.* f) maximinian9 *A* 1; maximianus *bis, secundo mut.* maximis *C* 3. g) et *A* 2. *C* 2; etiam *mut.* et *C* 3. h) dum *A* 1—3. 3*. i) magno *A* 2. k) dum Dyocl. et Max. *A* 2. l) XLVI. *C* 2; Capitulum Quadragesimum Quintum *C* 4. m) Maximianus *radendo mut.* Maximinus *A* 3*. n) Constantio *radendo corr. ex* Constantino *A* 3. 3*. o) Gallia *om. A* 2. p) sorte *om. C* 4.

1) *Cf. Frut. p.* 110, 45. 2) Alexandriam direptioni dedit *Oros. VII,* 25, 8. 3) *Frut. p.* 110, 50. 4) *Cf. etiam Frut. a.* 309. 5) *Vide supra c.* 43, *p.* 175, *l.* 15 *sq., cf. Oros. VII,* 25, 5. 6) *Cf. Frut. p.* 111, 15.

teras Galerio[a] reliquit terras. Hic Constantius multa clementia[b] erga homines, erga[c] Deum vero religione maxima utebatur cultoresque Dei venerationi[d] habuit et honori. Galerius ergo duos cesares fecit, Maximinum[e] in Oriente, Severum in Italia. Ipse vero[1] Illiricum retinuit. Constantius autem in Brittannia moriens Constantinum Helenae filium imperatorem in Gallia reliquit. *Eus.-Ruf. VIII, 13, 13 (16). Oros.*

(47). XLV.[f] Igitur quia finitis persecutionibus, quasi post noctis tenebras lux[2], desiderabilis ecclesiae Dei sub Constantino[g] principe pax illuxit, iam tot[h] malorum turbinibus fessi tercio opere finem demus, ut ad ea, quibus Dominus civitatem suam depressam et humiliatam exaltare voluit, tempora veniamus. Decem enim[i] persecutiones a Nerone usque ad id tempus invenies. Decem etiam plagis civitatem mundi sub principibus, qui eas, quas diximus, persecutiones moverunt, percussam maiores nostri tradiderunt scriptumque[k] reliquerunt. Quae omnia diligens inquisitor rerum invenire poterit[3]. Sicut ergo X plagis percussa Egyptus populum Dei liberum[l] abire concessit, sic civitas mundi[m] in X persecutionibus X plagis percussa populum Dei, id[n] est ecclesiam[o], quiescere permisit. Sicut autem Pharao insequendo populum[p] Dei ad mare Rubrum, quae XI[a] persecutio[q] fuit cum exercitu suo funditus est deletus, sic civitas[r] mundi, quae modo multis[s] modis divina ultione percussa est et[t] percutitur, cum capite[u] suo Antichristo XI[am v], id est novissimam ac omnium periculosissimam, persecutionem movebit ibique[w] percusso Antichristo funditus delebitur. Civitas autem Christi exaltata exaltabitur ac in eternum cum ipso regnatura feliciter consummabitur[x·4]. *cf. Oros. VII, 27.*

EXPLICIT[y] LIBER III[us].

a) ceteras "reliquit "Gal. *(transpos.* Gal. rel.*)* terras *A* 1; reliquid (-t *A* 3) Gal. *A* 2. 3; ceteras terras Gal. reliquit *A* 4. b) dementia *(vel* clem. *pessime scriptum A* 3. 3**) A (alio atram. corr.* clem. *A* 4*)*. c) ergo *A* 2. d) veneratione *A* 1—3. 3*; hon. et ven. habuit *C*. e) Maximianum *A* 4. f) XLVII. *C* 2; 46. *C* 4. g) Constantio *A* 1. *B* 2, *corr.* -tino *A* 1. h) malorum iam, *omisso* tot *C*. i) etenim *A* 3*. k) -que *om. A* 1—3. 3*; script. reliq. *om. A* 4. l) liberum — pop. Dei *(l.* 20*) eadem manu in marg. inferiore suppl. A* 1. 2; dimisit et ut *pro* liberum — Sicut autem *(l.* 21*) A* 4. m) dei *A* 3*. n) id — pop. Dei *(l.* 21*) om. A* 3. o) dei *add. C* 2. p) pop. Dei *om. A* 4. q) persec. *om. A*; persec. — XI[am] *(l.* 25*) atram. paulo albidiore in marg. inferiore suppl. B* 2. r) adhuc *add. C*. s) multis *om. C* 3. t) et *om. C*. u) patre *A* 3*. v) XI[am] *om. C*. w) -que *om. A* 3*. x) consumabitur *A* 1. 3. 3*. *C* 2. y) *ita A* 1. 2. 3* (III9 *erasum*). 4. *B* 2; Expl. l. III[us] *om. A* 3. *B* 1. *C. Cusp.*

1) *Cf. Frut. p.* 111, 25. 2) *Cf. supra II,* 51, *p.* 129, *l.* 12 *sq.; Iob* 17, 12: rursum post tenebras spero lucem; *infra VIII, Prol.* 3) *Vide Oros. VII,* 26 *sq.* 4) *Sensus ab Orosianis vix recedit, sed verba perpaucis exceptis Ottonis sunt.*

PROLOGUS[a] LIBRI QUARTI.

Nullum iam esse sapientum puto, qui Dei[b] facta non consideret, considerata non stupeat ac per visibilia ad invisibilia[1] non mittatur. Dominus enim, qui civitatem suam ante constitutionem mundi preordinatam ad tempus latere voluit, tempore, quo decuit[c], exaltare disposuit[2]. Unde ipsam tempore humiliationis suae tempus ei exaltationis per prophetam predicendo[d] blande con-
Is. 54, 2. solatur: *Dilata,* inquit, *tentoria tua, et pelles tabernaculorum tuorum* consolida. *Longos fac funiculos tuos.* Et rursum:
ib. 60, 15. *Pro eo quod fuisti* abiecta, *ponam te in superbiam seculorum.* Cum ergo Dominus multis temptationibus ac persecutionibus attritam vellet exaltare ecclesiam, personam potissimum, per quam[e] id habilius facere posset, elegit. Proinde Romanorum imperatorem, ad quem tunc universus respiciebat orbis, ad id faciendum ordinavit[f] eique non solum fidem, qua[g] ab errorum tenebris discedendo ad veram lucem cognoscendam veniret, sed et dilectionem, qua[h] civitatem suam multis honoribus exaltaret, multis facultatibus ac possessionibus locupletaret, dedit. Et ut cognoscas non fortuitis casibus, sed Dei profundissimis[i] ac iustissimis iudiciis id factum, vide pridie latitantem ac quemlibet infimae conditionis virum fugientem in brevi tantae auctoritatis fieri, ut regibus imperet, de[k] regibus iudicet; vide tantae a seculo[l]
ib. 60, 14. venerationis haberi, ut *veniant curvi vestigia*que *pedum* eius in solio sedentis *adorent* orbis domini.

Sed gravis hic oritur[m] questio magnaque de regni ac sacerdotii iusticia dissensio. Quidam enim religionis obtentu[3], alii vero secularis dignitatis, qua regni auctoritas imminuta cernitur, intuitu hanc gloriam honoremque temporalem sacerdotibus Christi, quibus caelestis regni gloria promittitur, non licere autumant multaque

a) *ita A* 1. 3. *B. Cusp.;* Prol. l. quarti *om. A* 2 *(ubi manu recentiore add.* Incipit liber quartus). 3* *(ubi manu s. XV. add.* [inde?] 4um [librum?] incipientem puto); Incipit libri quarti *minio (et nigro atram. manuque multo recentiore add.* prefatio*) A* 4; Incipit prologus in quartum librum *minio C* 2; Prologus IIII. libri *C* 3. 4. b) facta Dei *A* 2. c) uoluit *A* 4 *(cf. l.* 13. *et p.* 179, *l.* 12*).* d) predicando *A* 3*. *C* 2. e) potissimum *iterum add. A* 3. f) ordiū *A* 2. g) quam *A* 1—3. *B* 2. h) qua *corr. ex* quam *A* 1. 2. *B* 2; quam *A* 3. 3*. i) profundissimas *A* 3. k) de *om. C.* l) vener. a sec. *A* 4; venerationi a sec. *C.* m) gr. horitur *B* 1.

1) *Sententia vulgatissima, cuius exempla pauca collegit Hashagen, 'Otto von Freising.' p.* 34: *ex gr. Aug. De civ. Dei X,* 14 *in., Greg. Hom. in ev.* 11, 1; *cf. Rom.* 1, 20 *(alleg. Greg. Moral. XXVI,* 12, 17*); infra VIII,* 33. 2) *Cf. infra IV,* 4, *p.* 189, *l.* 19 *sq.* 3) *Arnoldus Brixiensis; cf. Gesta Frid. II,* 28.

huius rei argumenta monstrant. Duae, inquiunt, personae a Deo in ecclesia sunt constitutae, sacerdotalis et regalis. Quarum una Christi tractare debet sacramenta ac ecclesiastica spiritali gladio exercere iudicia. Altera gladium materialem contra hostes ecclesiae, pauperes ecclesiasque Dei ab incursione malorum defensando, sceleratos puniendo, ad secularia iudicia exerendum[a] portat. Hii sunt duo gladii, qui in passione Domini leguntur[1]. Sed uno tantum Petrus usus invenitur[2]. Sicut[b] ergo ad spiritalem gladium spiritales quoque possessiones pertinent, id est decimae, primitiae, oblationes fidelium et alia huiusmodi, sic materiali omnes terrenae dignitates, ducatus, comitatus ac eiusmodi[c]
p. 194. subiacent. Haec vero Deus ordinate et non confuse, id est non[d] in una persona simul, *sed separatim in duabus, quas nominavi, in ecclesia sua esse voluit. Proinde sicut illi[e] personae, quae gladium materialem portat[f], attingere ea quae spiritalia sunt non licet, sic et isti usurpare ea quae huius sunt non convenit. Inducunt etiam[g] ad hoc[h] confirmandum multa scripturarum testimonia ipsiusque Domini ac sanctorum exempla, ut est illud evangelicum: *Reddite quae sunt Cesaris*[i] *Cesari et quae sunt Dei Deo.* Idque Dominus sicut predicavit verbis, ita[k] factis declaravit, quando, *cui tributum, tributum* recognoscens, pro se et pro Petro tributum dedit[3]. Paulus etiam *cui honorem, honorem*[l] attribuendum intelligens omnemque[m] potestatem a Deo esse[4] considerans in causa positus non Petrum, qui Romanae[n] tunc kathedrae prefuit, sed hominem flagitiosissimum et impiissimum, ex Dei voluntate super orbem terrae[o] regem constitutum, Neronem appellavit[5]. Haec de honore regum. Quod vero[p] omnis possessio ex[q] eorum gratia sit, ex Augustino probant[r], qui ait: *Quo iure possides villas? divino, an humano? Divino: 'Domini est terra et plenitudo eius'. Humano, hoc*[s] *a regibus. Hinc dicimus*[t]*: Haec terra mea,*

Luc. 20, 25.

Rom. 13, 7.

ib.

Aug. in Evang. Ioh. VI, 25 *sq.*

a) *ita A* 1. 3. *B* 1. *C* 2. 3; exercendum *A* 2. 3*. *B* 2 *(sed* -c- *in loco raso). C* 4 *(sed* -c- *supra lin. add.);* exercenda *A* 4 *et ex A* 1*a Cusp., qui in marg. tamen* als, exerendum *habet.* b) Sic *B* 1. c) huiusmodi *A* 2. 3. 4. d) non *om. C (alia manu supra lin. suppl. C* 3*).* e) ille *A* 2. f) portant *A* 2. g) etiam *om. A* 2. h) haec *A* 1. 3. 3*. *B* 2. i) Ces. *om. A* 3*. k) et ita *C* 2. l) hon. *om. C* 3. m) -que *om. C* 2. n) tunc Rom. *A* 4. *C.* o) super terram *C.* p) vero *om. C.* q) ex *om. C.* r) probāt *fortasse corr. ex* probat *A* 2; probat *A* 1. 3. 3*; probatur *C* 2. s) h̄ (= haec) *A*; hec *C* 2. t) dicemus *C.*

1) *Luc.* 22, 38. 2) *Ioh.* 18, 10. 3) *Matth.* 17, 23 *sqq.* 4) *Rom.* 13, 1: non est enim potestas nisi a Deo. 5) *Act.* 25, 10 *sq.*

hic fundus meus. Item[a] *si dicis*[b]: *Quid mihi et regi? Dic, quid tibi et possessioni*[1]*?* Quibus hoc[c] modo respondetur, quod mundiali dignitate[d], quae regalia dicuntur, Dominus ecclesiam suam honorare voluit. Ex[e] Dei enim id[f] ordinatione factum ratio, quam supra reddidimus[g·2], declarat. Denique credendum non est Christum ecclesiam suam, sponsam suam, corpus suum[3], cui in arram spiritum suum dedisse creditur, spiritu erroris[4] decipi permisisse, cui, ut dixi, spiritum veritatis[4] contulerat. Preterea probatae sanctitatis viri inveniuntur, qui haec habuisse, qui cum his regnum Dei acquisisse creduntur. His ergo aliisque modis, quos longum est exequi, probatur et Constantinum ecclesiae iuste regalia contulisse et ecclesiam licite suscepisse. Dum enim ab eis querimus, quo iure reges id habeant, respondere solent: ex ordinatione Dei et electione populi. Si ergo Deus ordinando, quod regibus predictus honor impenderetur, iniuste non fecit, quanto magis et id ordinando, ut ab illa persona ad ecclesiasticam traduceretur, iniustus dicendus[h] non est? Denique si ad hoc, quod ipse ordinaverat, tam hic[i] quam ibi voluntati suae electionem populi et insuper hic[k] traditionem principis concordare voluit, nec ipsum iniuste disposuisse nec[l] principem male tradidisse nec ecclesiam illicite suscepisse credendum est.

Sed[m] dicis priori personae licuisse, quod istam ex sanctitate officii habere nec[n] decet nec expedit. Ad hoc, fateor, aliud refugium nescio, nisi quod sanctos apostolicae fidei ac meriti viros, Silvestrum[5], Gregorium,

a) Iterum *B* 2. b) dicitis *A* 3*; dices *C* 2. c) ħ *A* 1. d) dignitatis *A* 3. e) Et *A* 3*. f) ordin. id *A* 1. 3. 3*. 4. *B* 2; voluntate id *A* 2. g) reddimus *B* 1. h) non est dic. *A* 3. i) h' *C* 2. k) *ita B. C* 3. 4; ħ *A* 1. 3. 3*; hanc *A* 2; ħc *A* 4; h' *C* 2. l) nec — suscepisse *(l.* 24*) om. B* 1, *quae legit in exemplari suo Gotifr.* m) Si *C* 2. 4; *pro* Sed — personae *C* 3: S: dicim9 *erasum sequente spatio vacuo* 3 *vel* 4 *litterarum.* n) nunc *A* 1. 3; non *C* 4.

1) *Verba Augustini notissima (cf. ex. gr. Decr. Grat. c.* 1, *d.* 8, *ed. Friedberg col.* 12 *sq.) compendio stricta paululum Otto mutavit, quae sunt:* Quo iure defendis villas? divino an humano? Respondeant: Divinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Unde quisque possidet, quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure divino *Domini est terra et plenitudo eius (Ps.* 23, 1*)* . . . Iure tamen humano dicit: Haec villa mea est, haec domus mea, hic servus meus est. . . . (26) Noli dicere: Quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? *etc.* 2) *P.* 180. 3) *Cf. ex. gr. Col.* 1, 24; *Aug. De civ. Dei XXII,* 18; *infra VIII, Prol.* 4) 1. *Ioh.* 4, 6: In hoc cognoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris; *cf.* 1. *Tim.* 4, 1 (spir. erroris); *Ioh.* 14, 17. 15, 26. 16, 13 (spir. veritatis). 5) *Cf. Placidi Nonant. Lib. de hon. eccl. c.* 91, *Lib. de lite II, p.* 614, 10.

Ulricum[a·1], Bonifacium, Lanpertum[b·2], Gothardum[c·3] aliosque complures[d] ea cognoscimus[e] habuisse. Ego enim, ut de meo sensu loquar, utrum Deo magis placeat haec ecclesiae suae, quae nunc cernitur, exaltatio quam prior humiliatio[4], prorsus ignorare me profiteor[f·5]. Videtur quidem status ille fuisse melior, iste felicior. Assentio tamen sanctae[g] Romanae ecclesiae, quam supra[h] firmam petram aedificatam[6] non dubito, credendaque quae credit, licite possidenda quae possidet credo. Quod enim nullo errore decipi possit[7], ex hoc probari potest: *Et portae inferi non prevalebunt adversus eam*[8]. Quod autem fides[i] eius in eternum maneat, ex[k] hoc intelligi datur, quod Petro dictum est: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.* Quod vero omnis controversiae ipsius auctoritate et exemplo solvatur scrupulus, in hoc rursum latenter innuitur, quod Petro dicitur: *Duc in altum, et laxate recia vestra in capturam.* Haec de sacerdotii regnique iusticia dicta sufficiant. Ceterum si quis subtilius ac[l] profundius inde ratiocinari vult, a nobis minime preiudicium patietur[m].

Matth. 16, 18.

Luc. 22, 32.

Luc. 5, 4.

INCIPIT[n] LIBER QUARTUS.

I. Igitur anno ab incarnatione Domini CCC°XI° Constantinus XXXusIIIIus ab Augusto patri in regnum successit, religiosi patris heres religiosior[9]. Inter haec pretoriani milites Maxentium Herculei filium augustum creaverunt. Contra quem Severus cesar a Galerio augusto[o] missus Ravennam fugatur ibique interficitur. Herculeus autem Maximianus, ut audivit Constantinum in Galliis[10] imperatorem creatum[p·10], privatum habitum de-

Frut. et Oros. VII, 26, 1. 28.

a) Ödalricum *A* 2; Vlricum *A* 4; Ulr. — Gothardum *om. C* 3. 4. b) Lantpertum *A* 3*. 4; Lābertum *B* 1; Lanchpertum *C* 2. c) Gothehardum *A* 2. *C* 2; Godeh. *B* 1. 2, *mut.* Goteh. *B* 1. d) quam plures *A* 2. e) cognovimus *A*. f) fateor *A* 2. 4. g) sanctae *om. A* 2. h) super *B* 1. i) fides *om. A* 3*. k) ex hoc *om. A* 3*. l) ac prof. *in marg. suppl. B* 2. m) Explicit Prologus *minio add. B* 2. n) *ita A* 1. 3. 4. *B. C* 2; Inc. *om. C* 3. 4; Inc. l. quartus *om. A* 2. 3*. *Cusp.* o) aug. *om. C* 2. p) creauit *A* 3. 3*.

1) *Episcopum Augustanum a.* 923—973. 2) *Episcopum Leodiensem (Traiecti superioris) c.* 700. 3) *Abbatem Altahensem a.* 996, *postea episcopum Hildesheimensem a.* 1022—1038, *qui a.* 1131. *ab Innocentio II. papa in concilio Remensi inter sanctos relatus est, Transl. Godeh. c.* 1, *SS. XII, p.* 642. 4) *Cf. Gerhoh. Reichersb. De invest. Antichristi I,* 27 *fin., Lib. de lite III, p.* 338. 5) *Cf. ex. gr. Aug. De civ. Dei XX,* 19, *ed. Dombart II,* 450, 10: Ego prorsus, quid dixerit, me fateor ignorare. 6) *Matth.* 16, 18: super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; *cf. ib.* 7, 24; *supra III, Prol., p.* 134, *l.* 18; *III,* 22, *p.* 162, *l.* 18 *sq.* 7) *Cf. ex. gr. Regino, Chron. a.* 865, *p.* 83. 8) *Cf. infra VI,* 23 *fin.* 9) *Ex Eus.-Ruf. Hist. eccl. VIII,* 13, 13 (16). 10) *Immo Maxentium filium Romae Oros. VII,* 28, 5 *sq., Frut. p.* 111, 30,

Frut. et Oros. ponens Constantinum dolo circumvenire cogitat. Verum dum ad hoc in Gallias venisset, a filia sua, Constantini uxore, proditus et in fugam versus in Massilia occiditur. Porro Galerius Severo occiso Licinium imperatorem fecit. Dum ergo persecutionem in Christianos per X annos crudeliter *movisset, Galerius a Domino vindicta caelesti percussus penas solvit. In tantum enim dissolutis introrsum vitalibus horrorem venit, ut vermes eructaret[a]. Cumque desperatus a medicis divinam[b] id[c] ultionem[1] esse cognovisset, a persecutione cessavit. Ipse vero vim doloris non sustinens diem obiit. Constantino[d] autem, ut supra dixi[2], a patre in Galliis imperatore constituto Maximinus et Licinius[e] crudelitatis in nostros et libidinis nullum habentes modum ad imperium aspirabant[f], Maxentius quoque Romae multis malis cives premebat. Denique inter cetera eius facinora hoc de ipso dicitur, quod senatorum et maxime nobilium matronas publice abstrahi et ad libidinem suam ipsis patribus metu oppressis tacentibus et gementibus deduci preciperet. Senatores etiam, vel qui in curia clariores esse videbantur, falso criminum[g] obiectu proscribi faciebat. Addebat his malis magicae artis[h] nefanda prestigia, ut videlicet mulieribus pregnantibus occisis viscera[i] perscrutarentur[k] ac precantationibus demoniaca arte compositis futura predicerentur.

Eus.-Ruf. VIII, 14 (16).

ib. IX, 9. Itaque dum contra sceleratissimum tyrannum Constantinus imperator religiosus fautorque iam[l] Christianae fidei bellum parat multisque modis anxius ad caelum[m] sepius oculos adtollit, nocte sopore depressus ad orientis partem[n] signum crucis igneo fulgore in caelo coruscare videt. Perquirens autem, quid esset, angelos sibi dicentes audit: 'Constantine, ΘΟΥΘΩ ΝΥΚΑ[o]', quod est: 'In hoc vinces[p]'. Mane expergefactus milites Christianos ad se vocat cognitoque de hoc, quod Christianae fidei signaculum esset, letus ac securus de visione frontem signo crucis munit[q] Christianumque se futurum, si prospera successerint, promittit. Erat autem[r] multa serenissimo principi anxietas, quod tyrannum non sine magna effusione sanguinis civium superare posset. Dominus ergo[s] tam devotioni principis satisfacere quam afflictioni ecclesiae subvenire volens ipsum tyrannum miro modo sine periculo tam augusti quam Romani populi perdidit. Naves enim iuxta pontem Molvium

Hist. Trip. I, 4.

Eus.-Ruf.

ib.

a) eructuaret *A (secundum* -u- *supra lin. A* 1*). B* 2 *(secundum* -u- *mut. ex* -a-*).* b) divina *B* 2. c) ult. id esse cogn. *A* 1. 3. 3*. 4. *B* 2 (ultionem *mut.* -ne); ult. cogn. id esse *A* 2; id esse ult. cogn. *C* 4. d) Constantinus *A* 1—3. 3*. *B* 2. e) Licinus *A* 1. 3. 3*. f) inspirabant *C (radendo corr.* asp. *C* 3*).* g) crimine obiecto *C.* h) artis *om. C.* i) in visc. *C.* k) perscrutaretur *A* 3. l) iam *om. C.* m) celos *C.* n) partes *C.* o) *ita A. B. C;* ἐν ταύτο νυκα *Cusp.;* ἐν τούτῳ νικήσεις *Pithoeus.* p) *ita A. B. C. Frut.;* vince *Ruf., Hist. Tripert.* q) munivit *C* 3. 4. r) autem *supra lin. suppl. A* 2; enim *supra lin. add. B* 2, *omisso* autem. s) autem *C.*

cf. Eus.-Ruf. l. c. VIII, 13, 15 (16), *quorum relationem compendio strictam incaute coniungens Otto lapsus est.* 1) *Cf. Eus.-Ruf. l. c. VIII,* 16 (18). 2) *III,* 44 *fin.*

in modum muscipulae colligaverat, ut per hoc ignarum huius rei militem venientem deciperet. Iam augustus adpropinquabat, iam signa cominus volabant, et ecce tyrannus nutu Dei demoniaco[a] raptus[b] spiritu in machinamenta, quae hostibus paraverat — iuxta quod scriptum est: *In foveam incidit, quam fecit* —, nullo comitatus socio, solus iuxta desiderium principis absque utriusque exercitus discrimine periit. Igitur dum Constantinus desiderata victoria potitus Urbem ingressus fuisset, cum magno tripudio a civibus suscipitur[c]. Cumque ei[d] ad morem triumphus pararetur, ipse non sibi, sed Christo hanc victoriam adtribuendam predicavit. Crucem etiam, cuius virtute hostis devictus erat, in triumphali loco poni fecit et adorari.

Eus.-Ruf. IX, 9. *Ps. 7, 16.*

Melciade mortuo Silvester successerat. Ab hoc iuxta Romanorum tradicionem in ęcclesia quae sancti Iohannis dicitur baptizatur[1]. Haec autem conversionis[e] eius causa fuit. Proinde ea[f], quae in beati Silvestri Vita de lepra et conversione eius leguntur[2], apocrifa[g] videntur*. Refert tamen Tripertita hystoria[3] eum in Nicomedia circa finem vitae baptizatum esse.

Frut.

II. Constantinus Christianus factus pacem ęcclesiis reddidit, cui etiam[h] ad hoc Licinius assensum prebuit. Ambo itaque imperatores datis legibus Christum, qui rem publicam a tyranno liberaverat, Deum colendum statuunt initoque consilio Maximino de hoc, qui Orientis imperium tenebat, scribunt. Quo comperto Maximinus, ne amplius Christiani persecutionem pro fide patiantur, scripto precipit. Reddit etiam causam[i], quia, quanto magis inhiberi videantur[k], plus[l] crescant. Idcirco nullum ad deorum cultum, nisi propria ad id voluntatem[m] ducatur, cogendum affirmat. Haec Maximinus cum pro[n] timore augustorum faceret, ex propria id auctoritate se[o] facere[p] fingebat. Ipse vero omnium intemperantissimus moderatissimis principibus[q] non solum equari voluit, sed et preferri. Brevi quoque interiecto tempore federe rupto Licinio bellum inferre

Oros. VII, 28. Eus.-Ruf. IX, 9.

Eus.-Ruf. IX, 10 (9).

*) *Manu s. XIII. in marg. add. C* 3: Hic magister errat, quia curia Romana, cui assentiendum est, contrarium tenet; *cf. n.* g.

a) maniaco *A (manu paulo recentiore supra lin. antescr.* de- *A* 1*)*; maniaco *corr.* demoniaco *B* 2. b) spir. raptus *A* 3. c) Otto *alio atram. supra lin. add. A* 4. d) ei *om. A* 3. 4. e) causa eius conv. *C* (-ioni *C* 3). f) ea *om. A* 2. 4. g) quibusdam *alio atramento supra lin. ante* apocr. *add. A* 4. h) etiam ad hoc *in loco raso et partim e corr. A* 2; ad hoc etiam *B* 1. i) causam *om. C* 4. k) videbantur *A* 3*. l) tanto magis *Cusp.*; tanto plus *Gotifr.* m) voluntatem *A* 1—3. 3*. n) prae *Cusp.* o) fac. se *C.* p) fing. fac. *A* 2. q) princ. *om. A* 2.

1) *Fabula notissima.* 2) *Apud Mombritium, Vitae Sanctorum (ed. nova mon. Solesm., Paris* 1910*) t. II, p.* 508 *sqq. (= f. CCLXXXVIIII*v *sqq.). Cf. Gesta Frid. II,* 34. 3) *III,* 12.

Eus.-Ruf. IX, 10 (9). parat. Ergo multis tam[a] urbibus quam provinciis profligatis, demonum fretus auxilio, usus instinctu tandem ad bellum progreditur pugnamque aggreditur. Ubi dum fundi cernit exercitum, detractis imperii insignibus calonumque[b] se turbis[c] inmiscens ignominiose, ut dignus erat, fugit e prelio. Inde reversus ad propria primo quidem sacerdotes suos tanquam deceptores interfecit, post, cum[c*] dirissimis morbis se a[d] Deo percussum videret gravissimamque mortem imminere *cerneret, sera[e] penitentia ductus Deum Christianorum *p. 1. confessus pro ipsis scripsit hoc modo[f]: *Imperator cesar Galerius Maximus*[g] *Germanicus, Sarmaticus, pius, felix, invictus, augustus. Indesinenter curam provincialium*[h] *nostrorum gerentes, utilitatibus eorum consulentes, quae ad commune et publicum bonum spectant, numquam desinimus providere. Unde cognitum esse omnibus hominibus non dubito manifesteque compertum ex eo fomite, quod iussum*[i] *fuerat a divis principibus Dyocletiano et Maximiano, parentibus nostris, inhibere*[k] *conventus Christianorum, plurimas direptiones et predas ab officialibus factas.* Et infra: *Igitur ut in posterum omnis metus vel ambiguitas auferatur, huius edicti nostri lege*[l] *sanccimus, ut cunctis innotescat licere his, qui Christianam sectam religionemque venerantur, hac nostrae indulgentiae largitate, ut unusquisque, quemadmodum vult et*[m] *prout animo*[n] *libet, religioni huic sollempnitatique*[o] *deserviat. Sed et orationum domus, id est dominica sua, ut instaurent*[p] *pro voluntate, permittimus. Sane quo in omnibus cumulatior*[q] *habeatur haec nostra largitio, etiam illud hac lege sanccimus, ut, si quae*[r] *domus, agri vel quaelibet predia*[s] *ex Christianorum bonis antehac parentum nostrorum preceptis*[t] *ad fisci ius fuerant*[u] *sociata, si qua etiam ab aliquo competita sunt vel si*[v] *qua distracta aut*[w] *dono in aliquem collata, haec omnia in antiquum ius Christianorum precipimus revocari dominisque propriis universa restitui.*

Ps. 76, 11. Eus.-Ruf. IX, 10, 12 sqq. (9 sq.). Hanc *mutationem dexterae excelsi* quis non miretur? quod homo impiissimus[1], qui in[x] tabulis aeneis velut in aeternum permansuris nostros proscripserat, tam subito[2] manu Dei tactus pro ipsis scriberet invitus. Post haec Maximinus gravissimis morborum malis consumptus, amissis *ib. X, 8 (IX, 10).* primo[y] luminibus, vivendi finem fecit. Licinius vero, qui antea Constantino erga civitatem Dei benignum prebuerat auxilium, instinctu demonum in furorem versus a palatio *Oros. VII, 28.* trusos[z] Christianos persequi intentat. Contra quem Constantinus procinctum movet victumque in Pannonia primo ac post apud Cybalas, postremo crebris terra marique bellis assurgentem ad deditionem coegit. Sed Herculei Maximiani veritus

a) tam *om. C* 4. b) colonumque *A. B* 2. c) turpis *B* 1. c*) eū *A* 3*. d) a *om. A* 3*. e) sera *erasum B* 2. f) scr. huiusmodi *A*. g) Maxim9, *manu recentiore superscr.* minus *B* 2. h) gerentes provinc. nostr. *A* 2. i) uisum *B* 1. k) inherere *A* 3*. l) lege *om. C* 3; leges *C* 4. m) et *om. A* 2. 4. n) animo *om. C* 3. o) -que *om. A* 2. p) instaurant *C (corr. alia manu* -rent *C* 3). q) cumulator *A* 3. r) qua *C (alia manu corr.* quae *C* 3). s) preda *A* 1—3. 3*. t) prec. *om. C* 2. u) fuerat *B* 1; fuerint *Gotifr.* v) si qua *om. B* 1. *Gotifr.* w) aut *om. C* 3; vel *A* 4. x) in *om. C. Ruf.* y) prius *C. Ruf.* z) Christ. trusos *C.*

1) impius *Maximinus audit ex. gr. Eus.-Ruf. Hist. eccl. IX,* 11, 2 (10). 2) *Cf. etiam quae apud Eus.-Ruf. l. c. IX,* 1, 8 *sqq. post relaxatam sub Galerio persecutionem explicantur.*

factum privatum occidit. Constantinum vero et Crispum filios, *Oros.*
Constantium[a·1] et Licinium sororis suae ex prefato Licinio filios cesares fecit. Ex quibus postmodum, quo[b] zelo nescio, Crispum et Licinium interemit.

cf. Eus.-Ruf. X, 9. (IX, 10).

III.[c] Itaque cum iam sociis regno perfunctis Constantinus solus regnaret regnique teneret monarchiam, pax desiderata diu tribulatae ad plenum redditur ecclesiae, et iuxta quod dicitur: *Vidi impium superexaltatum et elevatum, et transivi, et ecce non erat,* viris impiis et persecutoribus[d] a terra sublatis iustisque de angustia liberatis velut nube detersa letus dies ubique[e] terrarum civitati Dei coruscare cepit. Videres tunc undecumque[f] latitantes[g] populos ad populos concurrere et tanquam unius capitis membra in unum corpus adunatos sociari. Cerneres etiam luctu verso in gaudium[2] festivitates ac[h] dedicationes ecclesiarum in singulis urbibus castellis, vicis cum maximo nostrorum tripudio celebrari. Christianus enim imperator haec ex devotione fidei cum summa alacritate fieri volebat[3]. Tunc primo edicta[i] dabantur, ut ecclesiae aedificarentur; tunc primo catholicis hominibus permittebatur, ut ecclesiae eorum prediis ditarentur[4]. Et, ut Romanorum habet hystoria, non solum his[k] serenissimus imperator assensum prebebat[l], sed et aliis exempla dans caput omnium in tantum Romanam exaltavit ecclesiam, ut beato Silvestro eiusdem urbis pontifici insignibus regni traditis ipse se Byzantium transferret ibique sedem regni constitueret[5]. Exhinc Romana ecclesia occidentalia regna sui iuris tanquam a[m] Constantino sibi tradita affirmat, in argumentumque tributum exceptis duobus Francorum regnis usque hodie exigere non dubitat. Verum imperii fautores Constantinum non regnum Romanis pontificibus hoc modo tradidisse, sed ipsos tanquam summi Dei sacerdotes ob Domini reverentiam in patres assumpsisse, ab eisque se ac successores suos benedicendos et patrocinio orationum fulciendos conten-

Eus.-Ruf. X, 1—3 (IX, 10). Ps. 36, 35. 36.

a) Constantinum *B* 1. 2, *corr.* -tium *B* 2. b) Crispum et Lic. quo zelo nescio *C* 3. 4. c) *numerus om. A* 4. d) peccatorib;, ecca *expuncta A* 2. e) ubi *B* 1. f) undique *A. B* 2. g) latentes *C.* h) ac dedic. *om. C* 3. i) edicto *A* 1—3. 3*, *corr.* edicta *A* 3. k) his *om. C* 3. l) prebuit *C* 4. m) a *om. C* 2.

1) *Hunc filium Licinii re vera numquam extitisse constat.* 2) *Ier.* 31, 13: convertam luctum eorum in gaudium. 3) *Apud Eus.-Ruf. l. c. haec omnia paulo ante Licinio adhuc Christianis favente et una cum Constantino rerum summam administrante ponuntur.* 4) *Cf. Epist. Melchiadis papae c.* 10 *sqq. apud Pseudo-Isidorum, ed. Hinschius p.* 248 = *Decr. Grat. C.* 1, *qu.* 16, *c.* 15, *ed. Friedberg col.* 682. 5) *Cf. Constitutum Constantini ed. Zeumer* § 14 *sqq. (in 'Festgabe für Rudolf Gneist', Berlin* 1888*); Pseudo-Isid., ed. Hinschius p.* 253; *Decr. Grat. c.* 14, *d.* 96, *ed. Friedberg col.* 342 *sqq.*

dunt. Atque ad hoc probandum, quod ipse Constantinus regno inter filios diviso alii Occidentem, alteri[a] Orientem tradiderit, et sic per successiones Theodosio quoque et aliis non solum hereticis, sed et religiosis principibus cum Occidente Roma sorte devenerit[b], inducunt[1]. Aiunt enim nunquam tam religiosum principem, quod prius ęcclesiae[c] tradiderat, filiis reliquisse vel tam katholicum impera*torem, utpote Theodosium, quod suum non erat, si[d] ęcclesiae esset, usurpasse. Quae omnia diffinire presentis negotii non est.

IIII.[e] Intueri tamen libet, quam miro et ineffabili modo civitas Christi inter cives mundi progressa paulatim crescendo ad tantum fastigium profecerit. Ut enim altius repetam, primo homine creato ac[f] a[g] deliciis[h]
Ps. 83, 7. paradisi lapso *in* hac *valle lacrimarum* vestigium cognoscendae veritatis misericors Deus[2] reliquit[3]. Ab[i] hoc dum hominum genus traduceretur, quibusdam in cognitione veritatis manentibus, plurimis autem exorbitantibus, reservatis civibus suis reliquos aquis diluvii perdidit[4]. Dum ergo rursum ab his genus hominum[k] propagatur, obliterata[l] paulatim[m] in eis cognitione veritatis error crescere cepit in tantum, ut circa tempora decimi a Noe Abrahae, excepto ipso uxoreque sua, paucos invenias[n] cives Ierusalem. Ab ipso quoque utriusque civitatis cives, a filio etiam suo Ysaac duos, quos dixi, populos ortos invenies[5]. A tercio vero Iacob, qui et Israel, natos repperies[o] XII principes populi Dei, qui ab ipso vocatus est Israel[6]. Hic in Egyptum descendens, cum inter cives mundi diu peregrinaretur ac in ipsa peregrinatione sua in multum crevisset populum, prodigiis ac[p] signis ad terram patrum suorum accepta[q] in itinere tanquam viatico lege inducitur[7] multisque bonis ibi temporalibus acceptis, quamvis processu temporum reges potentissimos haberet, nunquam tamen monarchiam[r] regni[s] obtinuit. Cum vero Dominus civitatem suam dilatare vellet et ab

a) alii *A* 2. b) deveniret *C* 2. c) ecclesiis *C*. d) sed esset ecclesiae *Cusp.* e) III. *A* 4, *ubi sequentia c.* 5—12. *numeris* IIII.—XI. *signantur.* f) ac *(vel* ad*) radendo mut.* a *C* 3. g) a *om. A. B* 2. *C* 3. h) par. del. *C* 3. 4. i) Ad *A* 3*. *C (corr.* Ab *C* 3*).* k) humanum *C.* l) oblita *C* 2. 4; obligata, -ga- *delet. C* 3. m) in eis paul. *C* 3. 4. n) invenies *A* 2. *C* 3; invenires *C* 2. o) invenis *C.* p) et *C.* q) accepto *C* 3. 4, *corr. alia manu* -ta *C* 3. r) in mon. *A* (in *delet. A* 3. 3*). s) regni *om. C.*

1) *Quod tamen pontificali sedis apostolicae dignitati minime adversari Gerhohus Reichersperg., De quarta vigilia noctis c.* 17, *Lib. de lite III, p.* 517 *sq. probare conatur. Cf. etiam 'Sächs. Weltchronik' c.* 78. 2) misericors . ., Deus *Deut.* 4, 31; *Eccli.* 2, 13. *etc.* 3) *Cf. supra I,* 2. 4) *Cf. supra I,* 3. 5) *Cf. supra I* 10. 6) *Cf. supra I,* 10. 14. 7) *Cf. supra I,* 14. 16. 20.

illo populo in omnes gentes diffundi, peccatis suis[a] exigentibus regnum debilitari ac ipsum captivari[b] permisit populum[1]. Ipse vero in gentibus, quas[c] ad fidem suam vocaturus erat, regnum Romanorum, quod ceteris dominaretur, constituit. Quod dum ad optimum statum summumque imperii apicem profecisset, Christum filium suum carnem suscipere voluit[2]. Qui cum iuxta Evangelium[3] in propria venisset et[d] a suis non receptus, quin immo ab eis contumeliose tractatus, cruci[e] etiam affixus fuisset, iusto iudicio[f], assumptis de illo populo electis[4], ceteri[g] excecantur[5] ac datis induciis, cum non resipiscerent, miserabiliter captivati in omnes disperguntur[h] gentes[6]. Dominus ergo[i] civitatem suam de illo populo ad gentes transferens primo humiliari, contempni, multis malis atteri, iuxta quod scriptum est: *Flagellat omnem filium, quem recipit,* voluit. Sed quia flagella, dum modum excedunt, tanquam medicina ultra modum sumpta animum potius frangunt quam emendent, desolatam et humiliatam, ut supra dixi, tempore quo decuit[k] exaltavit ecclesiam[7]. Ut etiam securior de regni caelestis promissione fieret, regnum ei temporale regnorum omnium maximum tradidit. Sicque, ut[l] dixi, paulatim civitas Dei crescens ad summum apicem ac[m] monarchiam profecit. Et notandum, quod ante incarnationem suam civitas eius ad plenum honorata non fuit, postmodum vero, cum assumptam carnem ad caelos attolleret, et quasi accepto regno, iuxta parabolam regnum suum[n], quod[o] est ecclesia, ad summum fastigium, quo altius nichil[p] in terra, provexit, ut per hoc civibus mundi se non solum Deum caeli, sed et dominum orbis ostenderet civesque suos patriae dulcedinem ex peregrinationis prosperitate doceret[q] appetendam.

Ioh. 1, 11.

Hebr. 12, 6.

Nec movere debet, quod supra[8] mutationes et miserias rerum, nunc vero prosperitates earum viam[r]

a) suis *om.* *B* 1. b) pop. capt. perm. *A* 4. *C* 3. 4; capt. pop. perm. *C* 2. c) quam *C* 3. 4, *corr.* quas *C* 3. d) et *om.* *C.* e) etiam cruci *A.* f) dei *add.* *A* 2. g) ceteris *A* 1. 2, s *erasum* *A* 2. h) *ita* *A* 1—3. 3*. *B* 1; gentes disp. *A* 4. *C;* gentes dispergerentur *B* 2. i) vero *A* 3; autem *C* 2. k) decuit *radendo corr., ut videtur, ex* decuit *A* 2; uoluit *A* 4 *(cf. p.* 179, *l.* 12; *p.* 180, *n.* c*)*. l) paul. ut dixi *A* 4. *C* 2; paul. civ. Dei ut dixi *C* 3. 4. m) ad *C* 3. n) suum *om.* *B* 1. o) id *C.* p) in terra nichil *C* 3. 4. q) appet. doc. *C.* r) via *mut. ex* via *A* 3.

1) *Cf. supra I,* 29. 2) *Cf. supra III, Prol., p.* 132; *III,* 6. 3) *Ioh.* 1, 11: In propria venit, et sui eum non receperunt. 4) *Ps.* 64, 5: Beatus, quem elegisti et assumpsisti. 5) *Rom.* 11, 7: Electio autem consecuta est; ceteri vero excecati sunt. 6) *Cf. ex. gr. Deut.* 4, 27; *supra III,* 18, *p.* 158, *l.* 2—4. 7) *IV, Prol., p.* 180, *l.* 6. 8) *II,* 43 *fin.* 51.

nobis[a] ad patriam esse diximus. Sicut enim tam varietas eius quam prosperitas stultum amplius[b] ad amorem suum provocant[c], sic utraque sapientem ea, qua[d] diximus, contemplatione a se abstractum ad amorem patriae inflammant. Unde puto sapientem in libro qui Ecclesiastes, id[e] est concionator[1], vocatur, tam calamitatibus quam prosperitatibus mortalium inductis, de utrisque concionari, ut[f] utriusque consideratione status ad contemptum mundi amoremque patriae se allici luce clarius ostenderet. Unde, cum de utraque satis habundeque concionaretur parte, illo, ad quem omnia tendunt, fine[g] litem[h]
Eccl. 12, 13. decidit. *Finem,* inquit, *loquendi pariter*[i] *omnes audiamus. Deum time et mandata eius observa: hoc est omnis homo.* Et ut cognoscas, quod una eademque res, quae stultum ad voraginem vitiorum trahit, sapientem ad caelestis
Ps. 91, 5. vitae desiderium mittit, audi prophetam[k]: *Quia delectasti me,* ait, *Domine, in factura tua et in operibus manuum*
ib. 7. *tuarum exultabo.* Subiungitque: *Vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget haec.* Ac si diceret: Factura tua, quae, cur vel ad quid facta sit, a stulto non cognita, illum ad pernitiosum *sui amorem inordinate trahit, me ad te cognoscendum, qui illam pulchram et delectabilem ipse pulcherrimus et suavissimus fecisti, accendit.

Civitas igitur[1] Christi pene omnia sibi, excepta inmortalitate, promissa in presenti iam accepisse cernitur. Denique ut per ea, quae iam impleta vides, cetera quoque, quae promittuntur, sine dubio implenda cognoscas, vide crucem Christi, ignominiam eius, supplicium eius[2] totique orbi ante solo nomine horribile iam in tantam profecisse gloriam, ut a regibus adoretur omnibusque pene hominibus factum sit amabile ac venerabile. Cerne[m], quod iam reges inde insignia sua decorari gloriantur, unde antea sceleratis[n] et flagitiosis supplicia impendebantur. Si ergo Deus sic honoravit[o] supplicium suum, quomodo honorabit corpus suum, sanctos suos, imaginem suam? Argumentum igitur fu-

a) nobis *om. A* 3. b) ad amorem amplius *A* 2. c) prouocaū *B* 1. d) contempl. qua dix. *C.* e) id est *om. C* 3. f) ut *supra lin. suppl. B.* g) finem *A. C* 2. 3. h) litere *A* (litt. *A* 3*. 4). *B* 2. i) omnes par. *A* 4. *C.* k) prophetiam *C.* l) igitur *erasum A* 3*; ergo *C* 2. m) Certe *B* 1. n) -que *add. B* 1. o) honorificavit *C;* hon. suppl. suum sic *A* 2.

1) *Cf. Hieron. Comm. in Ecclesiasten, in.* 2) *Cf. ex. gr. Aug. Tract. in Ioh. XXXVI,* 4.

turae beatitudinis sapientis animo prosperitates sunt presentis tranquillitatis. Sed iam ad hystoriae seriem revertamur.

V. Constantinus[a], ut[b] dixi, sedem regni Bizancium transtulit eamque omnium[c] pene urbium divitiis locupletatam ex nomine suo Constantinopolim vocavit[1]. Quae* exhinc et ob hoc[d] regia urbs vel Neoroma[e] vocata patriarchalemque sedem sortita secundum[f] locum post Romanam[g] ęcclesiam, quem[h] prius Alexandrina habuerat, obtinuit[2]. Ex hoc regnum Romanorum ad Grecos translatum invenitur mansitque propter antiquam[i] Urbis dignitatem solo nomine ibi, re hic[k], sicut et Babyloniorum[3]. Vide regno Christi crescente[l] regnum mundi paulatim imminui.

Igitur dum civitas[m] Christi multis modis proficeret pacemque[n] exterius ab[o] hostibus haberet, hostis humani generis diabolus intus eam lacescere[p] adtemptat[4]. Dum itaque Petro persecutionis tempore[5] martyrio coronato Achillas Alexandrinam sedem gubernandam suscepisset, hoc in pace ęcclesiae defuncto eandem Alexander regebat ęcclesiam. Huius diebus omnium spurcissimus Arrius presbyter nefandissimam heresim de inaequalitate trinitatis[6] condidit. Contra quem celeberrimum illud Niceum[q] congregatur concilium, dampnatoque ibi cum fautoribus suis Arrio fides katholica in[r] presentia principis roboratur. *Ruf. X, 1 sqq. et Hist. Trip. I, 12. 20.*

Fuerunt his diebus clarissimi regni Christi principes Paulus et Antonius[s] primi heremitae, quorum prior persecutionem Decii fugiens ac in desertis latitare cupiens necessitatem vertit in voluntatem ibique continentissime[t] vivens plenus dierum moritur, animaque eius inter choros prophetarum et apostolorum deducta cernitur ab An- *Hier. V. Pauli.*

*) Quae — obtinuit *(l. 9) om. C, habet Cusp.*

a) Constantinus — re hic *(l. 12) habet C* 1; igitur *manu recentiore supra lin. add. B* 1. b) ut dixi *delet. C* 1. c) pene omnium *A* 2. d) haec *A* 1. 3. 3*. 4. e) ueoroma *A* 1—3; neoroma, n- *in loco raso A* 3*; ueronia *A* 4. f) s; *A;* set *manu multo recentiore corr.* secundum *B* 2. g) Romā *B* 2. h) *ita Cusp. et B* 2 *e corr.;* quam *A. B* 1; *cf. n.**. i) antiqua *C* 1; anquā *C* 3. k) re hic *mut. in* rehito, *superscr.* licto *C* 1. l) excrescente *A* 3. m) Christi civ. *A* 2. n) -que *om. A* 2. o) ab host. *om. A* 2; ab host. exterius *C* 3. 4. p) lascescere *A (primum* -s- *supra lin. A* 3*); lacerare *B* 1. q) nieev̄ *A* 2; nycenum *A* 4; Nicenum *C.* r) in pres. *om. A* 3. s) Antoninus *A* 3*. t) contentissime *A. B* 2.

1) *Frut. a.* 334, *p.* 112, 61, *cf. p.* 112, 10. *Supra IV,* 3, *p.* 187. 2) *Cf. supra p.* 137, *n.* 4, *ad III,* 2. 3) *Supra I,* 32, *p.* 66, *l.* 14; *infra IV,* 31, *p.* 223, *l.* 25. 4) *Cf. Ruf. Hist. eccl. X,* 1; *Oros. VII,* 29, 2; *similem sententiam supra III,* 22 *in. habes.* 5) *Eus.-Ruf. Hist. eccl. IX,* 6, 2. 6) *Cf. ex. gr. Isid. Orig. VI,* 16, 6 *(= Decr. Grat. c.* 1, *d.* 15, *ed. Friedberg col.* 34; *Hugo de S. Victore, Erud. Did. IV,* 12).

cf. Hist. Trip. I, 11. tonio. Alter vero et ipse sanctissimae et artissimae vitae multis ad artioris vitae zelum provocatis in pace quievit.

Ruf. X, 7 sq. Circa idem tempus Helena Constantini mater crucem Domini[a] Hierosolimis invenit mediaque[b·1] parte eius ibi relicta[c] alteram[d] ad[e] urbem regiam transportavit. Unum quoque sacrorum clavorum fabricari fecit ac inde filio suo *Hist. Trip. II, 18.* augusto compegit[f] frenum. Prophetiam ibi impletam esse *Zach. 14, 20.* volunt[g], qua dicitur: *Et erit quod in freno est sanctum Domino* vocabitur.

Ruf. X, 9 sq. Eodem tempore ulterior India occasione duorum puerorum, quorum unus Edisius, alter Frumenticius[h] vocabatur, verbi Dei semina accepit. Ubi et postmodum Frumenticius[i] epi- *ib. X, 11.* scopus ordinatus multis virtutibus claruit. Gens quoque Hyberorum, quae sub axe Pontico iacet, mulieris captivae occasione fidem recepit. Quae qui plenius scire desiderat, in ecclesiastica Ieronimi historia inveniet.

Oros. VII, 28 sq. Constantinus ferocissimam gentem Gothorum in Sarmatarum regione delevit. Dalmatium vero fratruelem suum, Galli et *ib. et Frut.* Iuliani fratrem[2], cesarem fecit. Ipse autem, cum in Persas ire[k] proponit[l], in via[3] publica iuxta Nicomediam, re publica bene ordinata ac filiis tradita, XXX°[4] imperii sui anno moritur.

Frut. et Oros. VII, 29. VI. Anno ab incarnatione Domini CCC°XL°I° Constantino successit cum duobus fratribus Constante ac Constantino Constan- *Ruf. X, 12.* tius filius suus, XXX^us^V^us^ ab Augusto. Hic a quodam presbytero Arrii discipulo deceptus in[m] Arrianam heresim incidit. Causa autem erroris haec fuit: Soror patris sui augusti moriens predictum presbyterum fratri cum summa diligentia commendaverat[5]. Dum ergo et ipse in suburbana villa Nicomediae moriens inter filios regnum partitur[n], Constantius[o], cui regnum Orientis sorte[p] devenit, forte aberat; cui testamentum pater per Arrianum illum[q] misit, obtestans eum, ne alii traderet. Presbyter cum testamento regnum tradens[r] Constantio in tantum familiaris efficitur[s] principi, ut facile *veneno pernitiosissimi[t] dogmatis imbutum eum[u] ad suam *p. sectam traheret. Eusebius Nicomediae episcopus eodemque *ib. X, 13 sq.* veneno infectus Arrium, qui ob perfidiae suae virus[v] ab

a) Dom. *om. A* 2. 4. b) mediamque partem *C.* c) relictam *C.* d) altera *C* 4. e) ad urbem *om. A* 2. f) frenum comp. *C.* g) uoluit *B* 2. h) -ti- *erasum B* 2; Frumentius *Ruf.* i) Frumentitius *B* 1; -ti- *erasum B* 2; Frumencius *C* 3. k) venire *C* 3. 4. l) disponit *A* 2. m) in *om. C* 3. 4. n) patitur *A* 3*. o) Constantinus *A* 3*. p) forte *A* 1. q) illum *om. A* 2. r) Constancio tradens *C.* s) princ. (principis *C* 3) effic. *C* 3. 4. t) dogm. pernit. *A* 2. u) cum *A* 3*. v) inrus *B* 1.

1) *Ita ex. gr. Legendarium Teutonicum saec. XII in. ed. Busch, 'Zeitschrift für deutsche Philologie' X, p.* 155, *v.* 588 *sqq.* 2) *Aliter recte Hist. Trip. VI,* 1. 3) villa *Oros., Ruf., Frut.* 4) *Ita Otto secundum Frut. a.* 340. 5) *Cf. Frut. a.* 340.

Alexandro venerabili episcopo Alexandria[a] pulsus erat[1], revocari conciliumque congregari suadet. Et sic iussu principis tam Alexander quam Arrius ad audientiam Constantinopolim vocantur. Itaque tota nocte vir Dei Alexander in oratione iacens causam ecclesiae Domino[b] commendabat. Mane facto Eusebius Arrium ad ecclesiam vocat. Qui dum in itinere humanae necessitatis causa ad secessum declinat[c], iusto Dei iudicio blasphemae[d] ac fetidae mentis penas solvens in fetido ac turpi loco evisceratus[e] moritur. Fautores sui pudore ac confusione pleni diffugiunt. Imperatorem vero rem gestam celando per eunuchos contra katholicae fidei doctores amplius accendunt. Non multis post diebus Alexandro mortuo Athanasius substituitur. Hic ferventis ingenii et in ecclesiasticis negociis vigilantissimus non solum contra hereticorum versutias sollertissimus fuit, sed et contra imperatorum potentiam fortissimus extitit[f] agonista. Cuius virtutes, agones ac labores qui scire vult, legat Tripertitam[2] vel[g] ecclesiasticam hystoriam a Ieronimo scriptam[3].

Ruf. X, 13.14.

ib. X, 15.

VII. Constantinus, dum Constantem fratrem[h] bello insectatur, non longe ab Aquileia iuxta[4] Alsam fluvium a ducibus eius occiditur[5]. Constantius occiso Constantino solus Orientem, Constante[i] Occidentem habente, tenuit. Nam Dalmatius cesar, patruelis eorum, a militibus ante occisus fuerat. Igitur heretici verentes, ne forte, si Athanasius adeundi principem locum haberet, catholica eum fide imbueret, circumvento prius augusto Athanasium sceleratum et flagitiosum mentiuntur ostenduntque in argumentum[k] cuiusdam Arsenii brachium, quod ab ipso magicae artis gratia precisum dicebant. Quod idcirco fecerunt, quia prefatus Arsenius ab Athanasio ecclesia[l] certis de causis pulsus, ubi esset, ignorabatur. Itaque iussu imperatoris apud Tyrum congregatur concilium, positoque in causa Athanasio producitur Arsenius. Qui dum utrasque manus haberet, calumpniatorum apparuit mendatium. In eodem etiam concilio meretrix, quae se ab eo[m] corruptam profiteretur, inducitur. Sacerdos Christi presbyterum[n] suum Timotheum monet, ut pro se[o] loquatur. Ille vero dum quereret ab ea, si ipse scelus hoc perpetraverit, 'Tu, tu[p]', inquit, 'in illo loco hoc fecisti'. Tum omnes ridiculosus pudor habere cepit. Nec propterea persecutio principis in Athanasium cessavit, quin immo post multa pericula ad fratris imperium in Occidentem eum fugere compulit. A quo humane susceptus, honorifice

Oros. VII, 29, 5. et Ruf. X, 16.

Oros. VII, 29, 1. et Frut. Ruf. X, 16-20.

a) ab Alex. *C* 3. 4. b) Dom. *om. A* 3. c) declinaret *C*. d) blasphemiae *B* 2 *(sed -i- erasum)*. *C* 2. e) evisceratur *B* 2. f) ext. *om. A* 2; agon. ext. *A* 4. g) hyst. vel eccles. *A* 2. h) suum *add. C*. i) fratre suo Const. *C*. k) argumento *C*. l) certis de causis pulsus eccl. *A* 4. m) eodem *C*; profit. ab eo corr. *A* 2. n) Tim. presb. suum *C*. o) ut ipe *A* 3*. p) *secundum* tu *om. C*.

1) *Ex Oros. VII*, 28, 23 *sq.* 2) *Hist. Trip. III*, 4 *sqq.* 3) *Ruf. Hist. eccl. X*, 15 *sqq.* 4) *Cf. Hist. Trip. IV*, 4; *Frut. a.* 343. 5) *Cf. Frut. a.* 343.

habitus ac postmodum in kathedram suam potenter remissus[a] est. Ibidem manens in ecclesia Treverorum sub Maximino eiusdem ecclesiae sacerdote[b] *Quicumque vult* a quibusdam dicitur edidisse*.[1].

Hist. Trip. V, 17. *Ruf. X,* 23. VIII. Eo tempore Liberius Romanus pontifex habita prius cum imperatore disceptatione, in qua eum[c] Constantius tanquam civitatis suae episcopum primo commonendum, post obiurgandum putavit, in exilium truditur[d], Felixque diaconus suus ab hereticis[e] ei subrogatur. Inter hunc[f] Liberium et Silvestrum medius sedit Iulius[2].

Frut. 356. Hisdem[g] diebus Victorinus rethor et Donatus grammaticus Romae clari habentur. Floruerunt tunc civitatis Dei principes[h] Paulinus Treverensis, qui Maximino successerat, Dyonisius Mediolanensis, Eusebius Vercellensis, Hylarius Pictaviensis, episcopi. Qui omnes ob fidei katholicae testimonium in exilium missi feruntur[i].[3]. Ex quibus Hylarius non solum verbo et exemplo[k] ecclesiam Dei informavit, sed etiam multa scripturarum monimenta, Gallicanam subtilitatem et eloquentiam redolentia[4], reliquit[5].

Ruf. X, 20. 24 *sq.* Pulso de sede propria Athanasio Georgius procaciter sibi episcopatum vendicabat. Antiocena et[l] Ierosolimitana ecclesia his malis plurimum laborabant. Non solum autem illae, sed ubique terrarum diffusa civitas Christi[m] his intestinis malis angebatur[n].[6].

Oros. VII, 29. VIIII. Constans autem adversus Saporem Persarum regem, qui Mesopotamiam invaserat, *vario novem eventu gessit prelia. Novissime, dum indiscrete pugnam adoriri cogitat[o],

*) *Alia manu s. XIII. in marg. add. C* 3: Monstratur hodie in monasterio sancti Maximini cripta, ubi latitans Athanasius scripsit *Quicumque vult.*

a) est rem. *C* 3. 4. b) -acerdo- *in loco raso A* 2; episcopo *C;* preclarissimo *supra lin. manu coaeva add. A* 4, *ubi eodem modo superscriptum* psalmum seu ymnum. c) Const. eum *C.* d) traditur *A (corr.* truditur *A* 2*);* -ru- *supra locum rasum B* 2. e) a catholicis *C* 2. f) h *C* 3; hec *C* 2, *ubi* omnia *add.* g) Isdem *A. B* 2. h) principis *A* 3*. i) fuerunt *C.* k) ex exemplo *A* 3. l) vel *C.* m) diu *add. A* 4; in *add. C.* n) *ita A* 4. *B. C* 3; angebatur *mut.* ageb. *A* 1; agebatur *A* 2. 3. 3*; augebatur *C* 2. 4. o) gogitat *B* 1.

1) *Athanasium Treveris moratum Hist. Trip. III,* 8. *idque sub Maximino episcopo factum esse Frut. a.* 359. *cum Hieronymo habet. De symbolo* Quicumque *tradunt Gesta Trev. c.* 19. 2) *Marcum, qui medius inter Silvestrum et Iulium sedit (Ruf. Hist. eccl. X,* 23*) Otto cum Hist. Trip. hoc loco omisit, sed infra in catalogo post librum VII. posuit.* 3) *Cf. Frut. a.* 361, *Regino p.* 15, *Ruf. Hist. eccl. X,* 21, *Hist. Trip. V,* 15 *sq.* 4) *Cf. Hieron. epist.* 58, 10. *ad Paulinum.* 5) *Cf. Ruf. Hist. eccl. X,* 32; *Hieron. De viris ill. c.* 100. *Ottoni Hilarii opera trita fuisse ex Gest. Frid. I,* 54 *sq.* 58. *apparet.* 6) *Cf. Ruf. Hist. eccl. X,* 22; *Hist. Trip. IV. V. passim.*

nocte victus aufugit ac postmodum in oppido Helena iuxta Hispaniam dolo Magnentii occisus est[a]. Magnentius apud[b] Augustudunum[c] imperium invasit. In Illirico Veteranionem quendam senem imperatorem milites creant. Nepotianus Constantini sororis filius imperium usurpans a Magnentianis ducibus[d] opprimitur. Igitur dum Constantius fratrem ulcisci statuit, Veteranionem quidem primo[e] purpuram deponere compellit et post Magnentio bellum indicit. Pugna horribilis cum maximo Romanorum detrimento committitur. Magnentius tamen[f] victus non multo post apud Lugdunum se ipsum interfecit. Decennius etiam frater eius, quem ipse in Galliis cesarem fecerat, laqueo se apud Senonas[g] suspendit. Constantius vero Gallum patruelem suum cesarem factum, tyrannice agentem, peremit[h], Silvanum[i] etiam[k] in Galliis crudeliter agentem[l] occidit[l]. Post[m] haec Iulianum fratrem Galli cesarem legit ac in Gallias misit. Hic primo ab augustis clericus factus ac lector ordinatus[2], a perversis hominibus deceptus, militiae cingulum sumpserat[3]. Iulianus oppressas ab hoste Gallias fusis Alamannis ac Germanis Rheno flumine seiunctis[n] in priorem statum restituit. Dumque[o] his elatus successibus in templum[4] quoddam[p] veniret, corona subito super caput eius cecidit. Quo viso milites imperium sibi a diis hoc[q] omine[r] affirmant auguriatum[s]. Quat[t] vesania priorique prosperitate deceptus Iulianus augusti nomen usurpat[5] fidemque[u] Christi abdicit. Inter haec Constantius adversus Parthos procinctum moverat, sed Iuliani fraude comperta, dum ad civile bellum revertitur, anno imperii sui XX°IIII°[6] in via moritur.

Oros. et Frut. — *Oros.* — *Frut. et Hist. Trip. VI, 1.* — *Oros. et Frut.*

X. Anno ab incarnatione Domini CCC°LX°IIII° Iulianus Constantio mortuo XXXusVIus ab Augusto imperium assumpsit[v]. Hic primo, velut antecessoris[w] sui facta arguens, episcopos ab exilio revocari[7] iubet, post vero ecclesiam Dei arte potius quam[8] vi persequi intentat. Denique tamquam religionis consideratione removendos eos a ludis, a sacramento militiae arcendos, postremo ab omni terrena possessione, utpote quibus propria[x] lex dicat: *Nisi quis renuntiaverit[y] omnibus quae possidet, non potest meus esse*

Frut. et Oros. VII, 30. — *Ruf. X, 28. 33.* — *Luc. 14, 33.*

a) occiditur *C.* b) apud *om. A* 2. c) Augustudinum *A* 1—3. 3*. *B* 2. d) militibus *C.* e) purp. primo *C* 3. 4. f) tm̄ *A* 1. 3. 3*; tandē *C* 3. g) Sconas *B* 2. h) occid̄ *A* 4. *Cusp.* i) Silvanum — occidit (*l.* 14) *om. editiones.* k) quoque *A* 4. l) peremit *A* 4. m) Post — Christianos laceravit *(p.* 196, *l.* 9*) habet C* 1. n) seuictus *B* 1; seiunctus *C* 2. o) -que *om. C* 2; His elatus succ. dum *A* 4. p) quoddam *om. C* 2. q) hoc *om. A. C* 1. 3. r) omne *A* 2; hoīe *C* 1; hoīe *vel* doīe *radendo corr.* oīe *C* 3. s) auguriari *A;* auguriarum *B* 2; aug. aff. *C* 3. 4. t) Quę *A* 3*; Que *corr.* Qua *C* 1. u) -que *om. A* 2. *C* 2. v) *ita A* 1 (as- *supra lin.*). 2. 3*. 4. *B* 2. *C* 2—4; sumpsit *A* 3; assumit *B* 1. *C* 1; suscepit *Gotifr.* w) antecessores *B* 2 *(corr., ut videtur,* -ris). *C* 1. x) lex propria *C* 3. 4. y) renunciat *A* 4. *Vulg.*

1) rebus novis inhiantem *Oros. VII,* 29, 14. 2) *Cf. Frut. p.* 114, 1; *Hist. Trip. VI,* 1; *Ann. Hild. p.* 7. 3) *Similia infra V,* 7. *de Eberwino maiore domus dicta habes.* 4) civitatem quandam *Frut. et Hist. Trip. VI,* 1. 5) Iulianus augusti nomen usurpat *Herim. Contr.* 358. *et Chron. Suev. univ.* 359. 6) *Ex Ruf. Hist. eccl. X,* 27. 7) *Frut. p.* 114, 30. 8) *Oros. VII,* 30, 2.

Hist. Trip. VI, 1. *discipulus,* cohibendos decernit. Templa vero paganorum aperiri iussit, fastigia imperialia, utpote cocos, eunuchos, tonsores, publicum cursum[a] caballorum[b] et mularum, tanquam philosophus amputavit lectionique nocte vigilans et scribens, die scripta in senatu recitans, operam dedit. Unde et philosophos super omnes amplexatus[c] solus[d] imperatorum[e] post Iulium Cesarem philosophiae studium[f] coluit[1]. Scriptis vero[g] suis non solum antecessores suos imperatores,
ib. sed etiam Christianos laceravit. Unde de[h] ipso Socrates in Tripertita historia sic ait: *Ut cocos atque tonsores expelleret, opus philosophi, non tamen imperatoris egit; ut autem detraheret atque laceraret, neque philosophi neque principis*[i] *fuit.*

Ea tempestate preclari civitatis Dei cives fuere Miletus Antiochenus, Maris[k] Calcidonensis, Basilius Cesariensis, Gre-
ib. VI, 6. gorius Nazanzenus episcopi[2]. Quorum unus Maris[l] provectus aetate et moribus oculisque inbecillis Iuliano in urbe regia Fortunae sacrificanti in faciem restitit eumque impium et sine[m] deo[n] apostatamque[o], ut Zosomenus in Tripertita[p] refert, vocare non metuit. Cui dum Iulianus tanquam philosophicae patientiae nichil aliud quam cecitatem improperasset dicens: 'Neque Galileus deus tuus te[q] curare potest', respondisse fertur: 'Ego Deo meo pro cecitate gratias ago[r], quia hoc ideo[s] est[t] gestum, ne te videam pietate nudatum'.
Ruf. XI, 9. Basilius vero et Gregorius[3] ex philosophica et heremitica vita ad culmen sacerdocii assumpti non solum huic tyranno et Valenti heretico auctoritate pontificali restitere[u], sed et[v] scripturarum suarum monimenta utilia admodum[w] et profunda[x] ecclesiae Dei reliquere[y].

Hist. Trip. VI, 46. Iulianus ex subtilitate ingenii philosophos, ut dixi, sectare[z] volens in tantam super se levatur vesaniam, ut iuxta Pytagoram[a] spiritum in se Alexandri requievisse diceret ipseque ad instar eius totum orbem[b] sibi subiugare pararet.

a) rursum *A* 1—3. 3* *(radendo mut.* usum *A* 2*);* rursum *corr.* cursum *B* 2. b) caballarum *A* 3 *(corr., ut videtur* -orum*).* *C* 1; gaballorum *C* 3. 4. c) amplexus *B* 1. *Gotifr.;* fuit *add. C.* d) solusque *C.* e) imperator *A* 2. *C* 2—4. f) studium *om. A* 3. 3*, *manu fortasse alia, sed coacva alioque atram. supra lin. suppl. A* 2, *manu s. XVI. in marg. suppl. A* 1; Ces. phyam *A* 4. g) vero *om. A* 2. h) de *om. A* 3*. i) princ. *om. A* 2. 3*, *manu s. XVI. supra lin. suppl. A* 1; neque princ. *om. A* 4; neque ipris op9 fuit, *praecedentia* -c*aret neq; *versu exeunte in marg.,* phi — fuit *novo versu incipiente in loco raso exhibet A* 3. k) Maris *mut.* Marinus *C* 4; Marinus *Cusp.* l) maris *mut.* magis *C* 2; Marinus *C* 4. *Cusp.* m) fide *C* 3. 4. n) a deo *C.* o) -que *om. C.* p) historia *add. A* 2. *C* 3. 4; in Trip. *om. A* 4. q) curare te *A* 2. r) deo *iterum add. A* 3*. s) id *B* 2. t) est *om. B* 2. u) resistere *B* 2; retistere *C* 4. v) et *om. B* 1. w) postmodum *C.* x) profutura *Cusp.* y) reliquię *A* 3*. z) sectari *A* 4. a) Pigoram *B* 1. b) orbem *manu recentiore in marg. suppl. signisque post* sibi *insertum B* 2.

1) in curia senatus recitavit orationes *Hist. Trip.* 2) *Cf. Ruf. Hist. eccl. X,* 25. *XI,* 9; *Hist. Trip. VI,* 23. 33. 3) *Cf. etiam Hist. Trip. VI,* 37.

Huius rei gratia dum adversus Persas procinctum moveret, *Oros. VII, 30. et Frut.*
a quodam in[a] insidias vocatur. Ubi dum ex sterilitate locorum miles deficeret, ipse telo in incertum misso post annum et menses octo[1], ex quo[b] imperare ceperat, ex quo vero *Hist. Trip. VI, 47.*
5 cesar ordinatus fuerat, anno VII[0], etatis XXX[0]I[0c], ictus interiit. Fertur de ipso, quod, cum iaculum contra se venire
01. *videret, ex divina id[d] animadversione fieri cognoscens, non* ad penitentiam motus, sed ad obstinationem devolutus, ore blasphemo diceret: 'Vicisti, Galilee'. Hoc enim nomine
10 Christum vocare solitus erat. Sic ergo Dominus civitatem *Oros.*
suam ab impiissimo tyranno, qui Christianorum sanguinem diis suis voverat, ad plenum liberavit. Legitur in Vita beati *cf. Frut.*
Basilii[e·2] ex precibus eiusdem[f] sancti viri, eo quod Cesaream Capadociae, cui presidebat, in reditu funditus delere
15 decreverat, hoc[g] telum a beato Mercurio martyre caelitus missum, in argumentumque huius rei ferrum, quod iuxta eiusdem martyris tumbam iacebat, cruentum in[h] mane dicitur fuisse inventum.

Quia vero Porphirius[3] et Kalistus ceterique[i] fautores *cf. Hist. Trip. VI, 47.*
20 eius sapientiam pietatemque Iuliani predicant, qualia post mortem eius[k] simulacra magicae artis gratia instituta inventa fuerint, breviter aperiam. Ait ergo[l] Socrates in *ib. VI, 48.*
Tripertita[m] hoc[n] modo: *Cumque mortuus fuisset, et impio pius successisset in imperium, ingredientes[o] in templum*
25 *viderunt mulierem a capillis appensam, extentas habentem manus, cuius uterum aperuerat, ut[p] Persarum[q] victoriam in iecore eius inspiceret. Hoc scelus in Carris inventum est. Verum in Antiochia plurimas arcas in palatio aiunt fuisse[r] repertas[s] humanis capitibus plenas et innumera in*

30 *) non — devolutus *(l. 8) om. C, habet Cusp.*

a) in *om. B* 2. b) exq̃, *manu recent. superscr.* exq° *B* 2. c) anno *add. C.* d) animadv. id *A* 2. e) blasii *C* 2. f) eiūdem *B* 2. g) ħ *A* 1. h) in *om. A* 4. *Cusp.* i) -que *om. A* 1. 3. 3*; et ceteri *A* 2. k) ipsius *C.* l) enim *C.* m) hystoria *add. B* 2; historia *alia, sed coaeva manu alioque atram. superscr. A* 2; in Trip. *om. A* 4.
35 n) ħ *A* 1. o) ingrediente *A* 1 *(corr.* -es*). B* 2. p) ut *alia manu superscr. C* 3. q) Pers. *om. C* 3. r) et *add. C* 2. s) hum. cap. plenas rep. *C.*

1) *Cf. Ruf. Hist. eccl. X,* 37. 2) *Cf. quae e Vita Basilii Frut. p.* 114. *affert, quae Vitae s. Basilii translationis ab Anastasio confectae editioni Rosweydianae (Migne, Patr. Lat. LXXIII, col.* 293 *sqq.) desunt.*
40 *Ea, quibus Otto Frutolfum superat, supra maioribus litteris expressa sunt. Exstant in versione Euphemii apud Surium, De probatis sanctorum historiis I (*1570*), p.* 9 *sq., et, non in omnibus cum nostro consona, in Vita Graeca Amphilochio tributa, cf. Acta SS. Boll. Iun. III, p.* 423 *sq., et ex parte etiam in vetere translatione, quam habes Bibl. Casin. III, Floril.*
45 *p.* 209 *sqq. Idem quod apud Ottonem habes 'Kaiserchronik' v.* 10936 *sqq., ubi Caesareae mentio non fit.* 3) *Porphyrius Hist. Trip. VII,* 2. *commemoratur.*

Hist. Trip. *puteis dimersa corpora mortuorum.* In qua civitate comperta nece eius non solum in ecclesiis nostros[1], sed et[a] in[b] theatris paganos[1] exultantes resultasse prefatus scriptor commemorat et clamasse: 'Maxime fatue, ubi sunt[c] vaticinia[d]? Vicit Deus et Christus eius'.

Frut., Oros. VII, 31, Hist. Trip. VII, 1, Ruf. XI, 1. XI. Anno ab incarnatione Domini CCC°LX°VI° Iuliano mortuo ac in summo[e] discrimine posito[f] milite Iobinianus[g], natione Pannonius, vir christianissimus, votis omnium petitur. Qui dum se gentilibus, eo quod Christianus esset, imperare non posse diceret, et ipsi se Christianos affirmabant. Iobinianus[g] *Oros. l. c.* ergo[h] XXX^us^VII^us^ i.[2] ab Augusto imperator creatur. Hic pro exercitus periculo cum Sapore Persarum[k] rege fedus Romanis quidem inglorium, sed tempori congruum iniens, tradito[3] quodam oppido cum superiori parte Mesopotamiae mili- *Hist. Trip. VII, 3 sq.* tem redemit. Cumque esset katholicus, episcopos a Constantio in exilium trusos ad proprias sedes revocavit, templaque[l] deorum claudi fecit ac sacerdotes eorum fugavit. Athanasium vero katholicae fidei defensorem, ut eum de fide imbueret, scripto rogavit. Cui ille, assumptis[m] probatioribus episcopis, rescripsit[n] in hunc modum: *Piissimo atque clementissimo victori augusto Iobiniano*[o] *Athanasius et reliqui*[p] *episcopi convenientes ex persona omnium episcoporum Egyptiorum, Thebaidis et Libiae. Decet Deo amabilem principem discendi habere voluntatem desideriumque caelestium. Sic enim vere et cor habes in manu Dei et imperium cum*[q] *pace multis annorum curriculis gubernabis. Volente igitur a nobis tua discere pietate katholicae ecclesiae fidem, gratias ob hoc*[r] *Domino referentes curavimus, ut prolatam ab omnibus patribus in Nicea tuae pietati*[s] *insinuaremus fidem. Hanc enim repudiantes*[t] *quidam nobis equidem frequenter*[u] *insidiati sunt, eo quod Arrianae non consentiremus insaniae. Arrius enim quidam eiusque sectatores erumpere*[v] *et impietatem adversus eam introducere temptaverunt dicentes ex*[w] *non extantibus et creaturam atque facturam convertibilemque esse filium Dei, plurimosque per talia seduxerunt, ita ut etiam qui aliquid esse videbantur blasphemia huiusmodi traherentur.* Et post pauca: *Necessario considerantes lesionem, quae huiusmodi causa contra populum generatur, offerre*[x] *tuae pietati confessionem concilii Nicei*[y] *curavimus. Est autem haec Nicei*[z] *concilii fides: 'Credimus in unum Deum patrem omnipotentem'* et cetera. *Eos autem qui dicunt: 'Erat, quando non*[a] *erat, et antequam nasceretur, non erat', et*

a) et *om. C.* b) in *om. B* 1. c) nunc tua *add. Cusp.;* tua *add. Hist. Trip.* d) tua *add. C* 3. 4. e) summa *A* 1—3. 3*, *corr.* -o *A* 2. f) pos. *om. C* 3. g) Iovin. *A* 3. 3*. 4. *C;* Iobianus *Gotifr., Iord.;* Iovianus *Oros., Regino (B), Frut., cf. Ruf. (sed varia lectio* Iovinianus *Reg. A, Frut., Ruf.).* h) ergo *om. A* 2; vero *C* 2. i) XXX^9^VI^9^ *A (corr.* XXX^9^VII^9^ *A* 3*); XXXIIII° *C* 2. k) rege Pers. *A. B* 2. l) -que *om. A.* m) assumpsit *manu recentiore superscr.* -tis *B* 2. n) in hunc modum respondit *C.* o) Iovin. *A* 3. 3*. *C;* Iuuin. *A* 4. p) aliique *C* 3. 4. q) in *C.* r) h *A* 1; hęc *A* 3*. s) pietate *A* 1—3. 3*. t) quidam repud. *C.* u) ins. sunt freq. *C.* v) irrupere *Cusp.* w) ex *om. A* 2. *B* 2. *C, supra lin. suppl. A* 1. x) efferre *C* 3. 4. y) nycei conc. *A* 4; niceni conc. *C* 3. 4. z) Nicei *mut.* Niceni *B* 2; Niceni *C* 3. 4. a) non *om. A* 4.

1) cuncti *Hist. Trip. pro* nostros *et* paganos. 2) *Numerus secundum Orosium.* 3) *Cf. Iord. Rom.* 306 *(Hieron. Chron. a. Abr.* 2380).

quia [ex[a]*] non extantibus factus*[b] *est, aut ex altera subsistentia vel substantia dicentes esse aut creatum aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat*[c] *sancta katholica et apostolica ecclesia.* Quas literas imperator legens gratanter suscepit fidemque katholicam datis roboravit[1] edictis. Legem etiam, qua sacrarum virginum non solum raptores[d] et violatores, sed[e] et inpudici inspectores capite plecterentur, promulgavit. Verum Athanasius ad imperatorem Antiochiae morantem venit[f] eumque familiari[g] usus colloquio[2] de fide katholica informavit. Ipse autem[h] christianissimus princeps ab Antiochia Tharsum Ciliciae venit[i] ibique predecessoris sui Iuliani corpus honorifice[3] sepeliens consul vocatus est. Inde ad Illi- *Hist. Trip.* *ib. VII, 5 sq.* *Oros. VII, 31, 3.*
p. 202. ricum *digrediens ac per Galatiam iter agens in domo quadam nuper calce illita, dum prunae ponerentur, ex calore prunarum et nidore[k] parietum suffocatus[l] inmatura morte[4] XXX°III° etatis[m] anno, imperii vero[n] VIII° mense regno simul et vita perfunctus obiit. *Iord. Rom. 306.* *Frut.*

XII. Anno[o] ab incarnatione Domini CCC°LX°VII° Valentinianus item Pannonius ac mediocri stirpe ortus, sed animi ac corporis magnitudine valens et urbanus, XXXusVIIIus[5] ab Augusto[6] consensu militum in Nicea[p] sumpsit[q] imperium. Is dum sub[r] Iuliano augusto[s] millenarius ac circa palatium constitutus esset, ipso[t] quadam die[6] Fortunae templum ingrediente ministrisque templi introeuntes[u] gentili ritu purificare volentibus, dum imperatorem[6] precederet, guttam forte aspersionis[v] in clamide habuit. Quod egre ferens tanquam eiusmodi[w] non purgatus, sed pollutus expiationibus ministrum templi vere fortis et strennui militis officium[7] gerens pugno percussit. Ob quam causam a Iuliano militia[x] trusus custodiaeque[s] mancipatus post eius[y] mortem iuxta promissum Domini centuplum recipiens pro militia imperium est adeptus[z]. Hic Valentem fratrem suum imperii socium legit[a], Procopium etiam tyrannum cum complicibus suis occidit. His diebus terrae motus maximus pelagus quoque excussit, quod plurimas insulas et urbes involvit. *ib.* *Hist. Trip. VII, 7.* *Oros. VII, 32, 1 sq.* *Hist. Trip. VI, 35. et Frut.* *Ruf. XI, 2.* *Oros. VII, 32, 4 sq.*

XIII. Anno imperii sui IIII°[b] Gratianum filium suum imperatorem fecit. Tunc apud[c] Atrebatas[d] vera lana pluviis mixta *ib. VII, 32, 8. et Frut.*

a) ex *om. A. B. C, suppl. Pithoeus.* b) facta *B* 2. c) anathematizauit *A* 3. d) sed *add. C.* e) ut *add. C* 2, *post sequens* et *add. C* 3. 4. f) venit *om. folio exeunte B* 2. g) famulari *B* 1. h) autem *om. A* 3. i) adiit *A (super deletum* ueu *A* 1). k) nitore *A* 3*. *C* 4; victorie *C* 3. l) suffocatur *A* 2. 3*. m) suae *add. A* 4. n) II° *A* 2; ⁊ sed'o *A* 4. o) Anno — est adeptus *(l.* 30. 31*) habet C* 1. p) Nycena *A* 3*. q) suscepit *C* 2—4. r) sub *om. C* 3. s) aug. *om. C* 2. t) -o *e corr. A* 2; ipse *A* 1. 3. 3*. u) intr. *om. C* 2—4. v) asp. *om. A* 3*; aspersionē *C* 3. w) tamquam pollutus non purg. eiusm. expiat. *C.* x) in milicia *C* 2—4. y) mortem eius *A* 3. z) est *iterum add. A* 3*. a) fecit *C* (socium fecit *in loco raso C* 3). b) tertio *Orosius, cf. Frut.* c) apud *om. A* 2. 3*, *sed continuo scriba ex* atrebatas *mutavit* ap̄ trebatas *A* 2. d) trebatas *A* 4; *cf. n.* c.

1) *Non de imperatore, sed de episcopis id Hist. Trip. l. c. tradit.* 2) amicum sibi maxime factum *Hist. Trip.* 3) *Cf. Hist. Misc. XI,* 45. 4) repentina morte *Hist. Trip. VII,* 6 *(= Hist. Misc. XI,* 46*);* principis mors inmatura *Ruf. Hist. eccl. XI,* 1 *fin.* 5) *Numerus secundum Orosium et sic deinceps.* 6) *Frut p.* 115. 7) *Cf. ex. gr. Sallust. Cat.* 60, 4: strenui militis et boni imperatoris officia simul exequebatur. 8) *Frut. l. c.; Hist. Trip. VI,* 35.

Hist. Trip. VII, 8. descendisse dicitur. Valentinianus Auxentio Mediolanensium[a] episcopo[1] defuncto concilium convocat episcoporum habitoque exhortationis verbo eos pontificem eligere suadet. Cumque clamore oborto alii hunc, alii illum peterent[2], Ambrosius tandem preses[b] et catecuminus[1] ab omnibus exposcitur. Videns ergo princeps omnium vota in eum concurrere baptismi primum[c] gratiam consecutum sacerdotem[1] eum ordinari precepit. Sic Ambrosius, qui non solum factis, sed et dictis et scriptis plurimum ecclesiam Dei postmodum fecundavit, baptismi simul et sacerdotii dona suscepit. Verum imperator in Illirico sinodum congregavit ibique Niceo[d] concilio confirmato ipse
Hist. Trip. VII, 9. cum sociis regni augustis scripsit hoc modo[e]: *Imperatores maximi, pii, victores, augusti Valentinianus*[f], *Valens et Gratianus episcopis dioceseos Asiae, Phrigiae*[g], *Carophrigiae*[h], *Pacatianae in Domino salutem. Tanto concilio in Illirico celebrato et subtiliter habita questione de salutari verbo ostenderunt ter beati pontifices trinitatem consubstantialem patris et filii et spiritus sancti, quam nequaquam declinantes iusta ministeria religionis magni regis*[i] *exercent. Hanc ergo predicari decrevit nostra quoque potentia, ita tamen, ut non dicant aliqui: 'Sequimur religionem imperatoris hanc patriam gubernantis', et non illi*[k] *potius obedientes, qui nobis salutis mandata contradidit.*
Matth. 22, 21. *Evangelium namque Christi nostri sic ait*[l]*: 'Reddite quae sunt cesaris cesari et quae sunt Dei Deo'.*

Ruf. XI, 10. 3. XIIII. His diebus Damaso post Liberium in urbe Roma sedente[3] Athanasius post multos agones XL°VI° pontificatus sui anno beato fine[4] quievit Petrumque temptationum suarum socium sibi substituit. Quem Lutius Arrianus sedem invadens[m] Romam fugavit.

ib. XI, 4. 8. et Hist. Trip. VIII, 1. Per idem tempus florebat Egyptus multis sanctorum milibus ex Antonii discipulis in heremo philosophantibus. Ex quibus duo Macharii, Ysidorus[n], Pambos, Moyses et[o] Beniamin, Skirion[p·5], Helyas et Paulus, Hylarion[6], Pachumius, Iohannes[7] et alii quam plures signis et prodigiis apostolicis[q] ceteris mortalibus eminebant. Quorum virtutes vitamque continentissimam[r] ac humanam fragilitatem transcendentes labores qui scire cupit, legat Ieronimum[8]

a) mediolenisium *B* 1. b) presens *C* 3. 4; preses et catec. *om. A* 3*. c) gratiam primum *A. B* 2. d) Niceno *C.* e) h⁹ m̃ *A* 1. 3*; h m̃ *A* 2; hui⁹ modi *A* 3. f) Valent. *om. versu exeunte B* 2. g) Phirigiae *A* 1—3. 3*; Phrisie *C* 2. h) Carophirigie *A* 3. *B* 2 *(primum* -i- *delet.)*; Carophrię *A* 4. i) reges *Cusp.* k) potius illi *C.* l) habet *C. Hist. Trip.* m) inv. *om. A* 3*; Quem (*l.* 28) — fugavit *in loco raso A* 3. n) Ysodorus *A* 1—3; Ysydorus, *secundum* -y- *e corr. C* 4. o) et *om. C.* p) Skiron *A* 3; Setrion *C.* q) apost. *om. C.* r) constantissimam *C.*

1) *Ruf. Hist. eccl. XI*, 11. 2) *Scilicet* civitatis habitatores, *non episcopi, Hist. Trip.* 3) *Cf. Regino p.* 16; *Frut. a.* 368. 379. 4) *Cf. etiam Hist. Trip. VII*, 36 *sq.* 5) *Hunc Rufinus solus habet.* 6) *De Hilarione Otto ex Hist. Trip. VI*, 12. 28. *vel ex Hieronymi Vita s. Hilarionis cognoscere potuit.* 7) *Pachomium et Iohannem Rufinus non habet.* 8) *De Rufini Hist. eccl. Otto cogitare videtur; cf. supra IV*, 5, *p.* 192, *l.* 16. *IV*, 6 *fin., infra p.* 212, *l.* 5.

et eam quae Tripertita vocatur[a] Vitasque patrum[b]. E quibus Moyses, dum ad episcopatum traheretur Lucioque[c] tanquam Alexandrinorum presuli consecrandus offerretur[d], publice hereticum eum nominans pollutas[e] et cruentas manus, quibus sanctos et orthodoxos pro fide katholica in exilium miserat, sibi imponi abnuit et ab episcopis, qui exulabant, sacerdotium suscepit. *Ruf. XI, 6*

Inter haec Valens imperator, qui primo catholicus fuerat, amore uxoris[1] tanquam[f] Evae suae illectus fraudeque Eudoxii Constantinopolitani episcopi Arriani circumventus, ab eo baptizatus in Arrianam heresim incidit atque ad infelicitatis suae cumulum miserrimo iureiurando[g] ad servandum impietatis dogma se obligavit. At Valentinianus[h] fortissimam gentem Saxonum[i] Francorum terminum invadentem bello pressit. Burgundiones etiam, qui quondam a Druso Tyberio[2] subacta interiori Germania inde progressi Gallias occu-
.203. pa*vere, gravi prelio devicit[3]. Ipse vero[k], dum contra Sarmatas, qui Pannonias occupaverant, bellum parat, anno[l] imperii sui XI[0] apud Brictionem oppidum moritur[4]. *Hist. Trip. VII, 13. Oros. VII, 32, 6. Hist. Trip. Oros. VII, 32, 10 sqq.*

XV. Anno ab incarnatione Domini CCC[0]LXX[0]VIII[0m] Valens XXX[us]VIIII[us n] ab Augusto Orientis imperium rexit, Gratiano et Valentiniano[o], Valentiniani filiis, regnum Occidentis gubernantibus. Hic Arrianorum, ut supra dixi[5], errore deceptus legem dedit, ut monachi ad militiam cogerentur. Unde multi in Egypto milites Christi, dum terreno regi militare recusant, martyrio coronantur. Inter[p] haec nicromantica[q] arte, quis post eum regnaturus foret, perscrutatur. Monstratisque[r] sibi[s] IIII[or] literis Θ. Ε. D. Δ.[t] omnes, quos[u] has literas in capite nominum habere comperit, necari fecit. Ex quo factum est, ut[v] Theodosium comitem, Theodosii, qui post imperio prefuit, patrem, quamvis ab eo contra Firmum[w] missus tam ipsum Firmum[x] quam ab ipso Maurorum gentes in *Frut. et Oros. VII, 33. Frut. et Hist. Trip. VII, 35. Oros. l. c. et Frut.*

a) historiam *add. A* 4. b) Vitaspatru, *omisso* -que *Cusp., quae omisit Pithoeus.* c) Iulioque *B* 1. d) offerreat, *manu multo recentiore superscr.* -tur *B* 2. e) polluta *A* 2. f) ux. sue Eve tamq. *C.* g) uite iurando *A* 3*. h) Valentinianus — devicit *(l.* 17*) habet C* 1. i) Saxonum *manu s. XIII. supra lin. suppl. B* 1. k) devicit. Anno imperii sui XI[0] *C.* l) anno — XI[0] *hoc loco om. C.* m) *ita emendavi; cf. Frut. p.* 130, 60. *et supra l.* 19. *et p.* 199, *l.* 17; CCC[0]LXXX[0]III[0] *A. B. C* 2; CCCLXXXVIII *C* 3. 4. n) XXX[9]VIII[9] *A (corr.* XXX[9]VIIII[9] *A* 1*). B* 2 *(manu recentiore corr.* XXX[9]VIIII[9]*).* o) Valent. *om. A* 3*. p) Inter — prebuit *(p.* 202, *l.* 3*) habet C* 1. q) *ita B* 1; Nigeromantica *A* 1. 3*; nigromantica *A* 2. 3. 4. *B* 2. *C.* r) Monstransque *A* 3*. s) sibi *om. C* 2. t) *ita A. B. C (exceptis C* 2, *ubi* ΘΘϑΛ, *et C* 3, *ubi* suos, -o- *e corr.*, -s *alio atram. superscr.). Gotifr.;* t. e. d. a. *Cusp.;* ϑ. ε. ο δ. *recte Pithoeus.* u) quas *B* 2. v) in *A* 3*. w) *ita B* 1; Firmium *A. B* 2; firmu *mut.* firmiū *C* 1; syrmium *C* 2—4. x) *ita B* 1; Firmium *A. B* 2; firm,ū(!) *C* 1; syrmium *C* 2. 4; missus tam ipsum Firmum *om. C* 3.

1) *Cf. etiam Frut. p.* 119, 15. 2) a Druso et Tiberio, adoptivis filiis Caesaris *Oros.* 3) *Valentinianum Burgundionum,* novorum hostium, *ut Oros. habet, victorem extitisse neque apud Orosium neque apud Iordanem neque alibi inveni.* 4) *Cf. etiam Frut. a.* 377. 5) *IV,* 14.

Oros. VII, 33. et Frut. sedicione concitatas delesset, occidi preceperit[a]. Qui prius apud Kartaginem gratiam baptismi[b] consecutus percussori sponte iugulum prebuit. Interea Gratianus Christi fretus auxilio apud Argentarium[c.1] Galliae oppidum cum parvo Romani[d] militis detrimento plus quam XXX Alamannorum[e] milia[f] fudit.

Hist. Trip. VIII, 13. XVI.[g] Circa idem tempus controversia in regno Gothorum inter Fridegernum et Athalaricum orta Fridegernum debilioris causae gratia Romanorum auxilium postulare compulit. Qui dum ad Valentem venisset, accepto ab eo milite Athalaricum in fugam vertit. Volens autem beneficia recompensare[h] principi eius pernitiosum dogma amplexatus[i] est. Et hinc Gothi Arriani effecti[2] sunt. Gulfilas Gothorum episcopus literas tunc[k] Gothicas invenit, in quas cum divinas scripturas vertisset ac in regno Athalarici predicare cepisset, Athalaricus, eo quod paganus esset, multos ex eis suppliciis affecit, quos Arriani pro martyribus venerantur.

Iord. Get. c. 24. Non[1] multo post Gothis iam[m] inter se pacatis Hunorum gens[n] horribilis, tanquam ex incubis et meretricibus, ut Iordanis refert[3], originem trahens, ducatu cervae de Meotidis paludibus egressa fortissimam gentem Gothorum cum rege suo Hermanarico in tantum terruit, ut prefatus rex, qui multas ante[o] nationes domuerat, tam huius gentis horrore quam inflicto sibi a quodam milite suo fraudolenter vulnere C et X annorum mortuus sit[p]. Ostrogothorum hunc regem fuisse scribit Iordanis[4]. Duo enim regna Gothos[q] habuisse, quorum aliud Wisegothorum[r], aliud Ostrogothorum[s], prefatus scriptor, qui et ipse Gothus erat[5], commemorat[6].

ib. c. 25 sq. Post mortem Hermanarici fracti animo Gothi[7] rursus ad Valentem mittunt, locum habitationis petunt. Quibus Valens in Trachiis habitare concessit. Porro dum[t] ex odio et invidia vicinorum incredibili fame laborarent, vocati a quodam duce dolo ad convivium, insidias primo precaventes

a) -i- *e corr.* *B* 2; preceperat *A;* precepit *C* 2—4. b) baptizati *C* 1; baptismi gratiam *A* 4. c) argententarium *A* 2; Argentariā *Cusp., Oros., Frut.;* i. Argentinam *manu s. XIII. supra lin. add.* *B* 1; -inum *manu recenti superscr.* *B* 2; Que nunc Argentina dicitur *eadem manu in marg. add.* *C* 4. d) Romani *om.* *A* 3. e) Alem. *A.* *B* 2. f) militia *A* 3; milia Alem. *A* 2. g) XVII. *A* 4. h) recompensari *A* 1—3. 3*. i) amplexibus *C* 2; amplexus *C* 3. 4. k) tunc *om.* *A* 2. l) Non — commemorat *(l. 28) habet* *C* 1. m) iam *om.* *C* 2—4. n) *super* Hunorum gens *manu s. XIV. superscr.* Ungerñ volkh *A* 1. o) nat. ante *A* 2. p) est *C.* q) hab. Gothos *A* 2. r) Wisog. *B* 1. *C* 2—4. s) Ostrodoxorum *C* 1. t) dum *om.* *C* 3.

1) *Hanc nominis formam Iord. Rom.* 312. *praebet, v. etiam n.* c. 2) *Cf. etiam Iord. Get.* 25, 131 = *Frut. p.* 124, 45. 3) *Ex quo haec omnia fere etiam Frut. in Chronicam suam recepit.* 4) *Cf. Iord. Get.* 24, 130. 48, 246. 5) *Iord. Get.* 60, 316; *Frut. p.* 130, 30. 6) *Cf. ex. gr. Iord. Get.* 5, 42. 14, 82. 24, 130. 48, 246. *Sed Otto auctorem suum non omnino bene intellexit.* 7) *Ita Oros. VII,* 33, 10; Vesegothae *Iord. et Frut.*

ipsos, qui eos invitaverant, sternunt, post tota terra igne ac ferro[a] depopulata ubique diffunduntur. Contra quos *Oros. VII, 33.* Valens ab Antiochia procinctum movens, sera penitentia ductus[b·1], catholicos ab exilio revocari iubet episcopos. Ipse tamen a perfidia sua propter iusiurandum non recessit. Pugna in Trachia conseritur. Ubi[2] dum Romanus fugatur exercitus, imperator sagitta sauciatus in cuiusdam villulae casa fugiens latitare voluit. Quem insequentes Gothi anno imperii sui[c] XV[0 3], post mortem vero[d] fratris sui IIII[0 4], cum casa pariter incendunt. Iusto Dei[e] iudicio[5] id factum creditur, ut, qui eos veram fidem petentes igne perfidiae[f] accenderat[g], ipse ab eis igne materiali accensus[6] communi quoque careret sepultura[7].

XVII.[h] Anno ab incarnatione Domini CCC[0]LXXX[0]III[0 i] Gratianus XL[us] ab Augusto imperium, quod cum Valente ante[k] habuerat, cum Valentiniano fratre obtinuit. Qui rei publicae[l] subvenire volens Theodosium, natione Hyspanum, fortem ac religiosum militem, apud Sirmium[m] purpura[n] indutum imperatorem Orientis fecit. *Frut. Oros. VII, 34.*

Huius diebus[8] synodus secunda CL episcoporum sub Damaso papa adversus Macedonium[8] et Sabellium[9], quorum prior spiritum sanctum per filium factum dicebat[10], alter vero sine personarum discretione[o] eundem patrem, quem et filium esse asserebat[11], in urbe regia congregatur[8], dampnatisque[p] et anathematizatis simul cum Arriana[q] his heresibus fides confirmatur catholica[11]. *Frut.* *Hist. Trip. IX, 16.*

a) igne ferroque *A* 4. b) motus *C*. c) sui *om. A* 2; anno *iterum add. A* 3. d) vero *om. B* 2. e) iud. Dei *A* 1. 2. 3*. 4. *B* 2. f) perf. — igne (*l.* 12) *om. C* 3. g) accenderant *radendo corr.* -rat *A* 2; accendant *A* 3. 3*, *corr. alio atram.* accend'at *A* 3. h) *numerus om. A* 1; XVIII. *et sic deinceps A* 4. i) 382. *Frut.* k) antea *C* 2. *Oros.;* aū ea *C* 3; aūtea *C* 4. l) publici *B* 2. m) Sirimum *A* 1—3. 3*; Srimium *corr.* Sirmium *B* 2; Syrmum *C* 2. n) purpurā *B* 2. o) discret. *om. C* 3. p) -que *om. C* 3. 4. q) hęresi *add., omisso* his *Cusp.*

1) sera . . paenitentia *Ruf. Hist. eccl. XI,* 13; sera paenitentia stimulatus *Oros. (= Frut. p.* 119, 40*).* 2) *Ea quae sequuntur in nonnullis vel cum Hist. Trip. VIII,* 15. *vel cum Iord. Rom.* 314, *Get.* 26, 138. *vel cum Frut. p.* 119. 124 *sq. magis conveniunt.* 3) *Oros. VII,* 33, 13; *Frut. p.* 119, 45. 131, 2. 4) *Frut.* 5) iusto iudicio Dei *Oros. VII,* 33, 19; *item Frut. p.* 119, 45. 124, 65; *cf. Iord. Get.* 26, 138. 6) *Haec proxime ad Iord. Get.* 26, 138. *et Frut. l. c. accedunt, sed et Oros. VII,* 33, 19, *etsi non eadem verba, sententiam tamen eandem habet.* 7) *Verba Orosii VII,* 33, 15: etiam communi caruit sepultura; *cf. supra III,* 17, *p.* 157, *l.* 5. 8) *Vide Frut. a.* 384. *et p.* 155. 9) *Cf. Hist. Trip. IX,* 12. 14. 10) Macedonium spiritum sanctum Deum esse negantem *Isid. Orig. VI,* 16, 7 *(= Decr. Grat. c.* 1, *d.* 15, *ed. Friedberg col.* 34, *et Sigeb. a.* 386*).* 11) *Hist. Trip. IX,* 16.

Oros. VII, 34. Theodosius vero[a] tam virtute quam prudentia[1] Gothorum gentes devicit federeque cum Athalarico[2] rege eorum[b] inito *ipsum ad se[3] Constantinopolim vocavit. Quo cum venisset[c] Athalaricus, diem ultimum clausit. Gothorum vero gentes virtutem et mansuetudinem principis videntes Romanorum se subdidere[4] imperio. Theodosius Archadium filium suum socium imperii legit. Interd haec Maximus arrepto per tyrannidem in Brittannia[e] imperio Gratianum VI[0][5] post mortem Valentis imperii sui anno in Galliis interfecit fratremque suum Valentinianum Italia expulit. Qui ad Theodosium fugiens paterne ab eo excipitur[6]. *p. 20

Frut. et Oros. VII, 35. XVIII.[f] Anno ab incarnatione Domini CCC°LXXX°VIII° Gratiano interfecto Theodosius XLusIus ab Augusto Romanum imperium solus obtinuit.

His diebus civitas Christi sopitis tam forensibus quam civilibus malis plenum gaudium pacemque[g] perfectam habere cepit[7]. Floruerunt[h] ·[8] autem tunc illustres viri, moribus, vita ac scientia graves, Martinus Turonorum[i] episcopus, Ambrosius Mediolanensis[k] antistes, Severinus Coloniensis[l] presul[m], Ieronimus presbyter[8]. Augustinus quoque caticuminus ab Ambrosio tunc baptizatus invenitur[9].

Oros. et Frut. Itaque christianissimus princeps[n] ·[10] ulturus[o] occisum, restituturus vero[p] exulantem[q] adversus Maximum in Deo magis quam in homine confidens procinctum movet. Quem *Oros.* in Aquileiensium finibus aggressus interemit. Quo viso Andagratius[r] comes, qui eius fautor erat, semet mergendo[s] *Frut. et Oros.* necavit. Peracta victoria Theodosius cum Honorio filio suo parvulo Romam venit ibique ordinata bene re publica et Valentiniano Occidentis imperio relicto Constantinopolim rediit. Porro Valentinianus, dum ad Gallias revertitur, fraude Arbogasti ac Eugenii laqueo, ut a quibusdam dicitur[11],

a) vero *om. C* 4. b) eorum *om. C.* c) uenisse *B* 2. d) Inter haec *om. B* 1; Inter haec — excipitur *(l. 11) in loco raso angustius scripta A* 3. e) imp. in Brit. *A* 2. f) XVII. *A* 1; *numerus om. A* 3; *cf. p.* 203, *n.* h. g) perfectamque (-que *om. C* 2) pacem *C.* h) Floruerunt — invenitur *(l. 21) habet C* 1. i) turonum *A* 3. *C* 2. 3; Turon̄ *C* 4. k) Medioł *C* 1. 2; Mediolanensium *C* 3. 4. l) coloniein̄ *C* 2; Coloniensium *C* 3. 4. m) episcopus *A* 3. n) imperator augustum *C.* o) occ. ult. *B* 1. p) vero *om. A* 4. *C* 4. q) exultantem *B* 1. r) *ita A* 1—3. 3*. *B* 1; Andogratius, -do- *supra lin. A* 4; Andagnatius *B* 2; Andragatius *C. Orosii codd.* (Andragathius). s) necando *C.*

1) *Cf. Iord. Get.* 27, 139. 141 *(= Frut. p.* 125*).* 2) *Ita Frut.;* Athanar. *Oros. et Iord. semper.* 3) *Cf. Iord. Get.* 28, 142. 4) *Cf. Iord. Get.* 28, 145 *(= Frut. p.* 125, 15*).* 5) *Cf. etiam Frut. p.* 131, 60. 6) *Cf. etiam Aug. De civ. Dei V,* 26 *in.* 7) *Idolorum cultum sub Constantino neglegi et destrui coeptum Theodosio imperante collapsum esse Ruf. Hist. eccl. XI,* 19. *habet, ubi etiam de Theodosii contra haereticos zelo agitur.* 8) *Cf. Frut. p.* 131, 5; *Regino p.* 16 *sq., qui Severinum apud Frutolfum non obvium sub Archadio ponit.* 9) *Frut. a.* 391. 10) *Cf. Hist. Trip. IX,* 23: imperator, cum esset perfectissimae Christianitatis. 11) *Oros. VII,* 35, 10; *Frut. p.* 131, 45; *utramque opinionem Ruf. Hist. eccl. XI,* 31. *habet, cf. Aug. De civ. Dei V,* 26.

suspenditur, Eugeniusque ab Arbogasto imperator creatur. Quidam tamen dicunt eum propriis manibus ex dolore hoc genus sibi[a] mortis intulisse. *Ruf. XI, 31.*

Hic* est Valentinianus, qui ab Ambrosio catecuminus factus, antequam baptismi gratiam perciperet, morte huiusmodi preventus est. Qua de re predictus episcopus epistolam lugubrem dictavit, quae sic incipit[1]: *Ventrem meum doleo, v[entrem] m[eum][b] d[oleo][c]*. In qua ab eodem dictum invenitur: *Quia, quem in Christo regeneraturus*[d] *eram, amisi, ipse vero gratiam, quam poposcit, non amisit.* Ex[e] qua auctoritate quidam nostri[f] temporis theologi[2] divinant[g].** post promulgatam Evangelii sententiam, qua dicitur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto*[h], *non potest intrare in regnum Dei*, aliquem[i] sine sacramento baptismi vel effusione[k] sanguinis ob testimonium passionis Christi vel attestatione dominica salvari posse, sic ratiocinantes, quod[l] *non*[m] *alligavit Deus sacramentis*[n] *potentiam suam*[3], non bene considerantes, quid secundum quid loquantur auctores, quid opinando, quid asserendo, quid ex[o] magnitudine doloris semet consolando. Quod tametsi verum sit, Dei

Hugo de S. Vict., Summa Sent. V, 5.

Ier. 4, 19.

Ioh. 3, 5.

*) Hic est — actenus *(p. 206, l. 17) om. C, habet Cusp.*

**) *Manu s. XIV. vel posteriore in marg. add. A 1a:* Male dicit divinantes, quia hoc Augustinus probat in libro de civitate Dei VIII[0 4], Extra *De presbytero non baptizato* c. II[0 5], et De consecratione di. IIII: *Baptismi vicem*[6]. *De A 4 vide Appendicem p. 466.*

a) mortis sibi *A 4. C 3. 4.* b) meū *supra erasum* mo *B 2.* c) doł *B 1*; doleo *corr. ex* colis *B 2.* d) *ita Pithoeus;* regener. *in loco raso A 3*; regn'aturus *A 1*; regnaturus *A 2. B* (-g- *erasum B 2*), *manu coaeva corr.* regeneraturus *A 2*; regnaturus *A 4*; renaturus *Cusp. cum A 1a, ubi* regnaturus *eraso* -g-; regneraturus *Urstis.* e) Et *B 1.* f) nostris *B 1.* g) *ita B 1*; diuantur *A 2*; diuinantur *A 1. 3. 3*. 4. B 2.* h) sancto *om. A 2. 4.* i) aliquos *A (mut. ex* aliquando *A 1).* k) effusionē *B 2.* l) q̄, *manu recentiore superscr.* qa *B 2.* m) non *om. B 1*; nc̄ *corr.* n̄ *A 1.* n) sacram. *om. A 3*.* o) de *A 3*.*

1) *Minime. Sed Otto ipse Ambrosii De obitu Valentiniani consolatione (c. 29 sq.) non usus sua ex Hugonis de S. Victore Summa Sententiarum, tract. V, 5, Migne, Patrol. Lat. CLXXVI, col.* 132. *deprompsit.* 2) *Hugo de S. Victore, Summa Sentent., tract. V, 5 sqq., cf. De sacramentis Christianae fidei II, 6, 7; Bernhardus Clarevall., Ad Hugonem de S. Victore tract. de baptismo etc., maxime c. 2, 6 sqq., Migne, Patrol. Lat. CLXXXII, col.* 1031 *sqq. Otto hic cum Abaelardo (Expos. in ep. ad Rom. l. II, Migne l. c. CLXXVIII, col.* 837*) facit, cf. S. M. Deutsch, 'Peter Abälard' (*1883*) p.* 466 *sqq.* 3) *Hugo de S. Victore, Summa Sentent. V, 7 fin.* 4) *Ita Decr. Greg. IX. l. c.; intellegendum est Aug. De civ. Dei XIII, 7.* 5) *c. 2. X. de presbytero non baptizato 3, 43; Corpus iuris canonici ed. Friedberg II, col.* 648 (Innocentius III. [II.] episcopo Cremonensi). 6) *Decr. Grat. c.* 34, *D.* 4. *de consecr.; Corpus iuris canonici ed. Friedberg I, col.* 1372.

potentiam regulis ecclesiasticis vel sacramentis non cohiberi, mihi tamen, qui Christiana regula stringor[a], necessarium erit credere preter haec[b] neminem salvari posse. Quare, quamvis Deo tanquam omnipotenti[c] Iudeum vel gentilem vel non baptizatum[d] sine[e] effusione sanguinis, ut dictum est, vel attestatione propria possibile sit salvare, mihi tamen hoc credere erit inpossibile. Et ita divina potentia in talibus non[f] sibi, sed[g] mihi alligatur. Et mirandum, si hoc pietate ducti dicunt, quare non eadem pietate hoc de parvulis sentiant[h]. Quod si obiciunt, quod isti tanquam adulti credere possunt, quod non illi[i], audiant[i], quod illi solo originali delicto obligati tenentur, quod non isti. Restat ergo, ut nos cum illis ac[k] illi nobiscum divinam admiremur in talibus, non discutiamus potentiam, exclamantes cum apostolo: *O altitudo*, et cum propheta: *Iudicia tua abyssus multa*. Sed haec[l] actenus.

Rom. 11, 33. *Ps.* 35, 7.

Frut. et Ruf. XI, 32. Morte Valentiniani comperta[m] Theodosius, dum contra tyrannos exercitum parat, ad Iohannem Egypti monachum Eutropium eunuchum misit eventumque rei a viro Dei requisivit. Cui ille prophetico[n], ut erat plenus[o], spiritu[2] plenam de tyrannis promisit victoriam. Igitur religiosissimus[p] imperator, fide potius[q] quam milite armatus, exercitum contra tyrannos movet, premissisque[r] Gothis, quorum X milia ab Arbogaste[s] fusa dicuntur, et[t] ipse cum aliis iter peragit[u]. Dum[v] ergo in Alpibus convenissent, tyrannique meliorem pugnandi[w] facultatem[x] in eminentiori loco haberent[y], augustus totam noctem lacrimis et orationibus pervigilem[z] ducens Deo[a] se committebat[b]. Mane facto pugna conseritur, victisque tyrannis Euge*nius captus interficitur, Arbogastes vero propria manu sibi iniecta vivendi[c] finem fecit. Quam[d] victoriam meritis piissimi imperatoris ac orationibus[3] ecclesiae a Domino inpetratam imber[e] caelitus missus ventoque in ora hostium impulsus probavit. Quod

Oros. VII, 35. *et Ruf. XI*, 33. *et Frut.*

*p. 20.

a) tringor *B* 1; vel religione ligor *add. B* 1. 2 *(ante* regula stringor, *expuncta B* 2*)*. b) hoc *A*. c) i *add. B* 1. d) baptizantium *B* 2. e) *ita A. B.* f) nisi *A* 3. g) allig. sed mihi *A* 2. h) *signum interrogationis adiciunt A* 1—3. 3*. *B* 1. i) audiant quod illi *om. A* 3*. k) et *A* 2. l) haec *om. A* 3. m) Quo comperto *C, cf. p.* 205, *n.* *. n) ut erat prophetico *C* 3. 4. o) plenus *om. A* 2; spir. plenus *C* 3. 4. p) religiosim9 *B* 1. q) potitus *B* 1. r) -que *om. B* 1. s) Arbogasto *C*. t) et *om. C*. u) peregit *C*. v) Cum *A* 2. w) -d- *e corr. B* 2; pugnãdi *A* 1. 2, *corr.* pugnadi *A* 1, *mut.* pugna de *A* 2. x) facultate *A* 2. y) habebat *A* 3*. z) vigilem *C*. a) se Deo *C*. b) commendabat *A* 2. *C*. c) finem viv. *C*. d) Quorum *B* 1. e) imbre *B* 1.

1) *Hugo de S. Victore, Summa Sentent. V*, 6; *Bernh. Clarevall. l. c.* 2, 9. 2) *Ruf. Hist. eccl. XI*, 19 *fin., cf. infra IV*, 30, *p.* 222, *l.* 22 *sq.* 3) *Cf. etiam Hist. Trip. IX*, 45.

quidam etiam ex paganis poeta ex virtute Dei factum considerans in laudem principis hoc modo[a] prosecutus est[b]: *Oros. VII, 35. et Frut.*

O nimium[c] *dilecte Deo, cui*[d] *militat ether*
Et coniurati veniunt ad classica venti[1].

Theodosius itaque omnibus bene compositis ac ordinatis XI⁰[e] post mortem Valentis[2] imperii sui anno apud Mediolanum beato fine quievit. Hucusque Ieronimus[3] ecclesiasticam perduxit hystoriam. *Frut. ib.* Hic est Theodosius, qui, dum ex humana fragilitate Thessalonicenses effrenate et sine sententia punisset[f], ab Ambrosio ecclesiae liminibus inhibitus[g] est. Quod ipse humiliter[4] ferens tam diu a communione[h] se abstinuit, donec lacrimis ac bonis operibus penitentia peracta a prefato pontifice reconciliaretur. Ob* tam preclarum facinus[i] sacerdos iste in predicta civitate[5] maximae inter omnes Latinorum[k] confessores usque hodie[l] habetur venerationis.

XVIIII.[m] Anno ab incarnatione Domini CCC⁰LXXXX⁰VIIII⁰[n] Honorius Occidentis, Archadius Orientis XL⁰II⁰ ab Augusto loco post mortem patris imperium sortiuntur, Damaso adhuc Romae, Theophilo Alexandriae, Hierosolimis Iohanne, Flaviano Antiochiae, Nectario[o] in urbe regia[p] sedentibus. His[q] diebus Dirimachius[r] quidam monachus ab oriente Romam veniens, cum gladiatorum ludum vel potius insaniam religionis intuitu sedare vellet, a circumstantibus lapidibus obrutus ac[s] necatus est. Quo comperto[t] Honorius eum[u] quidem inter martyres numerandum[v] censuit, nefandum vero spectaculum huiusmodi[w] de causa amputavit. Non multo post Nectario *Frut. et Oros. VII, 36, 1. Hist. Trip. X, 1. ib. X, 2. ib. X, 3.*

*) Ob — venerationis *(l. 15) om. C, habet Cusp.*

a) huism̃ *A* 1; h̃ui⁹m̃i *A* 2; hui⁹m̃ *A* 3. 4; hui⁹m̃i *A* 3*. b) versus Claudiani poete *manu s. XIII. in marg. add. B* 1 *ex Hist. Misc. XIII,* 15; versus Claudiani *in marg. eadem manu add. C* 4, *recentior manus adscripsit A* 1*a.* c) Omnium *A* 3*. *C* 2. 4. d) *sic Claud., Aug., Frut.;* tibi *Oros.;* fudit (fundit *Claud.*) ab astris (antris *Claud.*) solis (Aeolus *Cusp.*) armatas hiemes tibi (cui *Claud.*) *add. C* 2. *Cusp. cum Claudiano.* e) IX⁰ *C.* f) puniret *C.* g) est prohibitus, -bi- *alia manu supra lin. A* 2; arcetur *C.* h) se a comm. *C.* i) factum *Cusp., quod etiam manu saec. XIV. vel post pro* faciuus *deleto in marg. adscr. A* 1*a.* k) Lat. *om. A* 4; inter omnes Lat. conf. usque hodie maximae habetur venerationi *Cusp.* l) hodie *om. A* 3. m) XVIII. *A* 1. 3 *(et sic deinceps);* XX. *C* 2. n) *ita* (CCCXCIX. *C* 3. 4. *Cusp.*) *C. Frut.;* CCC⁰LXXX⁰VIIII⁰ *A. B (corr.* CCC⁰LXXXXVIIII⁰ *A* 3*). o) Nectarię *A* 1; Nectarie *A* 2. 3. 3*. 4, *corr.* -rio *A* 3*. 4; Nechtario *C* 3. 4. p) Nect. Constantinopoli *C* 2; Nect. Constantinopolim *C* 3. 4. q) His — imposuit *(p.* 210, *l.* 13*) habet C* 1. r) Dirimachus *A. B* 2; Telemachus *vel* Tilemachius *Hist. Trip.* s) ac *om. A* 4, *erasum B* 2; et *C.* t) coperto *A* 3. u) cum *A* 3*; quidem (quid *C* 2) eum *C* 2—4. v) nuntiandum *C* 1; numeran- *in loco raso A* 4; ceus. numer. *A* 2. w) -modi *om. C* 3.

1) *Hi Claudiani versus (De tertio cons. Hon. v.* 96. 98*) ab Orosio VII,* 35, 21, *Aug. De civ. Dei V,* 26, *Frut. p.* 132, 20. *afferuntur.* 2) *Post mortem Gratiani secundum Frut., quod etiam Ottonem scribere voluisse ex IV,* 19 *in. (cf. IV,* 18 *in.; IV,* 20. 21*) patet.* 3) Eusebius Rufinus *Frut. a.* 398. 4) Religiosam humilitatem *Theodosii in hoc facto Aug. De civ. Dei V,* 26. *praedicat; cf. supra III,* 33 *fin.* 5) *Scilicet Thessalonicensium. Quod Ottonem in itinere crucis a.* 1148. *ipsum expertum haec verba postea addidisse puto.*

Hist. Trip. *X*, 3. mortuo Theophilus Alexandrinorum pontifex cum aliis episcopis ab imperatore ad[a] ordinandum regiae urbis episcopum evocatur. Qui dum Ysidorum presbyterum suum prefatae[b] sedi preponere cogitasset[c], Iohannes Antiochenus ab omnibus petitur ac contra voluntatem Theophili
ib. *X*, 4. electus ab ipso tandem ordinatur. Unde Theophilus ad depositionem eius[d] semper laborabat.

ib. *X*, 3. Iste Iohannes, qui et Chrisostomus[1] tanquam aurei oris propter eloquentiam vocatus, primo a Miletio Antiocensium presule in eadem ęcclesia diaconus ordinatus, post eius mortem ad heremum se transferens ibique per triennium Deo vacans, ab Euagrio presbiter ordinatus fuerat.
Luc. 24, 19. Fuit autem *potens in opere et sermone,* ad corrigendos mores utilis, nimia[e] vero[f] severitate et zelo Dei improvidus nimiaque libertate oris in tantum, ut a nescientibus arrogans putaretur[g] et[h] profusus[i]. Unde, postquam ad episcopatum venit, clericis suis, quorum mores[k] corrigere nitebatur, in tantum odiosus est factus, ut conspiratione inita plurimis contra eum derogationibus usi furiosum[l] eum dicerent et procacem ac tanquam sine testimonio degentem. Cui rei facere[m] fidem videbatur, quod nullum secum comedere[n] patiebatur. Quod tamen ob nimiam abstinentiam, qua[o] sepe caput[p] dolebat, fecisse traditur. Porro a populo propter sermones, quos faciebat, plurimum amabatur. Qui quales fuerint, ex libris eius, qui usque hodie[q] in ęcclesia manent, conici potest. Accessit ad invidiae suae cumulum, quod non solum clericis asper fuit, sed etiam ipsos primores
Hist. Trip. *X*, 4. aequitatis zelo redarguere non dubitavit. Unde factum est, ut Eutropium quendam eunuchum et consulem principique familiarem, cuius consilio lex data, ut ad ęcclesiam confugientes inde traherentur, fuerat, cum et ipse non multo post iram principis fugiens sub altari iaceret, publice in ambone redargueret ac contra eum increpatoriam[r] ederet
ib. *X*, 10. omeliam. Igitur occasione[s] nacta Theophilus Iohannem tanquam a suis destitutum omnimodis[t] deponere moliebatur. Unde non[u] solum proprias[v] adversus eum oves armavit, sed etiam episcopos, vicinos quidem colloquiis, remotos autem scriptis contra eum incitavit[2]. Ex quo contigit, ut Epiphanium Salamine[w.3] Cipri episcopum, virum quidem sanctissimum, sed tanquam in heremo educatum[4] simpliciorem, conveniret et[x] occasione libro-

a) ad *om.* *C* 2. b) prefatu, *in fine vestigia radendi* *A* 3; prefati *C* 2. c) vellet *C* 2—4. d) ipsius *C* 3. 4. e) nimium *C* 2—4. f) vero *om.* *C* 2—4. g) putatetur *B* 1; putar. arr. *A* 2. h) et *om.* *C.* i) profugus *B* 1. k) suos *add.* *C* 2. l) furiosi *A* 3*. m) fidem fac. *A* 4. *C.* n) pat. comed. *B* 1. o) q *A* 2; q̃, *manu recentiore superscr.* qm *B* 2. p) et stomachum *add.* *C (cf. Hist. Trip. X, 3).* q) hodie *om.* *A* 2. r) omel. increpat. ederet *C* 1; omel. ederet increpat. *C* 2—4. s) Theoph. occ. (increpacione *C* 2) nacta *C.* t) omnm̃ *A* 4. *B* 2 *(seq.* -is *delet.);* omnim. destit. *A* 3*. u) non *om.* *B* 1. v) adv. eum oves proprias *C* 2—4. w) Salaminu *A* 3*. x) ac *C* 2—4.

1) cognomento Chrysostomus *ex. gr. Isidor. De viris ill. c.* 19, *Cassiod. De instit. divin. litt., Praef. et c.* 8. 2) *Cf. Hist. Trip. X,* 4. 3) *Ex Hieron. De viris ill. c.* 114. 4) *Cf. Hist. Trip. VIII,* 1.

rum Origenis eum ad depositionem Iohannis sibi ascisceret. Itaque prefatus sacerdos dampnationem Origenis portans ad *Hist. Trip. X, 11.*
206. urbem regiam venit Iohannemque causa *Theophili declinans in propriam descendit mansionem[a]. Cumque ad eum[b] Io- *ib. X, 12.*
5 hannes mitteret rogaretque, ut ad se[c] veniens secum inter alios episcopos maneret, Epiphanius respondit se[d] nec cum eo manere nec[e] secum orare velle, nisi in libros Origenis dampnationem subscriberet. Quod differente Iohanne inimici eius Epiphanio suadent, ut in apostolorum ecclesiam altera die[1] collec-
10 tione facta veniat, Origenis libros dampnet, Iohannem tanquam Origenis defensorem coram populo infamet. Quo comperto Iohannes Epiphanio[f] haec verba mandavit: 'Contra regulas multa gessisti, o Epiphani; primum quidem, quia ordinationem fecisti in ecclesia sub meo iure constituta; deinde quia me non iubente in
15 eis auctoritate propria sacra celebrasti; rursus quia invitatus excusasti et nunc denuo in te ipse[g] confidis. Quapropter observa, ne turbatio nascatur in populo, et huius rei periculum ipse suscipias. Quo audito Epiphanius recessit, Iohannique, ut quidam aiunt, remandavit: 'Spero, quod non moriaris episcopus'. Ad quod ille
20 respondisse fertur: 'Spero te ad tuam patriam non redire'. Utrumque impletum est. Nam et[h] Epiphanius in via mortuus fuit, et Iohannes post paululum depositus. Post haec[i] *ib. X, 13.*
Iohannes ad correptionem[k] Eudoxiae augustae, eo quod Epiphanium contra eum armasset, more suo sermonem ad populum
25 cunctarum mulierum vituperatione plenum edidit. Quod illa graviter ferens marito suo conquesta fuit. Igitur Theophilus quasi iam Iohannem non solum suis, sed et principibus odibilem factum deponere cogitans episcopos in suburbio Calcedonensi convocat, accusatores producit eum-
30 que tanquam responsurum ad ea, quae sibi obiciebantur, ad audientiam vocat. Verum Iohannes universalem synodum ad hoc fieri proclamabat. At ille dum iterum[l] atque iterum[l] cum ceteris episcopis eum evocaret[m], ipse vero[n] in sua sententia perduraret, velut
35 inobedientem episcopatu eum deponendum decernunt. Populus[o] vero seditionem movens reclamabat. Porro principe episcoporum sententiam confirmante Iohannes depositus in exilium[2] deportatur. Quod multi etiam ex his, qui eum odio habuerant, videntes, misericordia moti,
40 Iohannem calumpniam pati dicebant, presertim cum cunctis iam[p] claresceret eum ex[q] invidia Theophili dampnatum esse.

a) mans. desc. *B* 1; in propria habitavit mansione (mans. habit. *C* 1) *C;* in propria vero mansione habitare magis elegit *Hist. Trip.* b) Cumque adm *C* 1. c) adm
45 *mut.* ad eum *C* 1. d) *exhinc incipiente quaternione decimo rursusque redeunte prima manu, sicut supra a primo usque ad finem quarti quaternionis (p.* 84, *n.* b*), cum A* 3* *nihil nisi codicis A* 3 *apographum sit, variam eius lectionem abhinc annotare supersedemus.* e) nec secum *om. C* 3. f) -o *supra lin. A* 2; -o *postea suppl. A* 3; epiphani9 *A* 1.
g) ipse *eadem manu in marg. suppl. A* 2; ipse in te *A* 4; ipso *C* 1. h) et *om. A* 2.
50 i) haec *om. A* 3. k) correctionem *A. B.* l) iturum *B* 1; atque iterum *om. C* 3.
m) vocaret *A* 2. 4. *C* 1. 3. 4; revocaret *C* 2. n) vero *om. A* 2. o) Ppłos *A* 1.
p) iam *om. A* 2. q) ex *om. C* 2—4.

1) *Haec Otto turbavit.* 2) *Cf. etiam Hist. Trip. X,* 14.

Innocentius tunc Syricio[a] et Anastasio[b] sacerdotio perfunctis[1] in urbe Roma sedebat. Iohannes propter
Hist. Trip. X, 14. terrae motum, qui in eius depositione inusitatius[c] civitati accidit, postmodum a principe et populo revo-
ib. X, 15. catus rursum augustam latenter mordebat. Dumque illa[d] rursum insidias pararet, famosissimam illam edidit omeliam, quae sic incipit: *Rursus*[e] *Herodias vesanit rursusque turbatur, denuo saltat, denuo caput Iohannis in mensorio*[f] *concupiscit*[g] *accipere.* Qua de re magis exardescens[h] Eudoxia denuo
ib. X, 17 sq. eum deponi et in exilium trudi fecit. Quod Innocentius audiens improbavit ac clero, ne alium eligerent, scripto intimavit. Verum inter haec Iohannes[i] moriens finem
ib. X, 25. XI, 7. controversiae imposuit. Sed et Theophilus non multo post vita decedens[k] Cyrillo sedem reliquit. Theophilus iste, quamvis in causa Iohannis reprehensibilis fuerit, tamen contra Arrianos[2] et Antropomorphitanos, quorum heresis nuper exorta Deum liniamentis corporeis[l] circumscriptum
ib. X, 7. dicebat[m. 3], fortis athleta extitit. Haec heresis in tantum simpliciores monachos et heremitas Egypti[n] infecerat, ut Alexandriam venientes pro assertione[o] verae fidei seditionem contra Theophilum excitarent, et nisi[p] maturato prefatus pontifex [ex[q]] consilio[r] dixisset: 'Video vos sicut vultum Dei'[4], concitatae plebis furorem non evasisset.
Frut. Circa idem tempus, Honorio et Archadio regnantibus, beatissimus presul Martinus et Ambrosius, civitati[s] Dei utilissimi[t] sacerdotes, migraverunt ad Dominum. Sed iam ad hystoriae seriem revertamur.

ib. XX.[u] Igitur Gothi[v] post mortem Theodosii, dum a filiis solita munera non acciperent, consilio Rufini patricii[5] regem sibi creantes a curia recedunt. Rufinus vero postmodum detectus[w] ante portas urbis Constantinopolitanae decollatur, caputque eius cum manu dextera ad ludibrium in urbe
Oros. VII, 36. et Frut. circumfertur. Gildo etiam Africae comes cepit[x] novis ausibus a Romanorum provincia Affricam decidere[y]. Contra quem Mazazel frater[z] suus, cui ipse duos filios occiderat, cum exercitu mittitur. Mazazel ergo plus Dei quam militis vir-

a) serico, -c- *erasum A* 2; Syrico *A* 1. 3. *C* 1 (-o *in loco raso*); Syrico *corr.* Syricio *A* 4. *B* 2. b) post Damasum *alia manu in marg. add. C* 3. c) *tertium* -i- *supra lin. A* 4; inusitat9 *A* 2; inusitatis *C* 1. d) illa *om. A* 2. e) -s9 *in loco raso B* 2; Ruri9 *A* 1; Rursū *A* 4. f) mensario *C* 2—4. g) cupit *A*. h) exardescit *A* 2. i) moriens Ioh. *A. B* 2. k) discedens *A* 2. l) corporis *A*. m) dicebant *A (corr.* -bat *A* 2*). B.* n) Egiptii *A* 3; Eg. *om. C* 3. 4. o) affertione *A* 3. p) nisi *om. A* 2; non *C* 2. q) ex *om. A. C.* r) consilia *C* 2. s) civitatis *B* 2. t) utilissimus sacerdos *C (corr. alia manu* -mi -otes *C* 3*).* u) *numerus om. C* 2 *(item usque ad c.* 25, *unde numeri rursus cum nostris conveniunt).* v) Gothi *om. A (manu fortasse alia suppl. supra lin. post* Theodosii *A* 4*).* w) deiectus *A* 2. 3. x) cepit *om. A, vide n.* y. y) suasit *manu coaeva in marg. add. A* 2; temptat *add. A* 4. z) frater — Mazazel *(l.* 36*) in marg. inferiore suppl. B* 2; frater — ergo *(l.* 36*) om. A* 4.

1) *Hist. Trip. X,* 23. 2) *Hac de re in Hist. Trip. nihil expresse dictum inveni.* 3) *Hist. Trip. X,* 7. 4) *Cf. Gen.* 33, 10: sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei. 5) *Hic Otto ea, quae apud Frut. p.* 125, 20. *vel Iord. Get.* 29, 146. *leguntur, cum iis, quae apud Frut. p.* 134, 10. *vel Iord. Rom.* 319. *invenit, temere coniunxisse videtur.*

207. tute *hostem devicit, fusisque cum parva, id est cum V milibus, manu LXX milibus tyrannum fugavit. Qui etiam non multis post diebus strangulatus interiit. Porro Mazazel rerum prosperitate, ut assolet, elatus[a] ecclesias Dei persequi cepit. Unde iusto Dei[b] iudicio, qui[c] antea ipsum confitendo exaltatus erat, iam ipsum contempnendo humiliari debuit. Non multo enim post mortuus est. Archadius etiam imperator, vir mitis et quietus, XIIII°[1] imperii[d] post mortem patris anno vitam[e] finivit Orientisque imperium filio suo Theodosio octenni reliquit[f], Anthemio prefecto, qui muro maximo regiam urbem circumdederat[g], omnia disponente.

Oros.

Hist. Trip. X, 35.

ib. XI, 1.

XXI. Anno ab incarnatione Domini CCCC°XII°[h] defuncto Archadio[2] Honorius XL^us^III^us^ ab Augusto[3] Occidentis[i] imperium tenuit. Verum Gothi Rufino ac Stilicone[k·4] incitati cum Alarico rege suo[l], qui[5] lingua eorum ex genere Balthorum[m], secundae[n] post Amalos nobilitatis[o], Baltha, id est audax, vocabatur, per Dalmatiam[p] et Venetiam digressi in Emiliae finibus castra metantur missaque legatione ad imperatorem, qui Ravennae tunc[6] forte morabatur, terram habitationis superbe deposcunt addentes, quod, si gratis accipere non possent, ultro eam arriperent. Consilio ergo accepto princeps terram eis versus Hyspaniam, quae ei rebellis erat, tradidit. Ad quam possidendam dum pergerent Gothi, Stilico[q] patricius[r] et socer Honorii eos fraudolenter insequitur, commissoque prelio, amisso milite, ipse in fugam vertitur. Qua de causa commoti barbari ad Emiliam, unde digressi[s] fuerant, revertuntur, totaque igne ferroque[7] vastata provincia, ad Urbem progrediuntur. Quam etiam trepidam irrumpunt datisque preceptis, ne sanctorum[8] loca violarentur, concrematis[9] aliquibus Urbis regionibus predam innumerabilem[t] diripiunt. Innocentius papa tanquam iustus Loth, ne penas peccatricis Urbis[u] videret[10], Ravennae morabatur.

Frut.

Oros. VII, 37, 1.

Iord. Get. c. 29 sq.

Oros. VII, 39.

a) eletus *A* 1. b) iud. Dei *A* 1—3. *C* 3. 4; Dei *om. A* 4. c) qui antea *om. C* 3. d) imp. *om. A;* sui *add. B* 1. e) uita *A* 2. f) Anth. pref. omnia dispon., qui muro max. regiam urbem circumdedit, reliquit *C.* g) circumderat *A* 3. h) CCC°XII° *A.* i) imp. Occid. *A* 2. k) Sulicone *A* 2. 3. l) suo, qui lingua *om. A.* m) Barlthorum *B* 1; Baltharum *C* 3. n) sede *A* 2. *C* 3; sed'e *C* 2. o) *in marg. manu coaeva, eadem qua supra p.* 210, *n.* y, *add.* dict, *ceteris a bibliopego abscisis A* 2. p) dalmaticam *B* 1. q) Sulico *A* 2. r) pat ei9 *corr.* patci9 *A* 1. s) egressi *C.* t) dirip. innumer. *B* 1. u) populi *C. Oros.*

1) *Ita secundum Hist. Trip.;* 13. *Frut.;* 12. *Oros. VII,* 36, 1. 2) *Cf. Hist. Trip. XI,* 1. 3) *Honorius ab Ottonis auctoribus pro se non numeratur.* 4) *Cf. etiam Oros. VII,* 38. 5) *Hoc loco Otto sua in universum ex ipso Iordane, non ex Frutolfo, quamvis pauca ad eius verba magis accedant, desumpsisse probatur.* 6) qui tunc ibi erat *Frut. p.* 125, 30; qui intus residebat *Iord. Get.* 30, 152. 7) *Cf. Hist. Misc. XIII,* 27 *(vel Pauli Romana XII,* 13*), quam tamen adhibitam vix putarim.* 8) *Cf. etiam Iord. Get.* 30, 156. 9) *Cf. etiam Hist. Trip. XI,* 9. 10) *Similem sententiam infra IV,* 24, *p.* 215, *l.* 23 *sq., habes.*

His[a] diebus cum pagani contra fidem murmurarent dicerentque Romam a diis in summo honore conservatam, Christianis temporibus dehonoratam [1], Augustinus librum de civitate Dei scripsit, Orosius hystoriam suam[b] texuit, Ieronimus [2] ecclesiasticam hystoriam ab Eusebio scriptam transtulit duobusque[c] libris appositis usque ad mortem Theodosii deduxit[d].

Facta est autem haec tam famosissima quam insolentissima irruptio Urbis per Alaricum anno a conditione eius M⁰C⁰LX⁰IIII⁰ [3], ab incarnatione vero[e] Domini CCCC⁰XV⁰ [4]. Et sicut supra dixi [5], Romanorum regnum, quod Babyloniorum regno in multis similem ortum ac progressum habuit, iuxta maiorum nostrorum supputationem eodem a conditione sua ab Alarico, quo et illud ab ortu suo ab Arbato[f] prefecto, anno dehonoratum fuit [6]. In eadem irruptione soror Honorii Placidia inter aliam predam capitur, quam postmodum Ataulfus in matrimonium sortitur.

Oros. VII, 40, 2. *Iord. Rom. 323.*

ib. 324. Inter haec Constantinus Gallias occupans Constantem filium suum ex monacho cesarem fecit [7]. Sed non multo post temporeg pater apud Arelatum, filius apud Viennam[h] vita pariter et regno privantur. Gothi[i] vero Romanae urbis potiti victoria per Apuliam et Campaniam in Syciliam[k] et Affricam ire proponunt. Dumque in confinio Brictiorum[l] incaute mari[m] se committunt, multos de sociis perdiderunt. Alaricus quoque ultimum diem clausit. Quem in tantum dilexerunt barbari, ut amnem Barentum iuxta Consentinam civitatem de alveo suo derivarent[n], ipsoque ibi cum multis copiis sepulto, occisis omnibus captivis, qui huius facti conscii erant, amnem ad proprium[o] alveum reducerent[p]. Quo mortuo, tam hoc quam priori infortunio perculsi Gothi Athaulfum sibi regem creantes reverti statuunt. Sicque per Romam redeuntes ea, quae antea[q] reliquerant[r], depopulantur. Sed Ataulfus amore uxoris suae Placidiae a finibus Romanorum cedit ac in Galliis [8] iuxta provinciam Narbonensem, quam

Iord. Get. c. 30 sq. et Frut.

Oros. VII, 43.

a) His — deduxit *(l. 7) habet C* 1. b) suam — hystoriam *(l. 5) om. C* 3. c) duobus quoque *B* 2. d) perduxit *C* 2—4. e) Dom. vero *B* 2. f) arbace *C; cf. ex. gr. Frut. p.* 48; *supra p.* 70, *n.* 3. g) ipse *A* 2. 3. h) vientiā *A* 2; fil. uienne *A* 4. i) Gothi — dedit *(p.* 213, *l.* 2*) habet C* 1. k) in Syc. *om. C* 2—4. l) Brutiorum *Cusp.;* Brutionum *Urstis., sed cf. Iord.* m) se mari *A* 2. 4. *C* 2—4. n) dirivarent *A.* o) propria in *A* 3. p) reduceretur *B* 2; reduxerunt *C* 2—4. q) ibi *add. C.* r) relinquerant *C* 1.

1) *Vide Aug. De civ. Dei I,* 1. *V,* 22; *Oros., Prol. I.* 2) *Immo Rufinus; cf. supra IV,* 5 *fin.,* 6 *fin.,* 14, *p.* 200, *l.* 37. 3) *Oros. VII,* 40, 1. 4) *Frut. p.* 134, 70. 5) *III,* 6, *p.* 141, *n.* 10; *cf. etiam IV,* 5, *p.* 191, *l.* 12, *et infra IV,* 31. *VI,* 22. 6) *Oros. II,* 3, *cf. II,* 2, 9 (dehonorata). 7) *Cf. etiam Frut. p.* 134, 60. 8) *Cf. etiam Frut. p.* 125, 45; *Iord. Get.* 31, 160 *sq.*

postmodum[1] vir Dei Egidius inhabitans metropoli[a] ex nomine suo, ut villa Sancti Egidii dicatur, dedit, in loco, qui usque hodie Palatium Gothorum vocatur[2], con-
. 208. sedit. Sed postmodum a Constantio[b] comite pulsus in *Oros. VII, 43.*
5 Hyspania resedit cum Gothis. Post quem *tercius ab eo Vallia[3], qui Giserico[c] successit, vicinas gentes et precipue Wandalos, qui et ipsi tunc noviter in Hispanias[d] venerant[4], bello pressit.

XXII. Honorius Eraclidem comitem[e] Affricae contra *Oros. VII,*
10 Romam venientem per Marinum[f] comitem vicit et Cartaginem, *42, 10 sqq. et Frut.*
ubi et postmodum occisus est, fugavit, pacem etiam adiuvante Constantio, qui Constantinum et Constantem in Galliis oppresserat[g][5], integram ecclesiae Dei reddidit in Affrica.

His diebus sub Innocentio papa corpora sanctorum
15 Stephani protomartiris et aliorum Luciano sacerdoti revelata sub Iohanne Ierosolimorum[h] episcopo fuere[6]. Non multis post diebus sub Bonifacio, qui Zosimo successori[i] Innocentii substitutus erat[7], Ieronimus presbyter XC°I°[8] etatis suae anno in Bethlehem[9] ad[k] Dominum migravit. Defuncto Boni-
20 facio Celestinus sedit in Urbe[10].

Vallia cum augusto fedus iniit eique Placidiam sororem *Frut.*
suam reddidit[11]. Hucusque Orosius cronicas suas[l] perduxit[12]. Honorius XXX°I°[m] imperii sui anno, quorum duos sub patre, XIII *ib.*
cum fratre, reliquos cum filio fratris regnaverat[n], Romae moritur.

25 XXIII. Anno ab incarnatione Domini CCCC°XX°VII° Theo- *ib.*
dosius iunior XL^us^IIII^us^[13] ab Augusto patruo mortuo solus regnavit.

a) metropolim *C* 2—4. b) Constantino *A* 2. *C* 3. c) Giserica *A;* Segerico *Cusp.* d) Hyspania *A* 2. e) com. *om. C* 3. f) Mariū *B* 1. g) presserat *A* 2. 4. h) Ierosolimo *C* (episc. iheros. *C* 4). i) *ita Pithoeus, Gotifr.;* successore *A. B. C.*
30 k) migr. ad Dom. *A* 2. l) cronica i. annalia sua *A* 4. m) 30. *Frut., sed nonnulli recensionis B*, quam ab Ottone adhibitam non esse constat, codices* 31. *habent.* n) regeneraverat *A* 1. 3 *(in loco raso), corr.* regnaverat *A* 1.

1) *C. a.* 715, *cf. Acta SS. Boll. Sept. I, p.* 289 *sqq., aut c. a.* 514, *cf. 'Histoire générale de Languedoc, nouv. éd.' I* (1872), *p.* 555 *sqq.*
35 2) Ripam Gothicam *a.* 878. *inter possessiones monasterii S. Aegidii nominatam inveni, Jaffé-Ewald, Reg. pont. nr.* 3176, *quam Goiffon, 'Bullaire de l'abbaye de Saint-Gilles', Nîmes* 1882, *p.* 8. *planitiem prope Rhodanum esse dicit.* 3) quartus ab Alarico *Frut. p.* 125, 50 = *Iord. Get.* 32, 164. 4) *Iord. Get.* 31, 162, *cf. Frut. p.* 125, 45. 5) *Oros. VII,*
40 42, 1 *sqq.; Frut. p.* 134, 60. 6) *Cf. epistola Luciani de revelatione corporis S. Stephani etc., Migne, Patrol. Lat. XLI, col.* 807 *sqq. Innocentium papam ex Frutolfo Otto addidit.* 7) *Cf. Frut. a.* 405. 420. 421. 8) *Ita Frut. a.* 423, *Herim. Contr. a.* 420, *Beda, Martyrol. Sept.* 30; *cf. Hist. Misc. XIV,* 3 *(Paulus, Hist. Rom. XIII,* 4*);* 97. *Regino p.* 17;
45 98. *Sigeb. a.* 421. 9) *Ita ex. gr. Hist. Misc. l. c. (Paulus, Hist. Rom. l. c.), Herim. Contr. l. c., Beda l. c., Sigeb. l. c. a.* 421. 10) *Frut. a.* 425. 11) *Vide etiam Oros. VII,* 43, 12. 12) *Frut. idem post mortem Honorii a.* 426. *relatam habet.* 13) 47° loco *Frut.*

Huius virtutes in Tripertita hystoria omnibus antecessoribus suis preferuntur[1]. Inter quas et hoc commemoratur, quod ad instar Alexandri Magni, dum in procinctu esset ac ex fervore solis et squalore[a] pulveris fatigatus siti laboraret, poculum sibi iocundissimum allatum, ne solus pre aliis reficeretur, rennuit.

Hist. Trip. I, 1.

Floruerunt diebus eius Iohannes Cassianus[b] heremita, qui Collationes patrum descripsit[c·2], et Germanus Autisiodorensis episcopus[3]. Synodus etiam tercia[d] sub Celestino papa[4] vel eius successore Sixto[5], mediante Cyrillo Alexandrino[6] et Archadio episcopo ab Italia destinato, temporibus Iuvenalis regiae urbis[7] episcopi[8], ducentorum episcoporum[9] contra Nestorium[8], qui duas in Christo personas asserebat[9], Ephesi congregatur[8], ostensoque in duabus naturis Christi[e] unam personam esse, cum fautoribus suis Nestorius iusto dampnatur anathemate[9].

Frut.

Theodosius[f] contra Iohannem, qui Hesperiae[10] regnum invaserat, Valentinianum amitae suae Placidiae ex Constantio filium, adiunctis sibi Aspare et Ardabure[11] sociis, cum matre in Italiam destinavit. At Iohannes iuxta quosdam Asparis et Ardaburis dolo[12], iuxta alios vero ducatu angeli[13], Ravennae necatur. Sicque res publica religiosi principis meritis a tyranno liberatur[14].

Hist. Trip. XI, 18.

Hucusque Theodoritus[g] episcopus et Socrates et Sozomenus, viri disertissimi[15], hystorias[h] suas perduxerunt. Quae postmodum in unum volumen redactae et a Cassiodoro Senatore per Epiphanium scolasticum a

a) sualore *A* 2; scalore *C* 4. b) monachus et *add. Cusp.* c) describit *A.* d) tercio *A* 2. e) in *add. C* 4. f) Theosi9 *B* 1. g) *ita B. C* 1. *Pithoeus;* Theodosius *A;* Theodorus *C* 2—4; Theodoricus, *et in marg.* vel Theodorus *Cusp.;* Theodor. — accepere *(p. 215, l. 2) habet C* 1. h) historiam suam *C.*

1) *Hist. Trip. X,* 27. *XI,* 17. 2) *Frut. a.* 432. 3) *Frut. a.* 436. 4) *Ita cum Merlino etiam Beda Chron. mai.* 561, *Herim. Contr., Bernold., Marianus Scotus, Sigebertus.* 5) *Ita Frut., Chron. Wirzeb.* 6) *Hist. Trip. XII,* 5. 7) Constantinopolitani *Merlin.;* Hierusolymorum *Hist. Trip. XII,* 5. 8) *Haec ex iis desumpta sunt, quae in Merlini aucta Pseudo-Isidori editione in praef. leguntur, Migne, Patrol. Lat. CXXX, col.* 3. 9) *Haec ex iis profecta sunt, quae apud Isid. Orig. VI,* 16, 8 *(= Pseudo-Isid. Praef. c.* 11, *ed. Hinschius p.* 20, *Sigeb. a.* 433, *Huyo de S. Victore, Erud. Didasc. IV,* 12, *Decr. Grat. c.* 1, *d.* 15, *ed. Friedberg col.* 34*) leguntur. Sed Ottonem ipsa concilii acta (Mansi, Ampl. coll. conc. IV, col.* 1279 *sqq.) inspexisse propter Archadii episcopi mentionem crediderim.* 10) *Cf. ex. gr. Hist. Trip. XI,* 18. *XII,* 1 (Hesperiarum regna). 11) *Hac nominis forma Iordanes utitur.* 12) *Iord. Rom.* 328. 13) *Frut. p.* 135, 20; *Hist. Trip. XI,* 18. 14) *Hist. Trip. XI,* 18: imperatoris oratione praevaluit *(sc.* Aspar*), cf. ib. XI,* 17 *fin.* 15) *Ita Hist. Trip., Praef.*

Greco in Latinum versae[1] a tribus auctoribus Tripertitae hystoriae[a] nomen accepere[b].

XXIIII. Occiso tyranno Theodosius Valentinianum, cuius *Frut.* ope civile malum sedatum fuerat[2], remuneratione dignum iudicans imperii socium legit et augustum statuit appellari*. His diebus Wesegothae[c] in Galliis habitabant. Ostrogothi et Gepidae, ex quibus Avares et Longobardi descenderunt[d], Danubium transeuntes[e], Gepidae quidem[f] circa Sigedonem[g] et Sirmium, Ostrogothi vero[h], qui prius[i] in Pannonia morati fuerant, exhinc in Tracia habitaverunt, ubi per XLVIII[k] annos morantes ad Occidentem iter flectunt. Wandali autem sociatis sibi Germanis cum Modigisilo[l] duce Hispanias occupaverant. Ea tempestate fuere duo insignes pretores, Etius et Bonifacius. Quorum Bonifacius comitatum[3] Affricae ab imperatore accepit. Sed dum fraude ac delatione Etii Bonifacius apud Placidiam augusti[m] matrem iniuste accusatur, missi sunt contra eum duces Mavortius et Galbio[n]. Quibus a Bonifacio occisis Sigiswaldus[o] comes contra eum destinatur. At Bonifacius in Hyspaniam transiens ascitis[p] Wandalis totam eis Affricam tradit. Qui mox ferro[q] igneque terram vastantes[r] ubique[s] diffunduntur ac inter cetera mala Hypponensem urbem, cui beatus Augustinus presidebat, obsidione cingunt. Beatus autem presul, ne excidium urbis suae videret[4], tercio mense obsidionis eius, LXX°VI° etatis suae anno, migravit ad Dominum. Non multo post elapso tempore Placidiae apparuit falso sibi Bonifacium delatum fuisse vocatumque eum[t] ad se magistrum militum fecit. Wandalis

*) *C* 4 *eadem manu in marg. add.:* Iste Valentininianus novissimus augustorum fuit in urbe Roma. Post quem Rome nemo vocatus est augustus usque ad Karolum Magnum Francorum regem. Post Romanum imperium cis mare Francorum regibus administrandum cum cesaris imperatoris augusti nomine commissum est non irracionabiliter, quia Romani et Franci de eodem fonte Troiani sanguinis emerserunt. *Eadem habes in B* 1 *manu saec. XIII. in marg. ad IV,* 28 *in. addita, v. Appendicem; cf. etiam ea, quae C* 4 *infra V,* 31, *p.* 256, *n.* * *in marg. addita sunt.*

a) hyst. *om. A* 2. *C* 3. b) accepte *A* 2. c) *ita B* 1; Wesogothe *A* 1—3; Wisigothę *A* 4. *Frut.;* Wesogote *B* 2; Vesegothi *C;* Vuisigothi *Cusp.* d) descenderant *C.* e) transcendentes *A* 2. f) ex quibus *add. C* 3. g) Segedonem *B* 1. h) vero *supra lin. suppl. A* 1, *om. A* 2. i) post *C* 2. k) LXVIII *C* 3; quinquaginta et octo *Frut.* l) -il- *e corr. C* 3; Medigisilo *A* 1 *(corr.* Mod.*).* 2 *(post* Me- *una vel duabus litteris erasis).* 3; megdigisilo *A* 4; Modigisclo *Frut.* m) matrem aug. *C* 3. 4. n) vel Galbilo *in marg. add. Cusp.* o) Sisiuualdus *A* 2; sigilualdus *C* 2. p) asenis *A* 2; accitis *A* 4; ascitis *alia manu mut.* accitis *C* 3. q) terram igne ferroque (ac ferro *C* 4) *C.* r) devastantes *A* 1. 2 (devast. terram). 3. *B* 2. s) diffund. ubique *A* 2. t) eum *om. A* 2—4. *C* 2.

1) *Hist. Trip., Praef.* 2) *Cf., si placet, Iord. Rom.* 327 *sq.* 3) principatum *Frut. p.* 135, 35; Bonifatium comitem *Iord. Rom.* 330. *habet.* 4) *Cf. supra IV,* 21, *p.* 211, *l.* 32.

Frut. autem tradita parte Affricae Romani pacem dederunt. His diebus Gisericus *Wandalorum rex Arrianus Christianos affligens episcopos in exilium misit. Kartaginem invadens multis divitiis ac[a] ecclesiasticis ornamentis spoliavit. *p. 19

Frut. XXV. Anno[b] imperii Theodosii[c] XXX⁰ terrae motus horribilis Constantinopoli fuit. Ob eam causam ayoc·oтheoc[d]·ayoc[e]·yckypωc[f]·ayoc[g]·aθaNaθωc[h]·eLeyſoN[i]·yMaς[k.1], hoc[l] est: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus*[m] *immortalis, miserere nobis,* dum a populo cum Proculo episcopo suo caelesti commonitione caneretur, terrae motus cessavit*. Unde ab imperatore eiusque sorore Pulcheria, ut per totum orbem canticum hoc[n] caneretur, preceptum est. Roma quoque tunc ex terrae motu in multis suis regionibus corruit. His diebus Attila Hunorum rex occiso fratre Bleda[o.2] tyrannidem[p] exercendo Traciam et Illiricum vastare cepit. Cui Theodosius datis VI[q] milibus libris, promissis quoque singulis annis M̄ libris, a finibus suis exire persuasit. Ipse vero non multis post diebus XL⁰I⁰ imperii sui anno, post mortem vero patrui sui XX⁰VI⁰[3], apud Constantinopolim diem obiit.

Frut. XXVI. Anno ab incarnatione Domini CCCC⁰L⁰III⁰ Marcianus consilio Pulcheriae XL[us]VI[us] ab Augusto Orientis imperium suscepit, Valentiniano XL⁰V⁰ in Occidente regnante. Huius[r] diebus sub Leone papa[4], Iuvenale Hierosolimitano, Anatholio Constantinopolitano episcopis[5] quarta synodus DC[orum] et XXX sacerdotum[6] contra Euticen regiae urbis abbatem[5] eiusque defensorem Alexandrinum quondam[s] episcopum Dyoscorum, verbi Dei et carnis unam naturam dicentes[t], apud Calcedoniam[u] congregatur, dampnatisque simul cum Nestoriana[6] his heresibus[5], fides catholica divinam in Christo et humanam naturam[v], sed unam[w] personam predicans roboratur[6]. Hae[x] sunt IIII[or]

*) *Manu recentiore in marg. add. B* 2: Bonus cantus tempore terre motus.

a) ac *om. A* 2. b) Anno — preceptum est *(l.* 12*) habet C* 1. c) Theosii *B* 1. d) oθhoc *C* 2; oθHoc *C* 3. 4; oтHeoCH *A* 4. e) ayoc *om. A* 2. f) yCHypωc *A* 1; yckιpωc *A* 2; ychypoc *C* 2—4. g) ayωc *A* 1. *B* 2; *om. A* 4. h) aтaNaтωC *B* 2. i) eLeyson *A;* eleycon *C* 2—4. k) IMaS *B* 1; yocat *C* 2; yœap *C* 3; yoтap *C* 4; *verba Graeca om. C* 1, *spatio vacuo relicto.* l) id *C* 2—4; hoc est *om. C* 1. m) et *add. C.* n) hoc *om. C* 2; hoc cant. *A* 4. o) Buda, *et in marg.* vel Bleda *Cusp.* p) tyrandinem *A* 2. q) VII *A* 2. 3. r) His *C.* s) *sic A. B. Cusp., Pseudo-Isid., Sigeb., Grat.;* quendam *C. Isid., Hugo de S. Victore.* t) *ita emendavi;* dicentibus *A. B. C. Cusp.* u) Calcedonam *C* 2. 4; Calcedonum *C* 3. v) nat. *om. A* 3. w) unam *om. A* 3. x) He *A* 1—3. *C* 3. 4; Heę *A* 4; Hę *B* 2; Hee *C* 2; Hec *B* 1.

1) *Cf. Missale Romanum (Mediol.* 1474*), Feria sexta in Parasceue, ed. R. Lippe, Lond.* 1899 *('Henry Bradshaw Society' XVII), I, p.* 170 *sq.* 2) *Frut. p.* 124, 20 *(Iord. Get.* 35, 181*).* 3) *Frut. a.* 452. 4) *Cf. Frut. a.* 455. 5) *Ex Merlini editione Pseudo-Isidori aucta, Praef., Migne Patrol. Lat. CXXX, col.* 4. 6) *Haec ex iis profecta sunt, quae apud Isid. Orig. VI,* 16, 9 *(= Pseudo-Isid: Praef. c.* 11, *ed. Hinschius p.* 20, *Sigeb. a.* 452, *Hug. de S. Victore, Erud. Did. IV,* 12, *Decr. Grat. c.* 1, *d.* 15, *ed. Friedberg col.* 34*) leguntur.*

synodi[a], quas se beatus Gregorius, urbis Romae episcopus, velut IIII[or] evangelia venerari[b] testatur[1].

Igitur regnantibus Marciano et Valentiniano Attila Hunorum rex subiugatis sibi fortissimis Ostrogothorum Gepidarumque[c] populis aliisque[2] plurimis gentibus Macedoniam, Mesiam, Achaiam[d], Traciam[e] pervagatur. Dum ergo Romanos quoque et[f] Wesegothas[g], quorum priores ob antiquam suae urbis dignitatem, alios vero ob[h] singularis fortitudinis[i] virtutem emulabatur[3], subiugare cogitat[k], timens, ne duae[l] hae gentes adversus eum sociarentur, dolo, ut erat versutissimus, seiungerem[m] eas[n] ab invicem intendebat. Proinde missa legatione[4] tam ad Valentinianum Romanorum augustum quam ad Theodoricum regem[o] Gothorum, utrisque specialiter verba pacis mandando, Romanis quidem se non adversum[p] eos, sed contra[q] Gothos bellum parare, Gothis vero eadem de Romanis denuntians[r], utrosque in alterutrum incitare voluit[5]. Sed Etius, qui tunc Romanorum patricius erat, fraudem Attilae persensit scriptisque ex persona Valentiniani ad Theodoricum regem[s] Gothorum litteris, ut contra inmanissimum tyrannum ac tocius orbis invasorem ambo convenirent, eum quam intime monuit. Igitur Attila, dum hoc modo procedere non posset, bellum Gothis aperte indicit. Qui pulsatis per[t] legatos Romanis Etium patricium in auxilium accipiunt[5]. Hic[u] asscitis sibi Francis, Sarmatis, Armatianis[v], Burgundionibus, Saxonibus, Riparioliis[w], Brionibus multisque Celticae ac[x] Germaniae nationibus, Gothis succurrit. Attila vero cum Aldarico Gepidarum et Walamire Ostrogothorum regibus innumerisque regum ac nationum turbis[y] procinctum movet. In campis ergo Catalaunicis uterque consedit[z] exercitus. Attila eventum rerum in extis pecorum perquirit seque vincendum, sed ex[a] alia[b] parte omnium potentiorem[c] casurum in fedis-

Frut.

Iord. Get. 36, 187.

ib. 36, 191.

ib. 38, 198 *sq.*

ib. c. 37—41. *et Frut.*

a) synodus *A* 3. b) uenerati *B* 1. c) Gepidarnque *A* 2; Gepidorumque *C* 2; Gebidarumque *C* 3. 4. d) -i- *supra lin. suppl. A* 1; aachaiā *A* 3; achayam *A* 4. *B* 1; Achiam *C* 2. e) Traciam *om. A* 3; tciā *A* 1. 4. f) et *om. A.* g) *ita A* 1. 3. *B* 2. 3; Wesigothas *A* 2; Wesogothas *A* 4; Wesigotas *B* 1; Vesegothos *C* 2; Vesegothas *C* 3. 4; Vuisigothas *Cusp., Frut.* h) ob *alia manu, fortasse coaeva supra lin. suppl. A* 2. i) fortitudinis — cogitat *(l. 9) in loco raso B* 1. k) parat *C.* l) he due *C* 3. 4. m) si iungere *B* 1. n) eos *C.* o) Goth. regem *C.* p) adversus *B* 2. *C* 3. 4. q) adversum *A* 2. r) nuncians *C* 3. 4. s) Goth. regem (regis *C* 2) *C.* t) Rom. per leg. *C* 3. 4. u) His *B* 2. v) Armat. *om. B* 2; Armartianis *C* 2. 3. w) *quartum* -i- *supra lin. suppl. B* 2; Riparioliis *B* 1. *C* 3 (-is *in loco raso*). x) et *C.* y) *ita C;* turpis *corr.* turbis *B* 1; turmis *A. B* 2. z) cūsedit *B* 1. a) ex *om. C;* in *Cusp.* b) altera *A* 4. *C. Cusp.* c) potentissimum *A* 4.

1) *Gregor. Magni epist. I,* 24, *MG. Epist. I,* 36 *(cf. Epist. III,* 10, *ib. I,* 170*), quem locum Gratianus Decreto suo (c.* 2, *d.* 15, *ed. Friedberg col.* 35*) et Iohannes Vitae Greg. II,* 4. *inseruit.* 2) *Cf. Iord. Rom.* 331. 3) primas mundi gentes *Frut. p.* 125, 65 *(= Iord. Get.* 35, 181*).* 4) *Cf. Iord. Get.* 36, 185. 5) *Haec apud Iordanem aut Frutolfum ita non leguntur.*

Iord. Get. et Frut. simis invenit presagiis. Qua de re turbatus, sed de hoc, quod ex alia parte virum potentissimum, quem ipse Etium putabat, occidendum intellexit, animatus suos alloquitur eosque prioribus virtutis suae fortunis[a] consolandos denuntians, pugnam[b] aggreditur. Romani eminentiorem locum habebant. Itaque a nona hora diei fortissimis gentibus acerrime usque ad noctem pugnantibus bellum protenditur. Theodoricus autem Gothorum rex, iuxta quod Attilae predictum erat, hac illacque[c] ad[d] exortationem suorum discurrens occubuit. Attila[e] in fugam versus victum se prodidit, sed noctis beneficio potuit[f] id occultari[g]. Mane facto Gothi regem suum requirunt, sed mortuo invento cum Thorismundo filio regis in hostem irruere volunt. Porro Etius timens, ne deletis Hunis Gothi in superbiam elati Romam premerent, vocato ad se Thorismundo: 'Fratres', inquit, 'tui, qui domi remanserunt, patris[h] morte comperta regnum *invadent. Tu ergo revertere, ne forte ipsi te preveniant'. Sic Etius iuvenem astute circumveniens ea, qua dixi, causa bello declinare et ad propria redire[i] edocuit. Fertur de Attila, quod de[k] subselliis[l] piram fecisset, cui se, si hostes irruissent, inicere cogitaverat. Ceciderunt[m] in hoc famosissimo prelio[1], ut Iordanis refert, ex utraque parte CLXV milia, exceptis XV milibus, qui in congressu Francorum et Gepidarum priori nocte corruerant. Turismundus[n] a suis rex creatus consilio Etii in patriam reversus Tholosam ingreditur.

Iord. Get. 40, 213. *ib. c. 41.*

*p. 10.

ib. c. 42. et Frut. XXVII°. Verum Attila[p] Gothis recedentibus[q] securus factus contra Romanos iter deflectit[r] Aquileiamque Venetiarum metropolim, quae in[s] Adriatico sinu posita est, obsidione cingit. Quam dum multo tempore obsidens capere non valeret[t], cumque[u] iam[v] exercitus recedere pararet, Attila iuxta muros digrediens ac secum, quid ageret, mente pertractans cyconias ex urbe fętus suos trahere videt. Quo viso, suos ad eversionem urbis amplius accendens: 'Hoc', inquit, 'nobis[w] omen est. Hae, inquam[x], aves, futurae cladis presagae, urbem ruituram deserunt'. Dixit et instructis machinis omniumque tormentorum generibus adhibitis urbem aggreditur, captamque funditus, ita ut vix vestigia maneant, delevit. Ferunt quidam, quod vacuam habitatore urbem

a) fortitudinis *B* 1. b) pugnam *om. A* 2. c) illaque *A* 1. 2. 4, *corr. alio atram.* illacque *A* 4. d) ad *om. C* 4. e) Attila — occultari *(l. 11) om. A* 3. f) id potuit *C*. g) occupari *B* 1. h) patris — ipsi te *(l. 17) manu s. XIII. in marg. suppl. B* 1. i) remeare *C*. k) de *om. A* 2; piram de subs. *C*. l) subsellis *A* 1. 2. 4. m) cecidederunt *A* 2. n) Thurismundus *A* 3. *Frutolfus;* Turismund *B* 2; Thorismundus *A* 4. o) *numerus om., et sic deinceps A* 1. p) Etzel *manu s. XIV. vel XV. in marg. add. A* 4. q) recendentibus *A* 3. r) flectit *C*. s) in *om. B* 1. t) valet *B* 1; prevaleret (pre- *supra lin. C* 3) *C*. u) eumque *A* 1. v) iam *om. A* 3. w) omen nobis *A*; omniū prognosticū *Cusp.* x) inquit *B* 3 *secundum Engelhard.*

1) *Cf. Frut. p.* 126, 20.

invenerit[1]. Elapsi enim per mare ipso ignorante in insula, quae Venetia[a] exhinc ex Venetorum inhabitatione dicitur, translatis[b] secum cum patriarchali sede beati Hermachorae, primi illius urbis episcopi[c], reliquiis habitare[d] ceperunt[2]. Unde usque hodie inter Gradenses et Aquileienses de patriarchali dignitate lis esse cognoscitur[3]. Tanta autem in obsidione huius[e] urbis eius et mora et[f] multitudo fuit, ut mirae magnitudinis montem Utinum[g] dictum, quem ipse vidi, in modum aggeris ab exercitu comportatum incolae[h] usque hodie affirment[i][4]. Alii tamen[k] a Iulio Cesare eundem montem factum tradunt. Attila his elatus successibus ceteras Venetiae urbes pervagando et ad solum usque prosternendo Mediolanum quoque Liguriae caput ac Tycinum, quae et Papia[5], crudeli animadversione depopulatur. Post haec dum Romam ire intentat, occurrente sibi Leone papa, tam auctoritate ac[l] precibus pontificis[m] fractus quam exemplo Alarici, qui post captam Urbem non diu vixit, territus ad propria revertitur[6]. *Iord. Get. 42, 222 sqq. et Frut.*

XXVIII. Inter haec Valentinianus Etii virtutem emulans eum cum Boetio senatore necari iubet. Eapropter[n] non multo post ipse ab amicis[o] eius XXX[o] imperii sui anno, e quibus cum Theodosio socero XXV[p], cum Martiano reliquos[q] imperaverat, vita privatur. Quo mortuo Maximus accepta uxore eius Eudoxia Theodosii[r] filia imperium usur- *Frut.*

a) dicitur *add. A* 2. b) -l- *supra lin. B* 1; transactis *corr.* translatis *B* 2. c) episcopo *A* 1—3. d) habitare *om. A.* e) urbis huius *C* 2, *qui sequens* eius *om.* f) et *om. A* 3. g) dictum Ut. *C.* h) usque hodie incole *A* 2. i) affirmant *A* 3. k) autem *C.* l) quam ac, ac *erasum B* 2. m) pont. *om. A* 3. *C.* n) Quapropter *C.* o) amacis *B* 1. p) XXV[0] *A* 1. 3; XX[0]V[0] *B* 2. q) reliquas *A* 1—3 *(corr. alio atram. -os A* 2*).* r) Theodosii — Eudoxia *(p.* 220, *l.* 1*) om. A* 2.

1) *Cf. Burchard. not. ad Nicol. abb. Sigeberg. a.* 1162, *Muratori, SS. rerum Ital. VI, col.* 915. 2) *Venetiae civitatem ab Aquileiensibus Attilae saevitiam fugientibus conditam esse primus Constantinus Porphyr., De admin. imp. c.* 28. *litteris mandavit, deinde Burch. ad Nicol. abb. Sig., Chron. Ebersheim. c.* 3[h] *('N. Archiv' XVIII, p.* 316*), Martinus da Canale c.* 3 *('Arch. stor. Ital.' VIII,* 1845, *p.* 272 *sq.), Andr. Dand., Chron. V,* 5, 1. *Sed b. Hermagoram Gradum a Primogenio demum patriarcha (c. a.* 628—648*) translatum esse constans opinio tenet; unus, quantum video, Iohannes diac., Chron. Venet., SS. VII,* 5, 10, *idem de Paulo patriarcha Langobardorum rabiem metuente tradit, quem Attilae temporibus assignatum foedo habes errore in diplomate Ludewici II. imp. a.* 854. *Oct.* 30, *Böhmer-Mühlbacher, Reg. imp. I*[2], *nr.* 1200 *(*1164*).* 3) *Cf. W. Meyer, 'Die Spaltung des Patriarchats Aquileja', 'Abhandl. der Göttinger Gesellsch. der Wissensch., phil.-hist. Kl. N. F.' II, nr.* 6 *(*1898*).* 4) *Nota, quemadmodum Gotifr. Viterb. Pantheon XXII,* 17. *Ottonis verba auxerit.* 5) *Cf. ex. gr. Frut. paulo infra de Oreste patricio agentem, p.* 138, 10: Ticinum, quae nunc Papia dicitur. 6) *Iord. Get.* 43, 225.

Frut. pat. At Eudoxia Gisericum[a] Wandalorum regem ob hanc molestiam vocat. Quem dum venturum Romani cognoscerent, Maximum quidem[b] tanquam huius mali incentorem tercio, ex quo imperium invaserat, mense membratim discerpunt et ipsi antiquae nobilitatis et virtutis[c] immemores ubique diffugiunt[d]. Post haec Gisericoa Urbem tanquam habitatore[e] vacuam irrumpere volente, Leo papa occurrit in porta eumque ab occisione civium et incendio[f] Urbis[g] abstinere precatur. Igitur barbarus Urbem[h] quidem irrupit, spolia[1] rapuit ac per XIIII percensuit dies, Eudoxiam cum filiabus duabus inter alios[i] captivos abduxit[2], ab incendio vero tantum et cede civium iuxta sacerdotis monitum abstinuit. Facta est autem[k] haec secunda ab Alarico Urbis irruptio a Wandalis MCC°IIII°[l] a conditione[m] sua anno. Wandali Urbe capta per Campaniam diffunduntur eaque tota ferro ac igne[n] vastata nobilissimas eiusdem[o] provinciae urbes Neapolim[3] et Nolam expugnant. Huius urbis sanctissimus episcopus Paulinus pro redimendis captivis, quod in Dialogo[p] Gregorii plenius habes[4], barbaris se tradidit. Porro Gisericus[q] opibus Italiae ditatus Trasimundo filio suo Valentiniani principis filiam copulavit. Cuius filius Hildericus matris sequens monita catholicus fuit. Ceterum Attila ab Italia digrediens Honoriam[5] Valentiniani principis sororem sibi dari cum rogasset nec impetrasset, in terram suam[6] cum indignatione[r] reversus puellam sibi speciosissimam[s] copulavit. Ob cuius amorem dum[t] luxuriosa celebrat[u] convivia, inebriatur nocteque proxima iuxta puellam resupinus[7] iacens sanguine proprio effluente de naribus suffocatur, maneque facto a suis mortuus invenitur. Iusto Dei iudicio id factum arbitror, ut, qui semper humanum sanguinem sitiverat, proprio quoque[v] sanguine
Frut.[8] suffocatus interiret. Eadem nocte Marciano[w] *in somnis appa- *p. 1.
Iord. Get. 35, 182. ruit arcus Attilae fractus. Hic[x] est Attila, qui, ut quidam ait, in concussionem gentium natus in mundo, terrarum omnium metus, superbus incessu, oculos circumferens, bellorum amator, ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantibus exorabilis, propicius semel in fide receptis, forma brevis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, rarus barba, canis aspersus, simo[y] naso, teter

a) Geser. *C.* b) quidem *om.* *A* 2. 4. c) virtutes *A* 3. d) disfugiunt *B* 1. e) vacuam habit. *C.* f) civ. etiam incentorem *A* 3. g) Urbis *om.* *A* 4. *C* 3. 4. h) quidem Urbem *C* 3. 4. i) ceteros *C.* k) autem *om.* *A* 2. l) 1207. *Frut.* m) condione *B* 1. n) igne ferroque *C.* o) eiusdem prov. *om.* *C.* p) dialago *B* 1. q) Gysericus *A* 4; Gesericus *C.* r) dignatione *A* 3; cum indign. *om.* *C.* s) speciossimam *B* 1. t) cum *A* 2. u) celebraret *C.* v) proprioque *C.* w) app. Marc. in somnis *A* 2. x) *sequentia usque ad* martirem fecit *(p. 221, l. 5) habet C* 1, *ubi in loco raso* Rex hunorum *pro* Hic est. y) sim9 *C* 2—4.

1) *Cf. Iord. Rom.* 334. 2) *Cf. Iord. Rom.* 334. 3) Neapolim vero . . . capere non valebant *Frut. p.* 136, 55. 4) *Greg. Dial. III,* 1, *sed Otto Gregorium Frutolfum secutus citavit.* 5) *Cf. Iord. Get.* 42, 223. 6) *Cf. Iord. Get.* 43, 225. 7) *Iord. Get.* 49, 254. 8) *Cf. Iord. Get.* 49, 255.

colore fuit. In exercitu eius fuisse D milia Iordanis scribit. Hic etiam dum ubique terrarum discurreret, XI milia virginum apud Coloniam Agrippinam martirio coronavit [1]. Beatum quoque Nicasium episcopum Remis pro Domino occidens martirem fecit [2]. Non multo[a] post tempore *Frut.* Martianus VII° imperii sui anno fraude suorum Constantinopoli[b] necatur[c].

XXVIIII. Anno ab incarnatione Domini CCCCLX° Leo *ib.* Bissa ortus[d] ex tribuno militum ab Anatholio patriarcha coronatus XL[us]VII[us c] ab Augusto Orientis regnum accepit filiumque suum Leonem regni[f] socium legit. Porro Occidentis imperium apud Ravennam Mauronianus acceperat[g]. Quo quarto regni sui anno iuxta Dextonam[h] civitatem occiso Severus rursum Ravennae absque iussu augusti imperium invadit[8]. Quod per IIII[or] annos usurpans Romae diem obiit. Quo mortuo augustus Anthemium ex patricio cesarem factum Romam misit. Hic Servandum prefectum in Galliis imperium usurpare volentem in exilium trusit, patricium Romanorum[4] eadem molientem occidi precepit. Verum Leo Zenonem generum suum Orienti, Basiliscum[i] quoque, Verenae uxoris suae fratrem, Affricae prefecit. Cum Ostrogotis etiam pacem faciens, Theodericum, Theodomari[5] Walamiri regis fratris[k] filium VIII[l] annos habentem[m], obsidem accepit[n]. Quem post tamen patri[o] cum honore remisit. Inter haec Ridice[p] patricius Anthemium IIII° anno regni sui occidit. Ipse vero post tercium mensem diem ultimum clausit. Porro Leo vivo adhuc Anthemio Olibrium ad Urbem miserat, qui regium[q] nomen simul cum[r] Placidia Valentiniani principis filia in uxore accepta sumens post VII menses vitam simul et[s] regnum finivit. Post cuius mortem Ravennae Licerius imperium assumit[t]. Quo sequenti anno expulso ac in Salona civitate Dalmatiae[u] episcopo ordinato Nepos patricius, Nepotiani filius, Occidentis[v] imperium rexit. Leo ergo Leonem Zenonis ex filia sua filium imperatorem fecit. Ipse vero XI°[w] imperii sui anno diem ultimum clausit. Hic paucis mensibus imperans patrem suum Zenonem imperatorem creavit, ipse vero diem obiit. Porro Basiliscus[x] magister Affricae uxorem suam Zenobiam augustam fecit. Igitur dum Zenon[y] ad

a) post multo *A* 2. b) Constantinopolim *A* 2. *B* 2. c) interficitur *C*. d) mortuus *mut.* -tuo *A* 2. e) XL9VI9 *A*. f) regni *supra lin. suppl. A* 1; socium regni *A* 2. *C*. g) accep. *om. B* 1; accepit *A* 4. h) Dertonā *Cusp. cum Iord. et Frut.;* Tastonam *Gotifr.* i) *ita C* 2. *Frut.;* Basilistum *A. B. C* 3. 4. k) filium fratris *B* 2. l) VII *corr.* VIII° *A* 1. m) hab. *om. C* 3. n) accipit *A* 4; obsidere cepit *A* 3. o) cum honore patri (pater *C* 2) *C*. p) Ridicę *A* 1. 4; Redice *A* 2; Ricimer *Frut. cum Iord.* q) regnum *B* 1. r) cum *om. A* 4. *C* 4. s) finivit et (e *A* 1) regnum *A* 1—3. *B* 2. t) assumpsit *A* 2. u) Dalm. *om. C* 4. v) orientis *A* 2. w) 16. *Frut. cum Iord.* x) Basilicus *B. Cusp.;* Basilistus *C*. y) *ita B. Iord.;* Zenona *A* 1—3 (-a erasum *A* 2); Zenonā *A* 4; Zeno *C. Frut.*

1) *Cf. ex. gr. Sigeb. a.* 453; *Acta SS. Boll.* 21. *Oct. t. IX.* 2) *Cum Ottone faciunt Sigeb. a.* 453 *(qui Hunis, non expresse Attilae hoc facinus tribuit), Chron. Vedast., SS. XIII, p.* 678 *sq.; aliter Flodoard., Hist. Rem. eccl. I,* 6. *et Passio S. Nicasii utriusque recensionis.* 3) *Cf. Iord. Rom.* 335, *Get.* 44, 236. 4) *Romanus nomen hominis fuit.* 5) *Hanc nominis formam Otto ex Iordane assumpsit, cum Frut. ubique* Dietmarus *habeat.*

Frut. urbem regiam veniens a senatu ac populo gratanter[a] suscipitur, Basiliscus[b] depositis insignibus ad ecclesiam fugit.

Frut. XXX. Anno ab incarnatione Domini[c] CCCC°LXX°VI° Zenon genere Ysaurus XL^us^VIII^us^[d] Orientis imperium sortitur. Porro Occidentale, id est Romanum[1], Nepos tenuit. Hoc a regno pulso Orestes patricius[e] filium suum, non iam augustum, sed augustulum dicendum, imperatorem Occidentis creavit. Itaque cum Romanum imperium, quod ceteris mundi regnis obfuscatis solum regnare videbatur, cum et ipsi[f] peccatis exigentibus iusto Dei iudicio ea, qua aliis men-
ib. sum erat gentibus, mensura remetiendum fuit[2], Odoacer, natione Rugus[g], ex ultimis Pannoniae finibus cum Turcilingis[h], Sciris, Herulis ad invasionem[3] eius procinctum movet. Cui dum Orestes patricius in terminis Liguriae occurreret, visa manu[i] eius territus aufugit ac in Tycinum[k] se contulit. Quem Odoacer insequens capta urbe occidit ac inde per totam[l] Italiam diffuso milite regium nomen usurpat.
cf. ib. Hic a terra sua egressus, dum per inferiores Noricas partes vel[m] superiorem Pannoniam transiret, virum Dei[n] Severinum Ravennatensium[o] episcopum[4], qui verbum Dei predicans iuxta radices Comogenis[5] cellam construxerat, adiit eumque de eventu rei consuluit. Qui prophetico, ut erat plenus, spiritu[6] omnia, quae postmodum exitus declaravit,
ib. veraciter ei[p] predixit. Augustulus patrem occisum captamque[q] ab hostibus cernens[r] patriam mente consternatus sponte purpuram XI° regni sui mense pariter cum regno deposuit. Odoacer ergo[s] nullo sibi resistente victor Urbem ingreditur ut hostis subiectamque sibi ut rex disponit, postremo cum tota Italia servitio suo per XIIII annos mancipata ut dominus gravi servitute premit[7].

XXXI. Exclamare[t] contra rerum mutabilium miserias tempore et loco exigente[u] cogimur[8]. Ecce enim

a) granīanī *A* 3. b) Basilistus *B* 1. *C* 3; Basilicus *B* 2; Balistus *C* 4. c) Dom. *om. C* 3. d) *ita C* 4. *Cusp. et B* 2 *e corr. multo posteriore;* XL9VII9 *A* 1—3. *B. C* 2. 3; XL9VI9 *A* 4. e) filius patricium *A* 2. f) ipi *A* 3. g) -gus *e corr. A* 1; Rusus *A* 2. h) *ita B* 2; Thurcilingis *B* 1; Turcilignis *A*; Turcelignis *C et Cusp., qui in marg.* vel Turingis *addit.* i) mamu *A* 2. k) *eadem manu superscr.* i. papiā *C* 4. l) italiam totam *A* 3. m) ł *in loco raso A* 2; ut *B* 2. n) de *C* 4. o) -te- *corr. ex* -tis, -nsiū *in loco raso A* 1; Rauentiatensium *A* 2. p) ei *om. C* 2. q) captaque *B* 1; -que *om. C.* r) cern. patriam *om. C* 2. s) ergo *om. A* 2. t) Ex clamore *A* 1. 3. u) exig. *om. A* 2.

1) Occidentale . . . Romae *Frutolfus.* 2) *Matth.* 7, 2; *Marc.* 4, 24; *Luc.* 6, 38. 3) *Cf. Iord. Rom.* 344. 4) *Severum Ravennatem episcopum a.* 344. *habes in Agnelli Lib. pont. Rav. eccl. c.* 13; *cf. Vitam eius, SS. XV,* 1, *p.* 289 *sqq.* 5) *Quos montes 'Wiener-Wald' dicimus; cf. K. Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme' p.* 5; *oppidi Comagenis Eugippii Vita s. Severini mentionem facit.* 6) *Cf. supra IV,* 18, *p.* 206, *l.* 20. 7) Odoacar Urbem ingressus totius Italiae regnum est adeptus, quod per 14 annos nullo inquietante obtinuit *Frut. p.* 138, 15, *cf. p.* 128, 40. 8) *Cf. supra II,* 51 *in.*

regnum illud maximum ac potentissimum, quod solo
p. 212. nomine gentes ante[a] terrebat, *orbem concutiebat, iam
paulatim decrescendo[b] et ex prima irruptione, quae sub
Alarico facta est, dehonoratum[1], postmodum in concul-
5 cationem barbaris patuit. Et ut apertiora quae diximus
fiant, misera Urbs primo ab Alarico[2], secundo a Gise-
rico[3] capta tantum ac populata, nunc vero ab Odoacro
non solum capta, sed iure principis in potestatem ac
imperium per XIIII annos lacrimabiliter subacta in-
10 venitur. Et vide, quod[c], sicut[d] supra[e] dixi[4], non solum
ortus eius, sed et finis Babylonico similis[f] apparet im-
perio. Illa post non multos annos conditionis suae
gentes cepit subicere. Haec similiter, cum[g] ad robustam
venit[h] aetatem, paulatim crescendo ac primo vicinas
15 urbes subvertendo, post ad ulteriora se extendendo ad
tocius orbis pedetemptim apicem[i] venit. Sed sicut
nemo repente fit summus vel precipitanter[k] de[l] summo
infimus, ita predicta Urbs, cum[m], ut dixi, in summo, quo
altius in terra non potuit, fastigio fuit, humiliari de-
20 beret[n], cepit paulatim vires perdere et quasi[o] iam[p] in
senili aetate posita defectum honoris, quem in robusta[q]
contraxerat aetate, pati. Accessit etiam ad miseriarum
cumulum, quae semper caducarum rerum interitus est,
sedis mutatio[r] sub Constantino facta[5]. Et sicut ibi[s]
25 regno ad Medos translato solo nomine mansit[t] impe-
rium[6], sic et isto ad Grecos seu ad[u] Francos derivato
Urbis tantum antiquae dignitatis ac nominis manet
vestigium[7]. Illa primum[v] ab Arbato prefecto suo de-
honorata, post a Cyro subacta est. Haec similiter ab
30 Alarico primo[w] dehonestata, postmodum ab Odoacro
iure principis possessa est. Sed quia de rerum mutatio-
nibus regnorumque imminutionibus[x] ad ostendendos mor-
talium casus mundique instabiles rotatus scribere pro-

a) ante *om. C* 3. b) descendo *A* 1; descendendo *A* 2—4. c) qd, -d *corr.*
35 *ex* q *A* 2. d) sicut *om. A* 2. e) superius *Cusp.* f) similis *hoc loco om., post* imperio *versu exeunte manu coaeva add. A* 2. g) eum *A* 1. 3, *corr.* cum *A* 1. h) pervenit *C.* i) venit apicem *C.* k) fit *add. A* 2. l) inf. de summo *A* 2. m) ut cum dixi *B* 2; cum in summo ut dixi *A* 2. n) *sententia non absoluta; l.* 18. *aut* 19. *alterum* cum *vel simile aliquid suppleas oportet.* o) quia *B* 2. p) in senili iam *C.*
40 q) honesta *C* 2. r) mutatio *in loco raso A* 1; in utero *manu* s. *XV. superscr.* mutacio *B* 2. s) ubi *B* 1. t) mansit *om. A* 2. u) ad *om. A* 4. v) primo *C.* w) primum *A* 2. x) minutionibus *A* 3.

1) *Cf. supra IV,* 21, *p.* 212, *l.* 3. *et* 15. 2) *V. supra IV,* 21.
3) *V. supra IV,* 28. 4) *III,* 6, *p.* 141, *l.* 32 *sq.; IV,* 21, *p.* 212,
45 *l.* 11 *sq.* 5) *V. supra IV,* 3. 5. 6) *V. supra I,* 32. *IV,* 5. 7) *Cf. supra p.* 7, *n.* 6.

posui[1], sicut supra dixisse me[a] memini, cum Roma parturiretur[b], Babylonia finem accepit[2], sic et modo, dum[c] regnum Francorum, ut ita dixerim, seminaretur, Roma sub
Frut. Augustulo suo in ultima senectute, id est a condicione sua M°CC°XX°VII° anno, barbaris tradita occasum minatur.

XXXII. Hic[d] quod supra promisi[3] dicendum puto, qualiter Franci, quorum mentionem fecimus, in Gallias venerint et quomodo a Romanorum principatu seiuncti[e]
ib. in propria auctoritate manere ceperint. Hi[f], ut dixi, a Troia digressi[g], cum in Scithia sedes posuissent, dicti sunt Sicambri. Dum[h] ergo toto[i] orbe in provinciam Romanorum redacto et ipsi inter alios subacti fuissent, elapso tempore causa, quam supra reddidimus, a Valentiniano dicti sunt Franci ac per X annos propriae libertati[k] relicti. Quibus expletis, dum Romani solitum tributum repeterent, Franci, ut assolet, libertate effrenes facti tributum dare rennuerunt[l]. Habuerunt autem inter se antiqui et nominis et virtutis principes Priamum et Antenorem. Qua de re dum contra eos a Romanis pugnatur, occiso cum multis aliis Priamo[m] rege eorum reliqui[n] elapsi in partibus Germaniae circa Turingiam consederunt cum principibus Priami et Antenoris filiis, Marcomede et Sunnone. Porro defuncto Sunnone, communicato consilio Marcomedis filium Pharamundum[o] sibi[p] regem creavere. Leges quoque Wisogastaldo et Salagasto auctoribus exhinc habere cepere. Ab hoc Salagasto legem, quae ex nomine eius[q] Salica[r] usque hodie vocatur, inventam dicunt. Hac nobilissimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc utuntur. Pharamundo mortuo Clodius[s] filius eius crinitus, a quo Francorum reges criniti[t] sunt dicti, successit. His diebus, ut supra dixi[4], Francia quasi seminata[u], Roma paulatim minui[v] cepit. Iam gentes[w], quae Romanorum provincias, non regna habitabant, reges creare, iam ex illorum potestate subduci ac in proprii arbitrii auctoritate stare discunt.
ib. Hinc Gothi, dum ipsam quoque Urbem depopulati[x] essent, in Gallica provincia, ut dixi[5], ultra Ligerim consederunt[y]. Burgundiones quoque iuxta Rodanum habitaverunt, qui et ipsi

a) memini me *C.* b) -ur *erasum A* 2. c) cum *A* 2. d) Sic *A* 2; *totum c.* 32. *habet C* 1. e) seuicti *B* 1; seu iacti *corr.* seiuncti *C* 2. f) Hii *C* 3. 4; Hic *B* 1. g) egressi *A* 2. h) Cum *C* 3. 4. i) in toto *A* 2. k) libertate *A* 2. l) noluerunt *C* 3. 4. m) rege eorum Priamo *C* 1. 3. 4; rege eorum *om. C* 2. n) eorum *add. C* 3. 4. o) pharamū, *sequentibus duabus vel tribus litteris erasis A* 2; pharamum du *A* 3. p) regem sibi *A* 4. *B* 1. *C* 1. *Gotifr.* q) eius *om. A* 2. r) silea *A* 1—3; salea *A* 4. s) Glodius *B* 1. t) triniti *in marg. suppl. B* 2. u) feminata *A* 2. v) cepit minui *A* 1—3; cepit *om. A* 4. w) Ian gentes *vel* langentes *A* 1; langentes *mut.* Iangentes *A* 4. x) depopulaturi *B* 2. y) consedere *C* 2—4.

1) *Cf. supra epist. ad canc. p.* 5, *l.* 28 *sq.; I, Prol., p.* 9; *II,* 32 *fin.* 43 *fin.; infra VI,* 17 *fin.* 2) *V. supra I,* 30 *fin.* 3) *I,* 25, *p.* 57. 4) *IV,* 31 *fin.; cf. infra IV,* 33. *V,* 16. 25. 5) *Supra IV,* 21, *p.* 212 *sq.*

non multo post reges habere ceperunt[1]. Sic et Franci Rheno *Frut.*
transmisso Romanos, qui ibi habitabant, primo fugant, post captis Galliae Tornaco et Cameraco urbibus ac[a] inde[b] paulatim progredientes Remis, Suessonam, Aurelianum, Agrippinam[b*], Treverim ac pene totam Galliam atque Germaniam ab[c] Aquitania[d] usque in[e] Baioariam sibi subiugant[f].

Clodio[g] mortuo Meroveus filius eius[2], a quo Franci Merovingi[h] dicti sunt, successit. Post quem Hildericus regnum adeptus, dum luxuriose viveret, a suis pulsus est Egidiusque Romanus in locum eius substitutus[i]. Porro Hilde-
213. ricus post VIII annos revocatus, Agrippi*nam invadens, eiectis inde Egidii fautoribus Romanis positisque suis ex Francorum incolatu[3] Coloniam eam[k] vocavit. Mortuo autem Egidio filius eius Siagrius in civitate Suessona regnavit. Hildericus etiam vita decedens Clodoveo filio suo regnum dimisit. Hic est Clodoveus, qui a beato Remigio baptizatus primus[l] Francorum regum[m] Christianus fuit[4]. Verum Siagrius Clodoveo decertare[n] non valens ad Alaricum, qui VIIII[us] ab Alarico magno Gothorum[5] tunc regnum gubernabat[6], confugiens a Clodoveo reposcitur traditusque[o] necatur. Romani etiam, qui in Galliis habitabant, ita ut[p] nec[q] reliquiae ibi inveniantur, exterminati sunt. Videtur[r] mihi inde[s] Francos, qui in Galliis morantur, a Romanis linguam eorum, qua usque hodie utuntur, accommodasse. Nam alii, qui circa Rhenum ac in Germania remanserunt, Teutonica lingua utuntur. Quae autem lingua[t] eis ante[u] naturalis fuerit, ignoratur[v]. Itaque Clodoveus subiugatis *ib.*
Alamannis Gothis quoque et Aquitanicis iam Christianus factus bellum indicit. Quo dum pergeret, beato Martino votum vovit. Cumque victis Gothis et occiso Alarico[w] revertitur[x], ditata[y] beati Martini ecclesia a cubiculariis[7] equum suum eis traditum dum redimere C solidorum precio[z] vult, ille inmobilis permansit. Quem dum superadditis aliis C solidis[a] solvisset, dixisse fertur: 'Martinus bonus[b] in auxilio, carus in negotio'.

a) an *A* 2. b) in *B* 2. b*) coloniā *manu recentiore supra lin. add. A* 4. c) ab *om. B* 1. d) aquitaniā *C* 1. e) ad *A* 2. f) subiungant *A* 1. 2. *B* 2. *C* 3, *corr.* subiugant *C* 3. g) Glodio *A* 1—3. *C* 1. h) meroiungi *vel* merouingi *A* 1. 4; mero iungi *A* 2. 3. *C* 1. i) est *add. A* 3; substituitur *C* 2. 3; successit *A* 2. k) eam *om. B* 1. l) primo *B* 1. m) regnum *B* 1. n) decretare *C* 1. o) -que *om. B* 1. p) ut *om. C* 3. 4. q) -c *erasum C* 3. r) tu̅ *add., sed erasum B* 1. s) inde *om. C* 4; iu̅ *multo post mut.* tu̅ *A* 1; tu̅ (= tamen) *C* 2. 3. t) eis lingua *A* 1—3. *B* 2; eis ante naturalis lingua *A* 4. u) antea *B* 1. *C* 1. v) ignoro *C*. w) Marico *A*. x) reverteretur *C* 2—4. y) ditati *B* 1; ditato *C* 2; didata *corr. alia manu* ditata *C* 3. z) precium *A* 2. a) sol. *om. C* 2—4. b) *manu s. XIV. vel post superscr.* clarus *A* 2.

1) *Cf. ex. gr. Frut. p.* 116, 25. 2) *Frut. a.* 451. 3) Agrippinam . . . occisis a parte Aegidii multis Romanis Franci ceperunt eamque Coloniam appellaverunt *Frut. p.* 116, 15; *cf. Liber hist. Franc. c.* 8, *ubi* quasi coloni habitarent in eam. 4) *Frut. p.* 158, 60. 5) Wisigotharum *Frut. p.* 128, 20; *sed v. p.* 116, 20. 6) *Frut. p.* 128, 20. 7) matriculariis ecclesiae *Frut. p.* 158, 65.

XXXIII. Transcursis igitur a Constantino usque ad imminutionem huius maximi regni, Gothicae quoque fortissimae gentis adtenuationem, precipue cum ad Francorum, quibus postea monarchia cessit, principia devenerimus, cum iam Roma cadente Francia ad accipiendam coronam[a] surrexerit[b], hac maxima caducarum rerum novitate ac volubilitate[c] a presentis vitae illecebris abstracti et ad supernae patriae stabilitatem appetendam ex presentium calamitatum consideratione etiam nolentes[d] attracti[1] huic quarto operi terminum demus, ut ea quae secuntur expeditius exequamur.

EXPLICIT[e] LIBER QUARTUS.

PROLOGUS[f] LIBRI QUINTI.

Prisc. Inst. gramm. Prol. 1. Inter prima elementorum rudimenta ac gramaticae artis precepta audire solent pueri, quod *quanto*[g] *iuniores, tanto* sint *perspicatiores*. Quod non inconvenienter dictum puto, dum et[h] priorum[i], qui ante nos sapientiae studuerunt[2], scriptis et institutis informamur ac[k] processu temporum et experientiis rerum tanto maturius, quanto in provectiori[l] orbis aevo positi edocemur, per nos quoque his, quae ante[m] nos[n] inventa[o] sunt, comprehensis eodem, quo et illi, spiritu nova invenire possumus[3]. Hanc in senio mundi ex his, quas dixi, causis sapientiam fore *Dan.* 12, 4. multiplicandam propheta previdit, qui ait: *Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia*. Hinc est[p], quod multae antecessores nostros, preclarae sapientiae ac excellentium ingeniorum viros, latuerunt causae, quae nobis processu temporum ac eventu rerum patere ceperunt. Proinde Romanum imperium, quod pro sui excellentia a paganis aeternum[4], a nostris pene divum putabatur, iam ad quid devenerit, ab omnibus videtur[q].

a) coronam *om. C.* b) surrerit *A* 1; surrexit *A* 2; -rexit *pagina exeunte alia manu in marg. suppl. A* 4. c) volubitate *A* 2; nobilitate *C* 2; rerum uolubili novitate *A* 4. d) uolentes *A* 2. e) *ita A* 1. 4. *B* 2; Expl. l. quartus *om. A* 2. 3. *B* 1. *C. Cusp.* f) *ita B. C* 3. 4; Prol. l. quinti *om. A* 2; Incipit prol. in librum quintum *A* 1. 4; L'. V^y *A* 3; Prol. in quintum librum *C* 2; Prol. in librum quintum *Cusp.* g) sint *add. C.* h) a *C* 2. i) *ita Cusp.;* prioribus *A. B. C.* k) et *C.* l) provectioris *C.* m) ante *om. A* 1—3, *manu s. XVI. supra lin. suppl. A* 1, *alio atram. supra lin. suppl. A* 2. n) uos *A* 3. o) sunt inv. *A. B* 2. p) est *om. A* 3. q) uider̄ *B* 2.

1) *Cf. supra I, Prol. in., II,* 43 *fin.* 51, *V,* 36 *fin., VI,* 9. 17 *fin.; cf. etiam IV,* 4, *p.* 189 *sq.* 2) *Prov.* 27, 11: Stude sapientiae. 3) *Cf. ea, quae Otto supra II,* 8. *ex Aristotele attulit, et illud Bernardi Carnotensis apud Ioh. Saresb. Metal. III,* 4. 4) *Hieron. epist.* 121, 11: Romanum imperium . . . aeternum putant; *cf. Aug. De civ. Dei XX,* 19; *infra VIII,* 2 *fin.; A. Graf, 'Roma nella memoria . . . del medio evo' II, p.* 470 *sqq.*

Et sicut supra dixi[1], omnis humana potentia[a] vel sapientia ab oriente ordiens in occidente terminari cepit. Et de potentia quidem humana, qualiter[b] a Babiloniis[c] ad Medos et[d] Persas ac inde[e] ad Macedones[f] et post ad Romanos rursumque sub Romano nomine ad Grecos derivatum sit, sat dictum arbitror. Qualiter vero inde[g] ad Francos, qui occidentem inhabitant[h], translatum fuerit, in hoc opere dicendum restat. Sapientiam[i] autem[k] primo[l] in oriente, id est in Babylonia[m], inventam ac inde in Egyptum, eo quod[n] Abraham tempore famis illuc descendit, translatam[o] fuisse Iosephus in primo Antiquitatum libro ostendit, ita dicens de[p] Abraham: *Arithmeticam*[q] *eis contulit et quae de*[r] *astrologia sunt*[s] *ipse quoque contradidit. Nam ante*[t] *Abraham haec Egyptii penitus ignorabant.* Dehinc[u] derivatam[v] ad Grecos philosophorum tempore idem auctor innuit his verbis: *A Chaldeis enim haec plantata noscuntur in Egypto. Unde et*[w] *pervenisse dicuntur ad Grecos.* Sic Iosephus. Deinde[x] eam ad Romanos sub Scipionibus, Catone* ac Tullio et precipue circa cesarum tempora, poetarum grege diversa carmina concinente, ac[y] post ad ultimum occidentem, id est ad Gallias et Hispanias, nuperrime a[z] diebus illustrium doctorum Berengarii**[2], *Managaldi[3] et Anshelmi[4] translatam[a] apparet. Quarum rerum pre-videre et quasi[b] somniare divinitus inspirati homines causas potuere. Nos vero[c] non solum credere, sed et videre quae premissa sunt possumus, dum mundum, quem pro mutatione sui contempnendum predixerunt,

Ios. Ant. Iud. I, 16.

ib.

*) Catone *om. C, habet Cusp.*
**) Berengarii *om. C. Cusp.*

a) sap. vel pot. *C.* b) qual. *om. A* 3. c) Babylonis *A* 1—3. *B* 2; Babilonis *corr.* -iis *B* 1. d) ac *C.* e) deinde *C.* f) Macedonas *C* 3 (Mec.). 4. g) iam *Cusp.* h) inhabitabant *C.* i) Sapīa *A* 1. 2. k) ergo *A* 2. l) in or. primo *A.* m) babyloniā *A* 2; babilone *A* 4. n) quo *B* 2. o) translatum *B* 2; translata *C* 2. p) ad habrahā *A* 3. q) quoque *add. C. Iosephus.* r) de *om. A.* s) quoque sunt ipse *A. B* 2. t) aduentū *add. Cusp. ex Iosepho.* u) Deinde *A* 4. *C.* v) derivatum *A* 1—3. *B* 2. w) etiam *Cusp. cum Iosepho.* x) eam deinde *C.* y) et *C.* z) a *om. C;* nuper in, in *minio C* 2. a) translati *A* 1—3; translata. *ultimum* -a *e corr. A* 4. b) quia *B* 2; quasi *om. C.* c) vero *om. C* 3. 4.

1) *Prol. I, p.* 8, *l.* 22 *sq.* 2) *Berengarii Turonensis. W. Qui vixit a.* 999—1088. 3) *De hoc Manegoldo de Lautenbach, qui post a.* 1103. *diem obiit, cf. Endres, 'Histor. Jahrbuch' XXV (*1905*), p.* 168 *sqq.* 4) *Magis crediderim Anselmi Laudunensis († a.* 1117*), de quo v. G. Lefèvre, De Anselmo Laudunensi scolastico, Mediolani Aulercorum* 1895, *quam Anselmi Cantuariensis archiepiscopi; cf. Gesta Frid. I,* 49. 52.

nos iam deficientem et tanquam ultimi senii extremum spiritum trahentem cernimus.

Porro de duabus civitatibus, qualiter una in alia latendo[a] usque ad adventum Christi ac inde ad Constantinum paulatim progressa profecerit, supra sat dictum puto[1]. A Constantino vero exterioribus malis ad plenum sopitis cepit intestinis malis instigante diabolo, auctore Arrio, cooperantibus rerum dominis[b·2] augustis, graviter angi usque ad Theodosium seniorem. At[c] deinceps, quia omnis non solum populus, sed et principes, exceptis paucis, katholici fuere, videor mihi non de duabus civitatibus, sed pene de una tantum, quam ecclesiam dico, hystoriam texuisse. Non enim, quamvis electi et reprobi in una sint domo, has civitates, ut supra, duas[d] dixerim, sed proprie unam, sed permixtam[e] tanquam grana cum paleis[3]. Unde in sequentibus libellis non solum Romanorum augustis, sed et aliis nobilium regnorum regibus Christianis factis, cum *in omnem terram et in fines orbis terrae exi*erit *sonus* verbi Dei, tanquam sopita civitate mundi et ad ultimum plene exterminanda, de civitate Christi, sed quamdiu peregrinatur[4], utpote sagena missa in mare[5], bonos et malos continente[f·6], ceptam hystoriam prosequamur. Manet tamen adhuc perfida[g] Iudeorum infidelium et gentilium* civitas, sed[h] regnis nobilioribus a nostris possessis, illis iam non solum ad Deum, sed et[i] ad seculum ignobilibus, vix aliqua ab eis gesta stilo digna vel posteris commendanda inveniuntur[k].

Ps. 18, 15 = *Rom.* 10, 18.

Matth. 13, 47 *sq.*

INCIPIT[1] LIBER QUINTUS.

Frut. et Iord. Get. 57, 292.

I.[m] Occupato a barbaris Romanorum imperio Zeno augustus Theodorico XII[0 7] ab Hermanarico Ostrogothorum

*) et gentilium *om. A, habet Cusp.*

a) latendum *A*. b) *pro* dominis *spatium vacuum* 7 *vel* 8 *litterarum C* 4. c) Ac *Cusp.* d) duas *om. A (manu s. XVI. supra lin. suppl. A* 1*)*; dix. duas *C* 3. 4. e) promixtam *B* 1. f) continentie (-ię *A* 1) *A* 1—3. g) perfidia infid. Iud. *C.* h) et *add. C* 2. i) et *om. B. C* 3. 4. k) Explicit Prologus *minio add. A* 1. l) *ita A* 1. 4. *B. C* 2; Quintus liber *omisso* Inc. *C* 3; Inc. l. quintus *om. A* 2. 3. *C* 4. *Cusp.* m) *numerus om. A* 1.

1) *Cf. IV,* 4. 2) *Cf. Verg. Aen. I,* 282: Romanos rerum dominos. 3) *Cf. infra VII, Prol. fin.; VIII, Prol. in.* 4) *Cf. ex. gr. Aug. De civ. Dei V,* 16; *Hashagen, 'Otto von Freising' p.* 51, *n.* 1. 5) *Matth.* 13, 47. 48: simile est regnum caelorum sagenae missae in mare . . . . quam, cum impleta esset, educentes . . . elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. 6) *Cf. n.* 3. 7) *Septimus secundum Iordanem et Frutolfum numerandus erat.*

regi Occidentis[a] imperium permisit senatum populumque Romanum summopere sibi commendans. Igitur dum Theodoricus Gothorum viribus in Italiam tenderet ac iuxta Sonium[b] fluvium in Aquileiensium[c] finibus castra metatus fuisset, Odoacer ei cum magno exercitu occurrens in fugam vertitur. Inde cum circa Veronam consedisset, rursum inito certamine Odoacer terga[d] vertere compellitur. Fractus his malis Odoacer ad Urbem iter flectit[e]. Sed dum[f] portis clausis introitus ei negaretur, cunctis in circuitu igne ferroque vastatis ad Ravennam digreditur. Quem Theodoricus subsequens per triennium obsidione cinxit[g] tandemque interposita fide ad deditionem[h] susceptum[i] infideliter occidit. Verum Rugi Odoacri socii Tycinum, cui beatus Epiphanius presidebat, cum adiacenti regione vastabant. Hic episcopus tantae sanctitatis fuit[k], ut, dum a Theodorico pro redimendis captivis ad Gundebaudum[l] Burgundiae regem mitteretur, VI milia captivorum pro sola religionis suae reverentia sibi a rege reddita dicantur[m]. Theodoricus occiso Odoacro ad Urbem divertens cum magno civium gaudio suscipitur.

Frut. et Iord. l. c.

Frut.

Vide rem publicam[n] miserabiliter labefactatam[o], cerne populum illum, sapientia ac viribus quondam orbis dominum[1], ad tantum venisse[p] defectum, ut a barbarica[q] tyrannide[r] conculcatus gravique[s] dominationi mancipatus non nisi a barbaro liberari queat, tyrannum subiecte ac gratanter suscipiat, ut alterius[t] tyranni dominationem effugiat.

Itaque Theodoricus Romanorum potitus imperio haut memor ab augusto suscepti mandati fasque nefasque barbarice commiscens ac cives diversis iniuriis contumeliose afficiens imperium vertit in tyrannidem[2]. Cernens hoc vir clarissimus consularis ordinis Anitius M.[u] Boetius[v] ac rationis intuitu animadvertens[w], dum tyrannidi eius obviare molitur[3], ab eo in exilium trusus Papiae[4] in carcere ponitur. Ubi de contemptu mundi

a) orientis *C* 2. 3. b) Somum *A*. *B* 2; Soniciū *Cusp.;* Sonuum *Frut.* c) aquilensium *A* 1—3; aquiliensium *B* 2; Aqleiensium *C* 2. d) terga — Odoacer *(l. 8) om. C* 2. e) vertit *C*. f) cum *C*. g) cingit *C*. h) in dedicione *C*. i) acceptum *C*. k) erat *C*. l) Gundeba24 du *A* 1. 3; Gundeba24 *A* 2. 4 *(ubi post* Burg., *omisso* regem, *alterum* dum *add.);* Gundebaldum, -l- *mut. ex* -n- *B* 2. m) dicuntur *C*. n) R. (= Romanam) *add. A* 3. o) labefactātā *A* 2. 4, *corr.* -tatā *A* 4; labefactam *A* 3. *C* 4. p) euenisse *B* 2. q) barbarico *A* 2; ab arbatica *B* 1. r) tyrannidē *A* 1. 2. s) -que *om. C*. t) alti9 *A* 1—3. u) m̄ *C* 3; Manlii *C* 2, *ubi add.* severini; Manlius *Pithoeus.* v) Boetii *C* 2, *ubi add.* consulari sordinarii patricii Anici9 M. Boeci9. w) āia. advertens *A (corr. manu saec. XVI.* āiadv. *A* 1*)*.

1) *Cf. supra V, Prol. p.* 228 *l.* 8. 2) *Cf. Frut. p.* 129, *ubi de Theodorico inter cetera habes:* rabie iniquitatis suae stimulatus *et:* per maliciam impietatis et crudelitatis suae. Tyrannus *Theodoricus ex. gr. a Reginone p.* 20. *dicitur.* 3) *Cf. Boeth. Philos. consol. I, prosa* 4. 4) *Cf. epitaphia Boethii metrica in Peiperi editione Philosophiae consola-*

philosophicum utile valde[a] scripsit[b] opus. Extant preter haec alia scripturarum suarum monimenta[1] preclara, inter quae contra* Sabellium et Arrium de fidei[c] sanctae trinitatis regulis[d·2] ac contra Nestorianam[e] Euticianamque heresim[f] ecclesiae Dei tam utile quam subtile reliquit opus. Libros** etiam Aristotilis[3] de Greco in Latinum vertit eloquium et ad eorum lucubrationem plurima commenta vel transtulit[g·4] vel edidit[5]. Ad introductionem quoque Topicorum Aristotilis librum de topicis[h] differentiis[i] composuit[k].

Frut. Theodoricus qualitercumque acquisitum regnum tanquam alienigena[l] firmare volens Clodoveim[m] Francorum regis filiam in matrimonium accepit, Amalfredam germanam[n] suam Wandalorum regi copulavit. Duas quoque filias, unam Sigismundo[o] Burgundionum[p] regi, aliam Alarico[q] Wisigothorum[r] regi dedit. Hic est Alaricus[s], qui[t] postmodum a Clodoveo[u], quod nos in priori per anticipationem diximus libro[6], victis Gothis interfectus est.

Frut. II.[v] Anno ab incarnatione Domini CCCC°XC°I°[w], regnante VI°[7] post Pharamundum[x] Clodoveo rege Francorum, Zeno XVII° imperii sui anno moritur. Cui dum frater suus Longinus succedere parat, ab Ariagney[y] repellitur, et Anasta-

*) contra Sabellium et Arrium *om. C, habet Cusp.*
**) Libros — composuit *(l. 10) om. C, habet Cusp.*

a) valde *om. A* 2; valde utile *C.* b) scribit *A* 1—3; opus fecit *A* 4. c) fide *A. B* 2. *C.* d) reg. *om. C.* e) Nestoriana *A* 2. f) heresimque *A* 1—3. g) vel edidit vel transt. *A* 1*a. Cusp.* h) et de *add. B* 2. i) ferentiis *A* 1—3, dif- *alio atram. supra lin. suppl. A* 2. k) composui *A* 1; comp. *om. A* 1*a. Cusp.* l) aligenigena *B* 2. m) Clodouuyci *B* 2. n) germaniam *A* 1. 3, *corr.* -nam *A* 3. o) Sigimundo *A* 1—3. p) Burgundiorum *A. B* 2. q) Marico *A (corr.* Al. *A* 2). r) Wisog. *B* 1. *C;* Wiseg. *B* 2. s) maricus *A* 2. t) qui *erasum A* 2. u) Glodoveo *B* 2. v) III. *corr.* II. *C* 3. w) 492. *Frut.* x) phararamundum *A* 3; Pharamudum *B* 2. y) Adriagne *C.*

tionis, p. XXXVII sq.; 'Kaiserchronik' v. 14159; *A. Graf, 'Roma nella memoria . . . del medio evo' II, p.* 343 *sqq.* 1) *Cf. Frut. a.* 503. 2) *Quatuor libellos a Gilberto Porretano commentariis instructos, quos Rud. Peiper edidit post Phil. cons. libros, sub hoc nomine Otto comprehendit. Sabellianae haeresis a Gilberto in initio commentariorum suorum expresse mentio fit.* 3) *Scilicet Categorias et Περὶ ἑρμηνείας (De interpretatione) librum; Analytica priora et posteriora, Topica, Elenchi anno demum* 1128. *a Iacobo de Venetia translati esse videntur; cf. supra p.* 76, *n.* 2. *ad II,* 8, *quamquam iam saec. XII. Boethio addicti sunt.* 4) *Ita Isagogen Porphyrii, quam etiam aeque ac Victorini eiusdem libelli interpretationem amplissimis commentariis instruxit.* 5) *Ita in Categorias, in librum de interpretatione commentaria minora et maiora, Introductionem ad categoricos syllogismos, De syllogismo categorico, De syllogismo hypothetico.* 6) *Supra IV,* 32 *fin.* 7) *Habita Aegidii Romani ratione.*

sius ipsius consilio, consensu omnium XL^us^VIIII^us^ ab Augusto *Frut.*
imperium adeptus Ariagnem[a] in coniugio sortitur. Ergo[b]
regnante in Oriente[c] Anastasio Euticiano, Theodorico vero
Arriano Romam premente magna discordia in ecclesia Dei
5 oritur, Symacho et Laurentio pro sede pontificali in Urbe
contendentibus. Cui controversiae cum multorum[c*] cleri-
corum ac laicorum sanguine per tres annos continue pro-
tractae synodo convocata Theodoricus finem inposuit.
Nam Symachum saniori electum consilio in kathedra firmavit
10 Laurentiumque depositum in Lucerina[1] civitate episcopum fecit.
Quem[d] postea tumultuantem[e] exilio in Dalmatiam rele-
gavit Symachus[f]. In hoc scismate Paschasius diaconus, zelum *Greg. Dial. IV, 40.*
Dei non secundum scientiam habens[2], Laurentio ad-
herens, post mortem suam, ut beatus Gregorius in
15 Dialogo scribit, quamvis tantae sanctitatis fuerit, quod
mortuo eo per dalmaticam ipsius feretro[g] impositam cecus
illuminatus sit[3], penas solvit. His diebus Trasimundus *Frut.*
Giserici filius, Wandalorum rex, ob katholicam fidem CC^tos^XX^ti^
episcopos ad Sardiniam insulam in exilium misit. Ea tempestate
20 Fulgentius episcopus vita et scientia clarus et insignis habe-
batur. Per idem quoque tempus Arrianus quidam Olimpius
nomine, dum in Affrica indigna ac blasphema[h] de Deo verba di-
ceret[i], igneo gladio caelitus[k] percutitur in balneo. Quidam
etiam dum[l] ab[m] eiusdem heresis episcopo baptizari[n] vult,
25 heretico dicente: 'Baptizo te in nomine patris per filium in spi-
ritu sancto', subito aqua non comparuit. Quo viso qui baptizandus[n*]
erat ad ecclesiam confugit ac iuxta katholicae fidei normam
baptismum accepit. Porro Anastasius Clodoveo regi[o] per epi-
stolas dignitatem consulatus obtulit et ipse ab Euticiana[p]
30 heresi propter admonitionem Ormisdae papae non rece-
dens, sed pertinaciter in ea manens[q], XX^o^VIII^o^[r.4] imperii[s]
sui anno fulmine, ut a quibusdam dicitur, ictus[t] interiit.
Clodoveus quoque XXX° anno vita et regno perfunctus
Lotharium filium cum tribus aliis[u] reliquit, qui regnum
35 inter se diviserunt.

III.[v] Anno ab incarnatione Domini D^o^XVIIII^o^, regnante *Frut.*
in Francia cum fratribus Lothario, Iustinus senex,

a) Adriagnem *C*. b) Igitur *C* 2—4; Ergo — penas solvit *(l. 17) habet C* 1. c) in Or. *om. A (manu s. XVI. in marg. suppl. A* 1*)*. c*) multitudo *C* 2. 3. d) ta-
40 men *add. C (post* postea *C* 3*)*. e) tumultuante *C* 3. 4. f) Sym. *om. C* 4. g) feretro *C* 1. h) blasphemia *B* 1. 2. *C* 2, *corr.* -ma *B* 1; plasma *corr. alia manu* plasphema *C* 3. i) diceret verba *A* 2; verba ederet *C*. k) de celo gladio *C*. l) dum *om. C* 4. m) ab *om. A* 2. 3. n) baptizare *A* 2. n*) baptizatus fuerat *C* 3. o) Cl. Francorum regi *C*. p) Euticiano *A* 1. 3, *corr.* Euticiana *A* 1; euticia, *sequente una fere*
45 *littera erasa A* 2. q) permanens *C*. r) XXVII. *A* 1*a*. *Cusp., Frut.* s) anno imp. sui *A* 1—3. t) ictus *om. B* 1. u) fratribus *add. Cusp.;* filiis *add. Gotifr.* v) *num. om. A* 1; IIII. *corr.* III. *C* 3.

1) Nucerina *Frut.* 2) *Cf. supra p.* 168, *n.* 5, *ad III,* 27. 3) *Immo* eius dalmaticam feretro superpositam daemoniacus tetigit
50 statimque salvatus est *Gregor.* 4) *Ita secundum Iord. Rom.* 359. *et Reginonem p.* 19.

Frut. natione[a] Ysauricus[b] vel* Illiricus, L[us] ab Augusto senatus voluntate imperium accepit[c]. Huius diebus Hildericus Trasimundi ex Eudoxia filius regnum adeptus, cum esset catholicus, universos episcopos a patre suo exilio[d] relegatos revocavit. Iustinus etiam augustus zelo fidei hereticos persequebatur. Ad quem Theodoricus Arrianus Iohannem papam misit denuntians, nie ab Arrianorum persecutione cessaret, se Christianos[1] afflicturum. Quod dum princeps miseratus ob sacerdotis preces annueret ac ipsum cum honore susceptum honorifice dimitteret, reversum[f] ad se Theodoricus in vinculis posuit famequeafflictum[g] sacrilege extinxit[h]. Simachum vero patricium[i] ac Boetium senatorem nobilissimum, cuius supra mentionem feci[k·2], crudeliter ante necaverat. Ob ea non multis post diebus, XXX[o3] imperii sui anno, subitanea morte rapitur[l] ac iuxta Gregorii Dialogum[4] a Iohanne et Simacho in Ethnam[m·5] precipitatus[n] a quodam homine Dei cernitur. Hinc puto fabulam illam[o] traductam[p], qua vulgo dicitur Theodoricus vivus[q] equo[r] sedens ad *p. 2.
cf. ib. inferos descendisse[6]. *Quod autem rursum narrant eum Hermanarico Attilaeque contemporaneum fuisse, omnino[s] stare non potest[7], dum Attilam[t] longe post Hermanaricum constet[u] exercuisse[v] tyrannidem istumque post mortem Attilae octennem a patre[8] obsidem Leoni augusto traditum.
ib. Defuncto Theodorico[9] Athalaricus[w] filiae suae[10] Amalsuindae[x] filius X annorum[y] regni[z] gubernacula suscepit. Hunc, cum[a] adhuc viveret, pater[11] principibus Gothorum

*) Ysauricus vel *om. C. Cusp.*

a) naticiōe *A* 1. b) ysaurus *A* 4. c) suscepit *A* 2. d) in exilio *C.* e) ut *A* 3. *C* 2; ñ *A* 4. f) *ea quae sequuntur usque ad* traditum *(l.* 24*) habet C* 1, *ubi* Iohannem papam *in loco raso pro* reversum ad se. g) extinctum *A* 3. 4. h) vitam finire fecit *A* 4. i) patum *B* 1. k) fecimus *C* 2—4. l) theod'ico de berne *manu s. XIII. in marg. add. A* 1. m) fluvium *manu fortasse paulo posteriore in marg. add. B* 2. n) proiectus *C* 2—4. o) illam *om. C* 3. p) traductum *A* 1. 2. q) unius *A* 1. r) sedens equo *A* 3; equo sedens vivus *C* 3. 4. s) omino *A* 2. t) attiła *mut.* attile *A* 1; Attila *A* 2; Attile *A* 3; Athila *C* 2. u) constat *A.* v) ex creuisse *C* 1. w) *ita B* 1. *C;* Attal. *A. B* 2. x) *ita Frut.;* Amalsiunde *A. B;* amalsuilde *C.* y) annos habens *C.* z) gub. regni *A* 2. 4. a) dum *B* 1.

1) universos Italiae populos *Frut. p.* 129, 25, *cf. p.* 139, 30. 2) *V*, 1, *p.* 229 *sq.* 3) per triginta annos *Theodoricum* Romani populi principatum *tenuisse Iord. Rom.* 349 *tradit;* 31 annis *Frut. ad a.* 495. *habet.* 4) *Greg. Dial. IV*, 30. 5) in ollam Vulcani *Frut. p.* 129, 40. *cum Gregorio.* 6) *Cf. Müllenhoff, 'Zeitschrift für deutsches Altertum' XII (*1865*), p.* 330 *sqq.; O. L. Jiriczek, 'Deutsche Heldensagen' I (*1898*), p.* 268 *sqq.* 7) perpendat qui discernere noverit, quomodo illud ratum teneatur, quod *etc. Frut. p.* 130, 30; *cf. etiam 'Kaiserchronik' v.* 14176 *sqq.* 8) septennem a patruo *Frut. p.* 130, 45, *sed vide p.* 137, 25. 9) *Cf. etiam Iord. Rom.* 367. 10) *Cf. etiam Iord. Get.* 59, 304. 11) *Immo Theodoricus avus secundum Iord. et Frut.*

commendaverat exhortans eos, ut senatum ac populum Romanum diligerent principemque[1] Orientis propitium habere studerent. Iustinus vero Iustiniano sororis suae filio imperatore post se destinato VIII° imperii sui anno finem vitae fecit. *Frut.*

IIII.[a] Anno ab incarnatione Domini D°XX°VII° Iustinianus L^us^I^us^ ab Augusto imperium accepit, regnantibus adhuc in Francia Clodovei filiis. Hic tam strennuissimus quam christianissimus imperium quasi[b] mortuum resuscitavit, rem publicam labefactatam[c] plurimum[d] reparavit ac inter ceteras gestorum fortium virtutes[2] per Bilisiarium[e] patricium de Persis, qui Romanos fines[f] invaserant, magnifice triumphavit. Leges ante ipsum editas, profuse et inordinate conpactas, compendiavit et ad ordinem revocatas in unum volumen compilavit, quae hactenus ex[g] eius nomine Iustinianae vocantur[h.3]. Multis quoque per latitudinem imperii decoris basilicis ecclesiam[i] Dei adornans[4] inter alias omnium materia et opere prestantissimam in urbe regia in honore divinae sapientiae, quam Greci sophiam vocant, construxit[k]. Herulorum regem Gratem nomine ad se Constantinopolim venientem in epiphania Domini baptizari fecit. Tunc etiam rex Hunorum* Garda et mulier quaedam vidua ex Hunis cum C milibus gentis suae[5] fidem et baptismi gratiam accepisse[l] feruntur. Porro Athalaricus[m] adolescentiam suam ac[n] matris viduitatem iuxta patris[6] monitum augusto commendans in tuitionem a piissimo principe[o] suscipitur. Ipso vero non multo post a suis occiso[7] mater eius Theodatum in regnum ascivit. Qui, ne dicam, ingrati[8], sed infidi militis officium gerens eam in balneo[p] *Frut.* *Frut.*

*) *Manu s. XIII. in marg. superiore f.* 70*v*. *add. B* 1: Nota, quos modo Turcos appellamus, Huni dicebantur antiquitus, a Caspiis portis primitus egressi[9]. Occidentales vero Huni sunt, quos Ungaros et Avares appellamus.

a) *num. om. A* 1; V. *C* 3. b) quia *B* 2. c) labefactam *A* 3. *C*. d) plur. *om. C*. e) *ita B* 1. *Gotifr.;* Bisiliarium *A*. *B* 2; Bilisarium *C* 2; Bilisarum *C* 3; Bylisarium *C* 4. f) fines *om. A* 2. g) Iustin. ex eius nom. *C*. h) appellantur *B* 1. i) Dei eccl. *A* 2. k) ecclesiam *manu recentiore versu exeunte add. B* 2. l) fer. acc. *C*. m) Attal. *B* 2; Atthal. *A* 1—3 (-h- *supra lin. A* 1). n) et *A* 4. *C*. o) imperatore *C*. p) balnea *A*.

1) *Cf. p.* 232, *n.* 10. 2) *Cf. etiam Paulus, Hist. Lang. I,* 25. 3) *Cf. Paulus l. l.:* codicem Iustinianum appellari praecepit. 4) *Frut. p.* 143, 20: ecclesias reparavit, *cf. p.* 141, 25. 5) *Mulierem cum suis baptizatam esse Frut. p.* 139, 50. *non tradit.* 6) *V. supra p.* 232, *n.* 11, *ad V,* 3. 7) Immatura morte *praeventum, non a suis occisum esse Athalaricum Frut. p.* 139, 60 *(cf. p.* 129, 45*) cum Iordane tradit.* 8) immemor consanguinitatis et beneficii *Frut. p.* 129, 50. 9) *Cf. Hist. Misc. XVII,* 14. *XVIII,* 31.

Frut. strangulavit. Igitur Iustinianus Bilisiarium[a] patricium primo in Affricam destinavit Wandalisque deletis provinciam a barbaris liberatam Romano imperio restituit[1]. Post, cum eundem contra Theodatum tanquam traditorem regnique invasorem[2] mitteret, fractus animo tyrannus Agapitum papam[b] ad eum pro petenda pace direxit. Qui dum Euticetis errore deceptum ad katholicam fidem revocasset principem ac Anthimium regiae urbis episcopum eandem heresim defendentem excommunicasset, ipse ibidem vita functus[c] migravit ad Dominum. Hic pontifex tantae sanctitatis fuit[d], quod in porta urbis regiae in ipso ad imperatorem ingressu cecum illuminavit[3]. Inter
ib. haec Bilisiarius[e] Theodatum perfidiae suae penam[f] solvere compellens interfecit[4]. Witigis[g] regnum[h] post mortem Theodati invadentem[i] captivum[k] Constantinopolim misit regnum-
Iord. Get. 60, 313. que Gothorum, quod per duo milia vel amplius annorum
cf. Frut. Iordanis[l] stetisse commemorat, finivit et sic tam ex Affrica Wandalis quam ex Italia Gothis exstirpatis utrasque in pristinum statum reduxit provincias. Hucusque Iordanis episcopus, natione, ut ipsemet testatur[5], Gothus, Gothorum historiam necnon et chronicas[m] suas perduxit[6].

Iord. Rom. 375. Bilisiarius[n] adhuc cum Theodoberto Francorum rege, Lotharii fratre[7], qui cum CC[tis] milibus Italiam invaserat, pugnam commisit rogantibusque[o] Francis pacem concessit ac Italiae finibus eos sine Romani militis dampno
ib. 376 *sqq.* cedere persuasit. Inter haec Parthi cum exercitu Syriam Neocesareamque vastantes Antiochiam tendunt. Quibus dum Germanus patricius cum Iustino filio consule decertare non sufficeret, relicta urbe ad partes Ciliciae se contulit. Persae tamquam vacuam urbem irruunt[p], predam diripiunt, urbes vicinas populantur et totius Celesyriae[q] bona unius

a) *ita B* 1; Bisiliarium *A* 1—3. *B* 2 *(ubi manu recenti superscr.* al Belisariū*). C* 3. 4; Basiliarium *A* 4. *C* 2. b) papa *A* 2. c) defunctus vita *C;* ibi defunctus, *omisso* vita *A* 4. *Frut.* d) erat *C;* fuit *om. A* 4, *ubi manu alia in marg. add.* erat. e) *ita B* 1; busiliarius *A* 1—3; basiliarius *A* 4. *B* 2. *Gotifr.;* Bilisarius *C (mut. ex* balasarius *C* 3*).* f) penas *A* 4. *C.* g) *ita A* 1. 3. *B. C (mut.* -gum *C* 2*);* Wingis *A* 2. 4; Vuittigis *Cusp.;* Vuittigem *Pithoeus.* h) regnum *om. A;* post mortem Theod. regnum *C.* i) suadentem *A* (regnum invadentem *manu s. XVI. in marg. add. A* 1). k) capuiuum *A* 2. l) stet. Iord. *A* 2. 4. m) -h- *supra lin. B* 2; cronicas *A* 2. *C;* chronicā suā *A* 4; Chronica sua *Pithoeus.* n) Bisiliarius *A* 1—3. *B* 2; Bysil. *A* 4; Basil. *Gotifr.;* Bilisarius *C (mut. ex* Bal. *C* 3*).* o) regnantibusque *A (corr. manu s. XVI.* rogant. *A* 1, *corr.* rogant. *A* 4*).* p) irrumpunt *A. B* 2. q) *ita B;* Celesiriae *A* 3. 4; cęlerisię *A* 1; celerisie *A* 2; celesarie *C (mut.* cesarie *C* 2; *corr.* celesirie *C* 3*).*

1) *Verba sunt Pauli Hist. Lang. I,* 25, *exscripta a Reginone p.* 20. 2) *Cf. Iord. Get.* 60, 307; *Frut. p.* 139, 65. 3) *Perperam Otto id, quod apud Frut. ad a.* 524. *de Iohanne papa legitur, ad Agapitum transtulit.* 4) *Error Ottonis fortasse ex Frutolfi verbis p.* 140, 5. *ortus est.* 5) *Iord. Get.* 60, 316. 6) *Frut. similia post mortem Iustiniani imperatoris adnotat.* 7) *Immo fratris filio, cf. Frut. p.* 115, 35. *Sed Iord. Get.* 57, 296. *perperam Theodebertum inter Chlodowici filios recenset.*

anni spacio demoliuntur. Quos Bilisiarius[a] Geticae ac[b] *Iord. l. c.*
Wandalicae victor collecto milite cohercuit et Ro-
*p. 217. manorum[c] finibus egredi *compulit. Sed recrudescen-
tibus ac tumultuantibus cum[d] rege suo Totila Gothis
5 morae locum ibi non habens in Italiam iter reflexit[e].

His[f] diebus Longobardorum gentes, qui a Scanzia[g] in- *Frut.*
sula[h], unde et Gothi[1], egressi[2] fuerant, cum Alboini[3]
rege suo in Pannonia[k] habitabant. Hii non multo post
Italiam, quam hactenus incolunt[1.4], ut post dicetur[5],
10 occupaverunt.

Bilisiarius[m] in Italia manens precepto Theodorae
augustae Silverium papam, eo quod Antimium[m*] hereticum ab[n] Aga-
pito antecessore suo excommunicatum absolvere nollet, fal-
sorum testium accusatione criminatum invitus in exilium
15 misit. Vigilio successori[o] eius[p], sub quo quinta[q] synodus ge-
neralis Constantinopoli congregata fuerat, similiter fecit.

Sub hoc pontifice Arator subdiaconus Actus apostolorum
versibus defloravit. Per idem tempus floruerer[r] Cassiodorus
Senator ac Dyonisius abbas, quorum prior librum Psalmorum[s]
20 luculenter exposuit, alter cyclos paschales subtiliter
composuit. Priscianus[t] Cesariensis gramaticae[u] artis libros ad
Iulianum consulem et[v] patricium[6] profusos, sed necessa-
rios[w] officioso opere edidit. His etiam diebus signis et *ib.*
prodigiis vitaque continentissima primo heremita, post abbas
25 clarus habebatur[x] beatus Benedictus[7]. Qui multos verbo et
exemplo edificans et ad artioris vitae viam[y] accendens *mo-* *Greg. Dial. II, 36.*
nachorum regulam, ut Gregorius ait, *sermone luculentam,*
discretione precipuam, quae hactenus in ecclesia florere
cognoscitur, descripsit. Qui vero tunc alii principes aut
30 cives civitatis Christi vita et scientia insignes fuerint,
si quis scire vult, legat Dialogum Gregorii.

Corpus sancti Antonii repertum Alexandriae reconditur. Iusti- *Frut.*
nianus princeps[8] egregius[z], re publica[a] iuxta tempus suum

a) *ita B* 1. *Gotifr.;* Bisiliarius *A. B* 2; balisarius *C* 2; bilisarius *C* 3. 4. b) ac
35 *om. A.* c) ramanorum *A* 1. d) Gothis cum rege suo Totila *C.* e) flexit *A* 4;
flectit *C.* f) His — occupaverunt *(l.* 10*) habet C* 1. g) vel Scandinauia *in marg.*
add. Cusp. h) -l- *supra lin. A* 4; ī sua, *manu s. XVI. superscr.* la *A* 1. i) Alboin
C 1. 3. 4. k) Pannonia *A* 1. 3. l) inhabitant *C.* m) *ita Gotifr.;* Bisiliarius
A 1—3. *B* 2; Bisiliarius *mut. ex* Basil. *A* 4; Bisiliarius *corr.* Bilisiarius *B* 1; Bilisarius *C.*
40 m*) Antimum *B* 2. n) ab *om. B* 1. o) successore *A. B* 2. *C* 3, *corr.* -ri *A* 1. *C* 3.
p) suo *A* 2. q) quinta *om. C* 2. r) floruerunt *A* 2. s) psalmos, *omisso* librum *C* 2.
t) Priscianus — Benedictus *(l.* 25*) habet C* 1. u) artis gramatic. *A* 4. *C* 2—4. v) et
om. A. w) necessario *A* 2. x) clarus *iterum add. A* 1; habeb. clarus *A* 4; primo
habeb. herem. post abbas clarus, habe-batur *in marg. versu exeunte altero, altero in-*
45 *cipiente suppl. A* 3. y) vie vitam *C.* z) egr. *om. C* 3. a) Rē p. *B* 1.

1) *Cf. etiam Iord. Get. c.* 3 = *Frut. p.* 119 *sq.* 2) *Cf. etiam Pauli Hist. Lang. I,* 7. 3) Audoin *Frut. p.* 140, 35, *sed cf. p.* 143. 4) *Cf. Frut. p.* 141, 60: Cuius gentis adventum in Italiam et habitationem eius in ea usque in presens *etc.* 5) *V,* 5, *p.* 236 *sq.* 6) *Ipso*
50 *Prisciani libro Otto usus est; cf. supra II,* 8, *p.* 75; *V, Prol. in.* 7) *Cf. etiam Pauli Hist. Lang. I,* 26. 8) *Frut. p.* 143, 35.

Frut. satis exaltata, XXX°VIIII°[1] imperii sui anno diem obiit[2]. Hucusque Victor Turonorum[a.3] episcopus chronicas[b] suas perduxit.

Frut. V.[b*] Anno ab incarnatione Domini D°LX°VII°[4], regnante in Francia Hilperico Clotharii[c.5] filio cum tribus fratribus, Iustinus iunior[d] Iustiniani[e] nepos, natione Trax, L^us^II^us^[6] ab Augusto imperium ab[f] Euticio patriarcha coronatus suscepit[7]. Hic, cum esset katholicus, ecclesias Dei, quas antecessor suus edificaverat, preciosis thesauris et[g] largis possessionibus ditavit. Huius diebus pax inter Romanos et Persas[h] rumpitur. Imperator vero ad Aretham Indorum regem Iulianum[i] misit. Qui, ut postmodum retulit, eum penę nudum, circa lumbos tantum cincturam et linea vestimenta auro contexta et circa ventrem indumenta scissa, margaritis preciosis conserta[k], in brachiis quinos circulos et armillas aureas, in capite pannum[l] gemmis ornatum, in collo torquem aureum habentem, super IIII^or^ elefantes rotis IIII^or^ curru excelso innitente stantem, scutum parvissimum deauratum cum duabus[m] lanceolis aureis tenentem, invenit. Quem cum[n] contra Persarum regem armasset, revertitur. Misso etiam[o] Narse auxilio Longobardorum Totilam regem Gothorum interfecit eandemque[p] gentem de Italia radicitus exstirpavit. Buccellinum a rege Francorum ad devastandam Italiam missum occidit. Sindoaldum Brendorum[q] regem, qui de comitibus Odoacri in Italia adhuc superfuit, suspendio peremit. Itaque cum Narses patricius deletis[8] barbaris Italiam in pristinum statum reduxisset[r.9], Romani, ut assolet, prosperitati eius invidentes ad imperatorem eiusque uxorem Sophiam[s] legatione missa in pluribus eum accusabant. Qua de re motus princeps Longinum ad occupandum locum eius misit in Italiam. Sophia quoque augusta muliebriter concrepitans Narsem utpote eunuchum[10] inter feminas in genitio[t] suo se posituram denunciat. Quae omnia egre ferens Narses Neapolim se contulit missaque legatione Longobardos de Pannonia in Italiam vocavit. Quorum adventum[u] prodigia maxima, ita ut igneae

a) Turonum *A* 3. *C* 3. 4. b) cronicas *C* 3. 4. b*) *num. om. A* 1; VI. *C* 3. c) C- *erasum A* 2. d) unio *A* 2; iunior *om. C* 3. e) Iustinianus *A. C* 3 *(manu s. XVI. corr.* -ani *A* 1; *corr.* -ani *A* 3. *C* 3*)*. f) sub *A* 2. g) ac *A* 2. h) trosas *A*. i) misit Iul. *A* 2. k) consertam *A* 3; contexta *C*. l) p annum *A* 1—3 *(corr.* pannum *A* 3*)*. m) duobus *A* 2. n) cum *om. B* 1. o) enim *A*. p) eandem et (et *erasum A* 2, *ubi alio atram.* et *ante* eandem *insertum*) *A* 1—3; et eandem *A* 4. q) Brendonum *B* 1. r) reduxit *C*. s) Sophia *A* 2. t) -ti- *supra lin. B* 1; genicio *C;* gynaeceo *Cusp.* u) adv. *om. A* 2; adventu *C* 4.

1) 38. *Frut., cf. Regino;* 40 *annos Iustiniano Ann. Hildesheim. p.* 8 *(*39 *Isid.) tribuunt.* 2) *Frut. p.* 117, 30. 3) *Immo Tonnenensis (Africae). Ottonem sua ex Isidori praefatione Chronicorum maiorum (vel ex Annalium Hildesheim., ubi Isidori Chron. exscripta sunt, initio) desumpsisse monuit Th. Mommsen, MG. Auct. Ant. XI, p.* 175; Iordanis *Frut.* 4) 565. *Frutolfus.* 5) *Frut. p.* 117, 1. 6) 54. *Frut. et sic deinceps.* 7) *Cf. etiam Pauli Hist. Lang. II,* 4. 8) *Cf. ibid. II,* 1. 5. 9) *Frut. p.* 130, 25. 10) *Paulus, Hist. Lang. II,* 5 = *Regino p.* 21.

in[a] caelo acies cum sanguine, qui postmodum fundendus erat, *Frut.*
beato Gregorio teste[1], visae sint, precesserunt. Exhinc
Roma non solum Transalpinas regiones, sed ipsam[b] etiam
Italiam, quae extunc a barbarorum inhabitatione[c] usque
5 in hodiernum diem Longobardia vocatur[d], perdidit.
Porro Iustinus Tyberium comitem in filium adoptavit ac *ib.*
cesarem legit. Cum vero pedibus eger in lecto iaceret ac se
moriturum cognosceret, vocato ad se Euticio pontifice ac
senatu, Tyberium ex cesare fecit augustum. Ipse autem XI°
10 imperii sui anno diem obiit.

*p. 218. *VI.[d*] Anno ab incarnatione Domini D°LXX°VI°[e] Tyberius *ib.*
Constantinus, natione Trax, ab Euticio patriarcha coronatus, L^us^III^us^
ab Augusto imperavit. Hic dum uxorem suam Anastasiam
augustam[f] vocaret, Sophia predecessoris sui coniux,
15 eo quod ipsi iungi cogitabat, graviter[g] indignata
Iustiniano[h] ad imperium aspirare persuasit. Sed dum
ad effectum res[i] procedere non posset, Iustinianum
quidem accepta ab eo pecunia princeps in gratiam re-
cepit, Sophiam vero omnibus ei regni deliciis ablatis
20 privatam vivere fecit. Pecunias etiam, quas Iustinus[k]
male congregando repositas habebat[l], large pauperibus ero-
gavit[m]. Fertur[n] de eo, quod dum in palatio suo deam-
bularet videretque in pavimento crucem sculptam[o], iubens[2]
eam auferri[p] reverenter: 'Crucem' ait, 'Domini[q] in fronte
25 gestare[r], non pedibus calcare debemus'. Qua ablata dum
alias[s] apparuisset, ac illa rursum sublata dum tercia
inventa fuisset, infinitam pecuniam auri reperisse
traditur. Narse quoque[t] patricio mortuo plurimum auri et
argenti in puteo invenisse memoratur. Quae omnia[3] more
30 suo pauperibus erogavit. Completum in eo cernitur quod
Dominus[u] ait: *Omni habenti dabitur,* cum[v] large res suas *Luc.* 19, 26.
pro Christo distribuens largas ab eo accepit impensas.
Idem vastata Italia a Longobardis sub Benedicto papa, dum *Frut.*
Roma plurimum fame laboraret, missis ab Egypto navibus
35 multa frumenti[w] modiorum milia civibus donavit. Persas
fines imperii[x] irruentes per Mauricium ducem glo-
riose devicit eique postmodum filiam suam in matri-
monio coniunxit et cesarianam dignitatem contulit.
Hilperico Francorum regi magnifica dona misit. His die-
40 bus beatus[y] Gregorius Romanae ecclesiae archidiaconus a
Pelagio papa Constantinopolim missus Moralia Iob Leandro scripsit
et Euticium eiusdem urbis episcopum sub presentia principis in

a) acies in celo *A*. *B* 2. b) etiam ipsam *A* 2. c) inhabitationē *A* 2. d) vocant *A* 3. d*) VII. *C* 3. e) D°LXX°VII° *A* 3. f) voc. aug. *A* 2. g) gravius *C*.
45 h) iustinianū, -ū *e corr.* *A* 2. i) proced. res *A* 2. k) Iustinianus *C*. l) *secundum* -b- *supra lin.* *B* 2; hat *A* 1. 3. m) erogabat *A* 4. *C* 3. 4. n) Ferunt *C*. o) sculptam — Crucem *(l.* 24*)* *om.* *B* 1. p) rever. auferri *C*. q) dn̄i *mut.* dm̄ *B* 1. r) portare *C*. s) tercia *A* 3. t) quoque *om.* *A* 3. u) in evangelio *add.* *C* 3. 4. v) cum *om.* *C* 2; dum *C* 3. 4. w) frumenta *A* 3. x) irr. imp. *A* 3. y) beatus *om.* *A* 2.

50 1) *Greg. Homil. in evang.* 1, 1; *cf. Dial. III,* 38. 2) *Cf. etiam Regino p.* 23. 3) *Cf. etiam Pauli Hist. Lang. III,* 12.

Frut. fide resurrectionis errasse convicit. Verum Tyberius imperator christianissimus substituto sibi in imperio consilio Sophiae genero suo Mauricio VII° regni[a] sui anno in pace quievit.

ib. VII.[a*] Anno ab incarnatione Domini D°LXXX°III° Mauricius Capadocus, primus ex genere Grecorum, L^us^IIII^us^ ab Augusto imperium est adeptus. Huius diebus beatus Gregorius, civitatis Dei verus civis[b], Romae consensu imperatoris[1] a clero ac[c] populo electus pontifex ordinatur[d]. Quem tamen princeps, cum esset inexplebilis avariciae, questus[2] gratia plurimum persequebatur.

Ioh. Vita Greg. I, 39. *Frut.*

cf. Ionae Vita Col. Ea[e] tempestate vir Dei Columbanus[3], natione Scotus, Luxoviensis abbas, a Brunnehilde Burgundionum regina, eo quod eam de pessimis operibus suis ac maleficiis zelo Dei[f] argueret, tanquam iustus Helias a Iezabel[4] gravem persecutionem passus monasterium mutare ac in Italiam ad locum qui Bobium dicitur transire, ibique[g] usque ad[h] diem obitus sui manere compellitur. Huius discipuli clarissimi regni Christi cives fuere, Leodegarius[5], qui postmodum Autisiodorensem[6] regens ecclesiam martyrio coronatur[7]; Romaricus[8], qui in monte, qui ex nomine suo mons Romerici[i] dicitur[9], nobile sanctimonialium fundavit cenobium; Gallus[10], qui in Suevia in territorio Constantiensi residens egregiam ex nomine suo, quae multis honoribus ac diviciis modo[k] locupletata cernitur, tenet ecclesiam, et alii quam plures. Fertur[l] enim[m], quod CCC^orum 11^ predictus vir Dei pater extiterit monachorum. Qui omnes patris secuti[n] monita, excepto Eberwino[o], inter cives[p] Christi asscripti[q] creduntur. Hic enim solus ex illis

cf. 3. Reg. 19.

a) regno *A* 1. 3. *B* 2. a*) VIII. *C* 3. b) civis *om. A* 3. c) et *A* 4. *C.* d) ordinat9 *A* 2. e) Ea — martyrem fecit *(p. 239, l. 4) habet C* 1. f) Dei *om. A.* g) ibique *om. C* 3. h) in *C* 2. i) Rumerici *C.* k) modo *om. A* 4. *C* 2—4; modo div. ac honor. *A* 2. l) Ferunt *A* 2. *C* 2—4. m) etiam *C* 3. 4. n) monita sec. *A* 4. *C* 3. 4. o) Eberwino *postea mut.* Ebroino *B* 1; Eueruwino *C* 1; eueruuino *C* 2; euerwino *C* 3; ewervino *C* 4. p) Christi cives *A* 1—3. q) asscribi *A.*

1) *Cf. Ioh. Vita Greg. I,* 40 *sq.* 2) *Cf. Ioh. Vita Greg. IV,* 16 *sq.* 3) *De Columbano cf. etiam Regino p.* 26. 4) secundae Iezabelis *cognomen Ionas l. c. I,* 18. *Brunichildi tribuit.* 5) *Tempora Otto turbavit. Leodegarius Columbano a.* 615. *mortuo nondum natus fuisse videtur; cf. Acta SS. Boll.* 2. *Oct. I, p.* 366. 6) *Immo Augustudunensem.* 7) *De passionibus s. Leudegarii cf. Krusch, SS. rerum Meroving. V, p.* 249 *sqq.* 8) *Cf. Ionae Vita s. Columbani II,* 10. 9) *Cf. Vita secunda s. Romarici, SS. rerum Meroving. IV, p.* 223, *n.* 2. 10) *Cf. Regino p.* 26; *de Vitis s. Galli cf. Krusch, SS. rerum Meroving. IV, p.* 229 *sqq.* 11) multorum *Regino;* innumerabilium *Ado (= Usuard.) Martyrol.* 21. *Nov. Versus hexameter est:*

quod trecentorum pater extiterit monachorum.

caducis honoribus a Brunnehilde illectus[1] retro abiens[a.2] miliciae cingulum sumpsit, maiorque[b] domus effectus multis malis prefatos[c] Dei[d] servos afflixit ac beatum Leodegarium martyrem fecit[3]. Verum Brunnehildis scelerum *Regino.*
5 suorum penas luens postmodum a Clothario[e] rege caudis indomitorum equorum alligata[4] finem miserabilem[f] vitae fecit nobisque[g] exemplum abhorrendi inmanitatem eius reliquit.

At Mauricius, cum a persecutione beatissimi papae
10 Gregorii non cessaret, XVIIII[0] imperii sui anno videt[h] in somnis[h*] virum monachico[i] habitu gladium in manu[k] habentem ad se terribiliter venire ac eum moriturum palam[l.5] pronunciare. Quo viso perculsus culpamque suam recognoscens tam[m] summo pontifici Gregorio quam aliis episcopis, *Frut.*[6]
15 abbatibus, solitariis humiliter scripsit, ut Deo pro eo exorato, quod in presenti et non[n] in futuro penas peccatorum suorum solveret, precibus impetrarent. Ipse
p. 219. quoque multis lacrimis idem Deo commendabat[o]. *Cum ergo Deus ad petitionem ecclesiae imperatorem
20 exaudire vellet, videt[p] in somnis[q] se coram crucifixo apud eneam palatii portam stare vocemque terribilem audire: 'Date Mauricium', et iterum: 'Ubi vis reddam tibi mala, quae fecisti? hic, an in futuro?' Cumque ille responderet: 'Non in futuro', iussit eum cum uxore[r], liberis ac omnis[s] cognatione
25 Focae tradi. Mane facto Philippico genero suo ad se vocato narratoque somnio[t], si Focam cognoscat, requirit. Tum ille paulisper[u.7] secum deliberans: 'Iuvenis est', inquit, 'et temerarius'. Nuncii[8] quoque, quos ad viros Dei miserat, reversi similia visioni reportabant[v] responsa.
30 Porro exercitus a Mauricio missus, cum ob eius avariciam fame laborarent, in sedicionem versi Focam imperatorem creant. Quod audiens Mauricius[w] ac ex visione sibi monstrata futura presagiens fugit. Quem Focas insecutus iuxta Calcedonam cum uxore ac filiis culpam suam
35 humiliter recognoscentem[x], secundum quod ei in

a) abiit et *A* 4. b) maio24que *A* 2. c) predictos *C* 2—4. d) servos Dei *A* 4. *C.* e) a lothario *A* 2; ac lothario, -c *expunctum A* 3. f) vitae miserab. *A* 4. *C.* g) -que *om. B* 1. h) vidit *C* 3. 4. h*) somniis *C* 2. i) monachio *B* 2. k) hab. in manu *A.* l) pronunc. palam *A.* m) p(?) *mut.* q *add. B* 1. n) non
40 *om. A* 2. o) commendavit *C.* p) *ita B. Ioh. V. Greg. IV,* 18; vidit *A. C. Frut.* q) sompniis *C* 2. r) et *add. A* 4. *C;* Foce tradi cum uxore et lib. ac omni cognat. *C.* s) cum omni *A* 2; ac omni cognat. *om. A* 4. t) somno *A.* u) secum delib. paul. *A* 2. v) resp. report. *C* 3. 4. w) Maricius *A* 1. x) *ita A* 1. 2. 4. *B* 2. *Gotifr.;* recognosceret *A* 3; cognoscentem *B* 1. *C. Cusp.; cf. supra l.* 13 *sq., infra VI,* 33 *fin.*

45 1) *Haec Otto satis turbavit; Ebroinum multo post Brunichildem tempore extitisse constat.* 2) *Ioh.* 6, 67: multi discipulorum eius abierunt retro. 3) *Cf. Pass. s. Leudegarii; Frut. p.* 118. 4) *Cf. Frut. p.* 118, 5. 5) *Similia in foro re vera accidisse Frut. p.* 151, 50. *et Iohannes in Vita Gregorii IV,* 17. *tradunt.* 6) *Cf. etiam Ioh. Vita*
50 *Greg. IV,* 18 *sq.* 7) diu *Frut., Ioh. Vita Greg.* 8) *De uno tantum nuntio Frut. et Ioh. verba faciunt.*

Frut. visu monstratum erat, anno imperii sui[a] XX°I° decollavit. Fertur, quod decollato eo lac, quod indulgentiae a Domino inventae signum esse ominantur, cum sanguine effluxerit.

ib. VIII.[a*] Anno ab incarnatione Domini[b] DC°III°[1] Focas L^us^V^us^ ab Augusto[c] imperium sortitur habens uxorem Leontiam[d] nomine. Hic primo patricii cuiusdam strator, post miles, ad ultimum imperator fuit. Anno imperii eius II° beatissimus papa Gregorius, qui verbo et exemplo civitatem Dei plurimum illustraverat, scripturarum suarum dulcissima relinquens monimenta[2] migravit ad Dominum. A quo tercius Bonifacius[e] impetravit a Foca, ut ipsius auctoritate Romana ecclesia caput omnium diceretur[f] ecclesiarum. Nam Constantinopolitana se primam, puto propter regni sedem illuc translatam, scribebat. Post hunc alius Bonifacius, IIII^us^ a beato
Reg. Gregorio, precibus ab eodem augusto obtinuit, ut
Frut. templum a Domiciano imperatore constructum, quod Pantheon vocabatur, ecclesiae Dei datum in honore omnium sanctorum dedicaretur. His diebus Cosdroas Persarum rex Orientem pervagatus multas Romanis provincias abstulit ac[g] vivificae crucis vexillum ab Hierosolimis asportans[3] in solio suo, ubi se ut deum adorari fecerat, posuit[4]. Focas autem, cum multa scelera et homicidia perpetraret, ab Heraclio Heracliii[h] patriciii[i], pretoris[k] Affricae, filio vocatu Prisci patricii, generi sui, VIII° imperii sui anno interficitur.

ib. VIIII.[1] Anno ab incarnatione Domini DC°XII° Heraclius occiso Foca a Sergio patriarcha coronatus L^us^VI^us^ ab Augusto imperium sortitur, regnante in Francia Lothario Hilperici filio. Anno imperii eius II° ex Eudoxia filium Heracliu m seu Constantinum habuit[m]. Mortua vero Eudoxia Martinam sororis suae filiam inceste sibi copulavit ac Heraclonam[n] ex ea suscepit. Hucusque Isidorus episcopus[o] historiam suam perduxit[5].

Frut. Anno[p] imperii sui VIII° dum pacem a Cosdroa Persarum rege peteret nec impetraret, quarto[q] post haec, id est XII° regni[r] sui anno, procinctum in Persidem movet occisoque singulari congressu super pontem Danubii Cos-

a) sui *om. B* 1. a*) *num. om. C* 2; IX. *C* 3. b) Dom. *om. A* 2. c) Aug. *om. A* 2. d) nom. Leonciam (beonciam *C* 3) *C* 3. 4. e) Bonifacius — interficitur *(l.* 25*) habet C* 1; Bonif. tercius *C* 2—4. f) eccl. dic. *C* 3. 4. g) atque *C* 2—4. h) prioris *add. C* 2—4. i) patricii — Prisci *om. C* 2. k) pret. *om. C* 3. 4. l) X. *C* 3. m) habŭt *B* 1. n) filiū, -u *in loco raso, secundum* -i- *alia manu superscr., add. C* 3. o) episc. *om. A* 2. p) ḡ (= igitur) *alio atram. supra lin. add. A* 2; Anno — celebrari cepit *(p.* 241, *l.* 6*) habet C* 1. q) IIII° *A* 1. 3. 4. *B* 2, *quod etiam A* 2 *habuisse videtur, sed radendo corr.* IIII°. r) imperii *C* 4.

1) *Ita ex. gr. Herim. Contr.;* 604. *Frut.* 2) *Cf. ex. gr. Pauli Hist. Lang. III,* 5. 3) *Cf. etiam Regino p.* 27. 4) *Cf. s. crucis Exaltatio, Mombritius, Sanctuarium, Nova ed., Paris.* 1910, *I, p.* 380. 5) *Ita Herim. Contr. a.* 616. *Sed Otto etiam ipsa Isidori Chron. inspicere potuit.*

droae filio[1], vastata Perside Cosdroam quoque ablato[a] de[b] *Frut.*
prophana manu eius ligno sanctae crucis interfecit ac VII[0]
demum, ex quo exierat, anno ad regiam[c] urbem victor
rediens non multo post Hierosolimam lignum salutiferum
5 reportavit. Exhinc exaltatio sanctae crucis in ecclesia
Dei[d] celebrari cepit[2].

His diebus Anastasius Persa, primo magus, post fide *ib.*
assumpta monachus factus, nobile pro[e] Christo martyrium cum
aliis LXX a[f] Persis, Marzabona iudice, peregit. Cuius tunica
10 mox demoniacus indutus curatur. Huius corpus Heraclius cum
captivis de Perside reportavit ac in monasterio beati Pauli,
quod ad Aquas Salvias[g] dicitur, ubi nunc religiosorum mo-
nachorum cenobium ex nomine suo vocatum esse cogno-
scitur[3], honorifice condidit[4]. Circa[h] idem tempus
15 Mahmet[i], quem Sarraceni hactenus colunt, ex stirpe Is-
mahelis[k] patre gentili et matre Iudea[5] fuisse dicitur.

His diebus Lothario mortuo Dagobertus admodum puer[6], *Reg.*
educatus a beato Arnolfo maiore domus, qui postmodum Me-
tensium episcopus fuit[l], in Francia, excepto quod fratri suo
20 Heriberto[m] circa Ligerim quasdam urbes ac pagos[n] di-
220. miserat, solus regnavit[o]. *A Clodoveo enim usque ad id *Frut.*
temporis regno Francorum inter filios filiorumque filios
multifarie diviso confuse regnatum est. Erat autem
Francorum iam terminus[p] ab Hispania usque in Pan-
25 noniam, duos nobilissimos ducatus Aquitaniam et
Baioariam[q], Aquitaniam quidem ad occidentem, Baioa-
riam[r] vero ad orientem habens. Dagobertus ergo totius

a) *ita Cusp.;* ablata *A. B. C (alia manu corr.* ablato *C* 3*); totum locum mutavit Gotifr.* b) de *om. C* 3. c) regiam *om. A* 4; urbem regiam *C* 1. 2. d) Dei
30 *om. A* 2. 4. e) mart. pro Chr. *A* 4. *C.* f) a *om. C* 2. g) Silvias *C* 2; saliuas *Cusp.* h) Circa — regebat ecclesiam *(p.* 242, *l.* 9*) habet C* 1. i) *ita B* 2; Mazmet *A;* Mahemat *B* 1; Mahemeth *C* 1; Mahemet *C* 2—4. k) hismahel *C* 2. 3; hismael *C* 4.
l) in Francia fuit *A* 2. m) Heliberto *A.* n) pagas *A* 1—3 *(mut. ex* pagos *vel* pagus *aut vice versa A* 1). o) regnu *A* 1; regnū *A* 3. p) terminis *C* 1. q) Baioria *hoc*
35 *loco C* 1. 2 *(ubi infra l.* 26. 27. *iterum haec forma et p.* 242, *l.* 1. Baioriis*).* r) Baioaria *A* 2.

1) *Cf. s. Crucis Exaltatio, Mombritius, Sanctuarium, Nova editio, Paris.* 1910, *I, p.* 380. 2) *Idem ex Sigeberto a.* 631. *Ekkehardus Uraug. Frutolfi chronicis a.* 629. *addidit.* 3) *Monasterium SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias prope Romam situm a.* 1140. *Inno-*
40 *centius II. papa Bernhardo Clarevallensi ordinis Cisterciensium obtulit, qui ei Bernhardum Pisanum, qui postea Eugenius III. papa dictus est, abbatem praefecit; cf. P. F. Kehr, Italia pontificia I, p.* 170 *sqq.* 4) *Id Heraclio expresse non tribuit Frut.* 5) *Haec nusquam nisi ex Ottonis Chronica desumpta (ut apud Gotifr. Viterb. Panth. XXII,* 28;
45 *Otte, 'Eraclius' v.* 5318 *sq.) inveni; cf. Al. d'Ancona, 'La leggenda di Maometto in Occidente', 'Giornale storico della letteratura Italiana' XIII (*1889*), p.* 199 *sqq.* 6) *Verba Reginonis p.* 28. *et Frutolfi p.* 118, 10. *Otto fortasse non bene intellexit.*

Reg. regni principatum tenens Baioariis legem dedit[1]. Hic dum adhuc viventea patre Lothario cum Saxonibus pugnam inisset ac graviter vulneratus fuisset, misso ad patrem nuncio acceptoque auxilio rursum certamenb adgreditur, victisque ac fugatis Saxonibus, omnem provinciam suae ditioni subiciens cunctos eiusdem gentis masculos, qui gladii sui, quem tunc forte gerebatc, mensuram excederent, necasse traditur. Beatus[2] Cunibertus Coloniensem tunc regebat ecclesiam.

Frut. Igitur Heraclius a Sergio patriarcha deceptus Euticianus hereticus efficitur. Mathematicus etiam et astrologus factus, previdens in stellis circumcisos imperium suum vastaturos, arbitransd hos Iudeos, missis ad Dagobertum Francorum regem nunciis omnes regnie sui Iudeos baptizari postulat et impetratf, ipseque in regno suo similiter facit. Non multo post tempore Agarenig, gens circumcisah, imperium vastant. Quosi dum Heraclius misso exercitu cohibere vellet, centum L miliak perdidit. Qua de causa dum apertisl portis Caspiism gentem sevissimam, quam Alexander Magnus ob immanitatem sui super mare Caspium incluserat[3], educeret bellumque instauraret, nocte ab angelo LII° milia de exercitu eius percussa feruntur. Unde fractus animo princeps et ex dolore in tumorem versus ac ydropicus factus XX°VII° imperii sui anno vivendi finem fecit. Vide iustissima iudicia Dei. Princeps iste, qui primo per virtutem crucis den potentissimo Persarum rege triumphavit, postmodum a Sarracenis amisso milite exo dolore velud rationis expers eiusque, per quod ante vicerat, signi immemor factus crudelissimam gentem, quam etiam gentilis homo incluserat, impremeditate educens a Domino iuste flagellatur, ut et ipsi penitentiae locus et posteris correptionis exemplum relinqueretur. Haec omnia ad contemptum mundi amoremque Dei, qui et sperantesp in se remunerat ac contempnentes condempnat[4], nos provocare deberent.

ib. X.q Anno ab incarnatione Domini DC°XXX°VIIII°, regnante in Francia Dagoberto, Constantinus Heraclius Heraclii filius L^us^VII^us^ ab Augusto regnumr adeptus IIII°s im-

a) viventem *A* 3. b) pugnam *A* 2. c) gesserat *C* 2—4. d) arbitratos *C* 2; arbitratus *C* 3. 4. e) Iudeos regni sui *A* 2. f) imperat *C* 2. 3 *(alia manu corr.* impetrat *C* 2*)*. g) Agareni — percussa feruntur *(l. 22) habet C* 1. h) circumc. gens, -a gens *in loco raso, A* 2. i) Quas *C* 3. 4. k) *ita C. Frut.;* L. M. *A. B; numerum om. Gotifr.* l) ptis *A* 3. m) caspus *A* 1. 2, *corr. fortasse* caspiis *A* 1, *non certo discernitur A* 3. n) de *om. C.* o) ex *om. A. B* 2. p) sperante *A* 2. q) XI, *et sic deinceps C* 3. r) imperium *C;* est *add. (post A* 3*) A* 1—3. *B* 2; adeptus est *A* 4. s) IIII°que *A* 4.

1) *Ex Prol. Legis Baiuwar., MG. LL. III, p.* 259. 2) *Frut. p.* 118, 15. 3) *Cf. etiam Pseudo-Methodius, ed. E. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen', Halle a. S.* 1898, *c.* 8, *p.* 73 *sqq.* 4) *Cf. Prov.* 28, 25; 1. *Reg.* 2, 30; *Tob.* 13, 16.

perii sui mense fraude novercae suae Martinae Pirrique *Frut.*
patriarchae veneno necatur; ipsaque[a] cum filio suo Heraclona
regnum[b] usurpans per duos annos tenuit. Mutilatis ergo
naribus filii matrisque lingua abscisa Constans Constantini
5 Heraclii filii[c] filius a senatu imperator creatur. Pirrus quo-
que patriarcha, sceleris auctor, in exilium truditur, et
in locum eius Paulus subrogatur. Hic est Pirrus, qui cum
Cyro Alexandrino episcopo heresim, quae duas[d] in Christo volun- *Reg.*
tates negabat, condidit.

10 XI. Anno ab incarnatione Domini DC°XL°II° pulso cum *Frut.*
matre Heraclona Constans Constantini filius L^us^VIII^us^ ab Augusto
regnavit. Hic, cum[e] in[f] eandem quam avus suus Heraclius
heresim fuisset lapsus, Martinum papam, eo quod Paulum
patriarcham, Pirrum et Cyrum habita synodo excommuni-
15 casset, apud Cersonam in exilium misit, ubi multis miracu-
lorum signis refulgens migravit ad Dominum. Porro Constans
congregata sub Vitelliano papa synodo heresim abdicavit ac
beato Petro mirae magnitudinis evangelia auro cooperta, gemmis
ornata, misit. Ipse[1] vero non multis post[1] diebus Italiam a Lon- *Reg.*
20 gobardorum potestate eripere volens per equorg navi-
gando Tarentum applicuit. Post Beneventum veniens omnes
pene civitates, quas Longobardi inhabitabant, cepit ac Luce-
riam ad[h] solum usque prostravit. Deinde accepta obside sorore Ru-
maldi, Grimaldi regis filia, Neapolim iter flectit. Inde ad Ur-
25 bem iter tendens Vitellianum papam in VI° miliario[i] ob-
vium cum clero et populo habuit ac ita honorifice Romam
ingressus beato Petro pallium auro textum obtulit. Cogitabat *Frut.*
autem imperium ad Urbem retransferre[k], eo quod Constantino-
politanos, qui ei de sacrilegio in Martinum papam commisso
30 consilium dederant, tanquam hereticorum fautores exosos
haberet[1·2]. Huius diebus beata Gerdrudis virgo[3], Pippini[m] filia,
beato fine quievit. Dagoberto[4] quoque mortuo Clodoveus *Reg. et Frut.*
filius eius successit; nam alii filio, Sigeberto scilicet, dum ad-
.221. huc viveret, Austrasiam reliquerat eumque Cuniberto Colo-
35 niensium presuli et *Pippino commendaverat. Constans ab
Urbe digressus Siciliam ingreditur, ubi per VI annos mora-
tus fraude suorum XX°VIII°[n] imperii sui anno in balneo
perimitur. Quo mortuo Mitium quendam Armenium imperatorem *Frut.*
milites creant. Hoc comperto Constantinus Constantis
40 filius Siciliam[o] intravit Mitiumque cum interfectoribus patris
occidit ac compositis rebus in Hesperia ad urbem re-
giam rediit.

a) ipsaque *om. B* 2. b) imperium *C*. c) filii *om. A* 4. *C* 3. d) in Chr. duas *C* 3. 4. e) dum *A* 2. f) in *om. A* 1. 3. g) equo24 *A* 1—3. *B* 2, *corr.* equor
45 *A* 2. *B* 2. h) usque ad solum *A* 2. i) miliari *C (corr. alia manu* -rio *C* 3*)*; ab urbe *add. C* 3. 4, *quae in A* 4 *ante* miliario *leguntur*. k) transferre *A* 2. *C. Frut.* l) haberent *C* 2. 3 *(corr.* -ret *C* 3*)*. m) regis *add. A* 2. n) XX°VIIII° *A* 4; XX°VIII° *om. C* 3. 4. o) in Sic. *A* 3.

1) *Frut. p.* 154, 26. 2) *Nimis Otto sensum Frutolfi corrupit, qui*
50 *scribit l. c.:* quia odiosus factus est Byzantiis, eo quod Martinum papam
ignominiose tractans exiliavit *etc.* 3) *Frut. p.* 118, 20. 4) Dagoberto —
Quo mortuo *(l.* 38*) ex Frutolfi et Reginonis verbis congesta.*

Frut. XII. Anno ab incarnatione Domini DC°LXX° Constantinus Constantis filius cum duobus fratribus[a] Heraclio et Tiberio L^us^VIIII^us^[b] ab Augusto imperium sortitur, regnantibus in Francia Dagoberti filiis. Huius diebus[c] missis[1] ab Agathone papa legatis VI[a] synodus CL vel iuxta alios CCLXXXVIIII[d] episcoporum[e.2], presidente Georgio[f] eiusdem urbis patriarcha et Machario Antiocheno, qui iuxta Sergium, Cyrum, Pirrum et alios[g] antecessores suos[3] unam voluntatem et unam operationem asserebant esse[h] in Christo, sub[i] presentia principis congregatur. Revocatoque per apostolicae sedis legatos ad katholicam fidem Georgio[k] Macharius cum sequacibus suis anathematizatur, ac Theophanus[l] abbas de Sicilia in locum eius[m] subrogatur. In eadem synodo dampnata heresi tantae aranearum telae in conspectu omnium ceciderunt, ut in hoc facto omnes errorum sordes expulsos[n] cuncti animadverterent. His diebus beato Arnulfo, qui maior domus fuerat[o], seculo abrenuntiantip ac, ut diximus[q.4], postmodum[r] in ecclesia Metensi pontifice facto, Ansgisus filius suus principatum maioris domus tenuit. Beatus[s] Lanbertus[t] Traiectensem, quae post Leodium translata est[5], gubernavit[u] ecclesiam. Constantinus XVII° imperii sui anno diem ultimum clausit.

ib. XIII.[v] Anno ab incarnatione Domini DC°LXXX°VII° Iustinianus Constantini filius L^us^X^us^I[w] ab Augusto imperavit. Hic cum Sarracenis pacem fecit ac Affricam ab eis liberatam Romano imperio subiecit. Hic etiam Sergium papam, qui hereticae synodo suae in urbe regia celebratae subscribere noluit, misso Zacharia protospatario captivum ad se duci precepit. Sed milicia Ravennatensium erepto de manu eius pontifice Zachariam Urbe expulit. Eo tempore sanctus Kylianus cum sociis suis[x] martyrio coronatur*. Pippinus filius[y] Ansgisi maior domus effectus regnum Francorum administravit, cuius anni in katalogo[z] regum deinceps annotantur. Reges enim exhinc

Frut. 694. *) Sanctus Remaclus Traiectensium episcopus beato fine quievit *add. C. Cusp. et manu saec. XIII. in marg. B* 1.

a) fratr. *om. C* 3. b) LXX. *radendo mut.* LX, *quod alia manu corr.* LX9 *C* 3. c) Constantinopoli *add. C* 4; Constantinopolim *post* legatis *(l.* 5*) add. Cusp.* d) *ita A* 4. *C;* CC^us^ LXXXVIIII *A* 1—3. *B.* e) *ita Pithoeus;* episcopis *A. B. C. Cusp.* f) Georio *A* 4. *B* 1. *C* 2. 4. g) alios *om. A* 2. h) in Chr. esse *A* 2. i) in *C.* k) Georio *B* 1. *C* 2. 4. l) Theophilus *A* 2. 4. m) suum *C.* n) expulsas *solum A* 4. *Pithoeus.* o) fuerat *om. A* 2. p) abrenunanti *A* 1; abrenuntiante, -ante *alia manu supra lin. C* 3. q) *ita B* 1; ut dix. *om. C;* ac ut dix. *om. A. B* 2. r) postmodumque *A* 4. s) Beatus — ecclesiam *(l.* 21*) habet C* 1. t) Lanb. *om. A* 2, *ubi in marg. manu coaeva add.* preiec . . . ., *ultimis litteris a bibliopego abscisis.* u) eccl. gub. *B* 2. v) *cap.* 13. *om. A* 3*, *ubi cap.* 14. *numeratur* XIII; *cf. p.* 242, *n.* q. w) *ita A (radendo corr.* LX9 *A* 4*). B. C* 3. 4; LVI9 *C* 2*;* LX. *Cusp., Gotifr. (sed* 61. *B, id est codices primae recensionis).* x) suis *om. A* 2. y) Ansg. filius *A* 2. z) cath. *A* 2. *C* 3. 4; catalago *B* 1; kartalago *B* 2.

1) *Frut. p.* 149, 11. 2) legatis apostolicae sedis et episcopis 150 sive 289 residentibus *Frut. p.* 155, 16. 17, *qui paulo ante l.* 8. *scripserat:* collecta universali synodo 150 episcoporum, sive, ut quidam libri habent, 289, praesidente G. patr. *etc.* 3) *Cf. Frut. p.* 155, 10; *Regino p.* 28 *sq.* 4) *V,* 9, *p.* 241, *l.* 18 *sq.* 5) *Cf. Sigeb. a.* 710.

omnibus regni negotiis et honore nudati solo nomine *Frut.*
regnabant[1], maiores vero domus curam regni habebant[2]. Iustinianus a Leontio patricio, quem ipse per triennium in vinculis tenuerat, X° imperii sui anno preciso primum naso in exilium truditur, et Leo, qui Leontius, per tres annos imperium occupavit. Quibus expletis Tyberius, qui et Absmarus, absciso naso Leontii eum in monasterium trusit regnumque usurpatum[a] VII[b] annis tenuit. His diebus sub beato[3] Sergio papa VII[a] synodus Aquileiae congregatur.

XIIII. Anno ab incarnatione Domini DC°LXXX°VII°[c] *ib.*
Iustinianus[d], qui a Leone pulsus fuerat, adiutorio Terbellis[e] Bulgarum[f] regis regia urbe capta imperium recepit ac postmodum per VI annos tenuit. Hic Tyberium et Leontium captos ac in catenis positos per plateas trahi[g] et[h] post universo populo acclamante: *Super aspidem et basiliscum ambulabis* *Ps.* 90, 13.
et conculcabis leonem et draconem[4], pedibus colla eorum calcans ad ultimum decollavit. Eos vero, qui factionis erga eum perpetratae rei fuerant, diversis penis cruciari fecit ac pene[i], quotienscumque de mutilatis naribus guttam reumatis detersit, aliquem illorum necari precepit[5]. Gallicinum[k] patriarcham erutis oculis Romam in exilium misit ac Cyrum *Reg. et Frut.*
abbatem Ponti, qui ei exuli necessaria ministraverat, in
222. locum eius substituit Tyberiumque filium *suum regni con- *Frut.*
sortem fecit. Constantino etiam papae[l] accersito ac honorifice suscepto culpas suas humiliter confitetur ac postmodum omnibus sanctae Romanae ecclesiae privilegiis renovatis eum cum honore remisit. Porro collecto milite Philippicum, quem in Ponto relegaverat, comprehendere voluit. Qui ab exercitu imperator creatus VI°[6] ab urbe regia *Reg. et Frut.*
miliario pugna commissa Iustinianum occidit. Filium quoque[m] eius fideles Philippici necaverunt.

XV.[n] Anno ab incarnatione Domini DCC°XIII° Philippicus, *Frut.*
remotis[7] a catalogo[o] regum Leontio et Tyberio, qui vivente Iustiniano regnum invaserant, LX^us^III^us^ ab Augusto regnavit, in Francia solo nomine[8] regnante Dagoberto iuniore, Pippino vero maiore domus omnem regni honorem habente[p.8]. Hic amore cuiusdam monachi inclusi et heretici,

a) usurpavit *corr.* -patum *A* 2. *B* 1; XII annis usurpavit *A* 4. b) *superscr.* sex *B* 2. c) *ita A. B. C* 3. 4. *Cusp.;* DCCVII. *C* 2. *Frut.;* DCXCVII. *Urstis.* d) Iustinianus — consortem fecit *(l.* 24*) habet C* 1. e) *ita B* 1. *C* 4. *Cusp.;* tbellis *A* 1. 2. 4. *B* 2. *C* 3; trebellis *C* 1; tribellis *C* 2; ī bellis, *sed* ī *et primum* -l- *erasa, A* 3; Torbellis *Gotifr.* f) Bulgarium *A* 3. g) precepit *add. Gotifr.* h) et *om. C* 2—4 *(locus rasus C* 3*).* i) pene *om. C* 2. k) Gallicinium *A* 2; Kallinicum *Frut.* l) papa *A* 3. *C* 2. 4; pp̄, [a] *alia manu in loco raso C* 3. m) *ita B. Gotifr.;* filiumque *A. C;* fidelesque Phil. filium eius necaverunt *A* 4. n) *cap.* 15. *om. A (in folio post allito manu saec. XVI. ex codice aliquo classis C suppl. A* 1*, cuius variam lectionem hoc loco signo A* 1′ *distinximus); cap.* 16 *numeratur* XV. *A* 1. 3. 4, XIIII *A* 3*, *et sic deinceps (numeros om. A* 2*); cf. p.* 242, *n.* q. o) catologo *B* 2; cathal. *C.* p) habentem *A* 1′. *C* 2.

1) *Frut. p.* 118, 50. 2) *Frut. a.* 751, *p.* 159, 30 *sqq.* 3) *Pauli Hist. Langob. VI,* 14. 4) *Haec ad verbum cum Sacra Scriptura vulgatae editionis consonant, cum apud Frutolfum pauca immutata sint.* 5) *Regino p.* 34, *qui hic et in sequentibus Pauli Hist. Langob. ad verbum exscripsit.* 6) duodecimo *Pauli Hist. Langob., Regino, Frut.* 7) *At ipse Otto eos numerare videtur; sed vide p.* 254, *l.* 28. *et* 35. 8) *V. supra V,* 13, *p.* 245, *l.* 1; *infra V,* 21 *in.*

Frut. qui eum imperaturum[a] predixerat, synodum pseudoepiscoporum convocat ac sanctam et universalem sextam synodum reprobat. Cyro quoque deposito ac in monasterium truso Iohannem erroris sui socium patriarcham in urbe regia ordinat. Misit quoque Constantino papae de fide sua litteras, quas ille respuit. Preterea[a*] populus Romanus statuit, ne eius cartae vel figurae reciperentur vel nomen, utpote heretici[1], inter missarum sollempnia recitaretur. Hic dum sabbato sancto pentecostes egressus[2] a balneo circa meridiem in lecto cubaret, a Ruphino ac Theodoro patricio per auream portam ingressis[b] comprehensus post annum et VI[c] menses, ex quo regnaverat, cecatur[d].

Frut. Reg. XVI. Anno ab incarnatione Domini DCC°XIIII°[d*] Artemius,
Frut. qui mutato nomine dictus est Anastasius[3], in[e] die sancto pentecostes LX[us]IIII[us f] ab Augusto imperator creatur. Hic iuxta quosdam tribus annis regnavit, alii vero scribunt eum uno anno et mensibus[g] tribus, Philippicum vero duobus annis ac VIIII mensibus regnasse. Quam controversiam scriptores viderint[h]. Anastasius ergo regnum adeptus missis Romam literis katholicae fidei defensorem ac VI[ti] concilii assertorem se pronunciavit. Huius diebus Dagobertus rex Francorum moriturⁱ; Pippino quoque[k] maiore[l] domus mortuo Karolus filius eius regnum[m] Francorum per XXVII annos, regibus adhuc, sed[n] sine honore ac utilitate[4] manentibus, administravit[o].
Reg. Hic Magni Karuli avus Regenfridum regnum[5] invadere volentem multis ac gravibus[p] bellis pressit ac ad[q] ultimum relicta sibi tantum[r] ad habitandum Andegavensium civitate regno cohercuit. Is[s] etiam victis Baioariis Alemanniam quoque, quam Sueviam dicunt, cum Lantfrido duce eorum subiugavit. Gaschoniam cum Eudone Aquitaniorum
Frut. duce devicit. Int.[6] Saxonia ac Fresia fortia bella gessit.
Reg. Sarracenorum, qui cum uxoribus ac filiis[u] Aquitaniae fines ingressi fuerant, CCCLXXXV milia[7] fudit, ex Francis tan-

a) regnaturum *A* 1′. *C.* a*) ppte*a *A* 1′. b) *secundum* -i- *corr. ex* -u- *B* 2; egressus *A* 1′. *C (e- manu quae videtur alia, coaeva tamen, suppl. C* 3). c) menses VI *B* 1. d) excecatur *A* 1′. *C.* d*) DCCXIII. *C, corr.* DCCXIIII. *C* 2. e) in — pentec. *om. C.* f) IIII⁹ *in loco raso A* 4. g) tribus mens. *C* 3 *(*mens. *in marg. suppl.).* 4. h) videant *C* 3. 4. i) iunior *alia manu fortasse paulo recentiore supra lin. add. A* 4; moritur rex Franc. *A* 1—3. *B* . k) Pippinoque *C.* l) maiorē *A* 3. m) rex *A* 4. *C.* n) sed *om. C.* o) adm. *om. C* 2; ministravit *C* 3. 4. p) generibus, *manu recentiore superscr.* gravibus *B* 2. q) ad *om. B* 2. r) tantum ad habit. *om. C* 4. s) Hic *C.* t) Etiam Sax. *A* 1. 3; Etiam in *A* 2, *sed* in *alio atram. supra lin. add.;* subegit et in Sax. *A* 4. u) liberis *C;* parvulis *Reg.*

1) *Regino p.* 35. 2) cum lavaret in balneo publico, ingressus cum equitatu et organis, habitoque prandio . . . requiesceret meridie *Frut. p.* 156, 68. 69. 3) Anastasius, qui et Artemius dictus est *Regino cum Paulo;* Artemisius, mutato nomine Anastasius *Frut. p.* 157, 2 *cum Hist. Misc.* 4) *Cf. Frut. p.* 159, 40: inutile regis nomen. 5) *Frut. p.* 157, 25. 6) In Saxonia — gessit *ex Frut. l. c.* 7) *Sic Reginonis codices B* 1—3, *sed Otto quin codice A* 1, *olim Frisingensi, nunc Monacensi Lat.* 6388, *usus sit, dubitari vix potest, qui cum Pauli Historia Langob. VI,* 46. CCCLXXV milia *exhibere videtur.*

tum mille quingentis, Eudone[a] Aquitaniae duce in epistola, *Reg.*
quam beato[1] Gregorio papae II° scripsit[b], teste, amissis.
Hic rursum XX° regni[c] sui anno Gaschoniam ingressus Eudonem
occidit ac sequenti anno contra filios eius bellum instauravit.
5 Sarracenos denuo Gallias intrare volentes[d] iuxta[e] Narbonam delevit. Qui dum iterum Provinciam capta[f] Arelato[g] vastant, a Liuprando Longobardorum[h] rege, qui filium eius Pippinum tonsa cesarie adoptaverat in filium, petito[i] et accepto auxilio[k] de finibus eius fugere coguntur. Igitur
10 dum regnum Francorum multis modis sub bellicosissimo principe[1] Karolo[m.2] augmentaretur, regnum Romanorum, quod ad urbem regiam translatum fuerat[n], non solum ab hostibus amissis provinciis imminuebatur, sed et intestinis malis intra se collidebatur[3]. Etenim circa principia *Frut.*
15 principatus Karuli coniuratione facta milites adversus Anastasium Theodosium imperatorem[o] creant invitum. Quo comperto Anastasius in Niceam se contulit. Quem Theodosius conserto prelio vicit ac clericum factum postmodum etiam[p] in[q] presbyterum ordinari fecit.

20 XVII. Anno ab incarnatione Domini DCC°XVII° Theodo- *ib.*
sius LX^us^V^us^ ab Augusto imperium sortitus uno tantum anno imperavit. Leo enim Orientalium pretor civile bellum parans filium eius Theodosium[4] in Nicomedia comprehendit. Ob ea fractus animo Theodosius consilio Germani patriarchae ac
25 senatus sponte purpura deposita clericus efficitur. His diebus Tyberis inundans multa edificia Romae subruit duransque VII dies, civibus letanias agentibus, VIII° demum die cessavit.

p. 223. *XVIII. Anno[r] ab incarnatione Domini DCC°XVIII° Leo, *ib.*
30 natione Syrus, LX^us^VI^us^ ab Augusto imperavit, manente adhuc[s] in Francia Karolo seniore. Hic[t] imagines Domini ac sanctorum incendi et multos impietati suae resistentes decollari iussit. Inter* ceteros passa fuit virgo Christi Theodosia[u], cuius usque hodie maxima manet in urbe

35 *) Inter — Leo *(p. 248, l. 9) om. C, habet Cusp.*

a) Eudonie *A* 3. b) scribit *A* 2. c) regni *om. C.* d) volente *A* 2. e) iuxta *om. C* 3. f) capta *A* 4. *B* 2, *corr.* -ta *B* 2. g) relato *A (alia manu corr.* arelato *A* 2; *manu saec. XVI. corr.* arelato *A* 1*)*; aredato *C.* h) zogob. *corr.* logob. *A* 3. i) potito *A* 2. k) consilio *C.* l) rege *A* 2. m) Karolo *om. A* 2. n) erat *C.*
40 o) creant imp. *A* 3. *C* 3. 4. p) et *A* 1—3. q) in *om. A* 4. r) Anno — decollari iussit *(l. 33) habet C* 1. s) ac huc *B* 1. t) Hi *A* 1—3, *corr. alio atram.* Hic *A* 2. u) Theodosîa *A* 1. 2. 4. *B* 2; Theodossa *B* 1.

1) *Pauli Hist. Langob. VI,* 40. 2) Carolus bellicosissimus et victoriosissimus princeps Francorum moritur *Regino p.* 37. 3) *Cf.*
45 *Frut. a.* 716, *p.* 157, 22: In Romano quoque imperio apud Constantinopolim adhuc imperatores erant, sed et ipsi intestinis pariter et extrinsecis bellis pene adnullati parum valebant. 4) filium Theodosii *Frut. p.* 157, 35.

regia veneratio. In ecclesia enim sanctimonialium integro corpore humata servatur omnibusque[a] adveni-
entibus tanquam caelestis medica inter manus virginum deportata[b] adhibetur ac tanquam pro bono omine, quoscumque conculcando gravem se prebuerit, habetur. 5
1147. Quod et[c] nuper, dum Hierosolimitana expeditio sub Conrado Romanorum, Lodewico[d] Francorum regibus ageretur, nos cum multis aliis experti fuimus[e·1].
Frut. Leo Germanum etiam patriarcham sede sua pellens Anastasium in locum eius[f] substituit. Qua de causa Gregorius 10
papa commonito sepe per litteras imperatore ac incorrigibili invento Italiam ab eius imperio recedere persuasit. Per idem tempus ab eodem pontifice
Reg. Frut. Bonifacius in Germaniam missus, beatus quoque Pirminius[g], qui multorum monasteriorum auctor[h] extitit[2], clari 15
habebantur. Reliquiae sancti Augustini a Sardinia[i] in Tycinum[k] a Liuprando Longobardorum[l] rege deportantur. Beda etiam venerabilis Anglorum[m] presbyter, multa scripturarum suarum monimenta relinquens[3], in pace quievit. His diebus Sarraceni urbem regiam per triennium[n] obsi- 20
Reg. dione cinxerunt tandemque clamantibus ad Dominum civibus fame, frigore ac pestilentia correpti discesserunt. In urbe quoque CCC[ta] milia pestilentia perisse referuntur[o]. Verum Leo imperator impius XX°IIII° imperii sui anno moritur. 25
Frut. XVIIII. Anno ab incarnatione Domini DCC°XL°II° Constantinus Leonis filius LX[us]VII[us] [4] ab Augusto patri in regnum successit. Hic per omnia patrem maliciap[p] supergressus maleficiis ac cruentis sacrificiis et invocationibus demonum, luxuriae quoque ac[q] immunditiae[r] inserviens ecclesi- 30
amque Dei more antiquorum tyrannorum persequens tam crudelis[s] ac impius[5] fuit, ut iusto Dei[t] iudicio tam ob eius quam ob patris scelera[u] regnum illud nobilissimum imminutum videatur. Anno imperii eius primo[v] Karolus Pippini filius moriens tres filios, Karlomannum, Pippinum 35
et Griphonem, reliquit. Horum Gripho, qui minor natu erat,

a) -que *om.* *B* 1. b) deportatā *B* 1. c) et *om.* *A* 2. d) rege *add.* *A* 2, *omisso infra* regibus. e) sumus *A* 3. f) suum *C* 3. 4. g) Pirmin° *B* 1. h) pater *A* 4. i) a Sard. *om.* *A* 2. k) *eadem manu superscr.* i. papiā *C* 4. l) Longob. rege *om.* *A*. m) presb. Angl. *A* 2. n) triennia *B* 2. o) feruntur *A* 4. p) militia *manu recentiore corr.* mal. *B* 2. q) et *C*. r) inmunditiis *C*. s) impius ac crud. *C*. t) iud. Dei *A*. u) scelara *B* 2. v) prima *manu recentiore corr.* primo *B* 2; illo *C* 2. 40

1) *Haec primae Chronicae editioni ad Isingrimum missae defuisse patet. Vita s. Theodosiae apud occidentales non lecta esse videtur.* 2) *Cf. ex gr. Herim. Contr. Chron. a.* 727. 3) *Bedae chronicorum maiorum finem a.* 726, *mortem a.* 731. *Frut. commemorat.* 4) 65. *Ann. S. Trudp., cf. p.* 245, *l.* 33. *et p.* 254, *l.* 28. *et* 35. 5) impius et anticristi precursor *Constantinus iste a Frutolfo p.* 157, 57. *dicitur.* 45

consilio uxoris[1] suae Suanihildae, Ödilonis Baioariorum ducis *Frut.*
consanguineae, occupata[a] Lauduno fratribus bellum indicit. Qui collecto milite Laudunum obsidione cingunt fratremque in deditionem acceptum in castello iuxta Alvernam custodiae man-
5 ciparunt[a*].

XX. Anno ab incarnatione Domini DCC⁰XL⁰III⁰ Pip- *ib.*
pinus et Karlomannus primo in Aquitaniam contra Hunaldum eiusdem provinciae ducem procinctum movent captoque castello quod Lucas dicitur in loco qui Vetus Pictavis vocatur regnum divi-
10 dunt, Karlomanno Austriam[b], Alimanniam, Turingiam, Pippino vero Burgundiam, Neustriam[c], Provinciam sortito. Deinde multis preliis commissis anno ab incarnatione Domini DCC⁰XL⁰VI⁰, cum iam Fuldense monasterium fundari ceperat, Karlomannus aperit fratri se[d] seculo abrenuntiare velle. Quod sequenti
15 anno ad effectum perducens et ad Zachariam Romanum pontificem veniens[e] ab eo clericus factus post[f] in monasterio sancti Silvestri, quod in monte Sorapte[g·2] situm est, monachicum[h] habitum assumpsit. Sed cum multis ex Francia ad se venientibus optata quiete perfrui non posset,
20 ad monasterium beati[i] Benedicti[i*] in monte Cassino positum se contulit ibique reliquo vitae[k] suae tempore feliciter conversatus fuit. Verum Gripho fratri rebellans Baioariam, eiecto inde Tassilone duce, occupat. At Pippinus Tassilonem[l] in ducatum restituit fratrique XII comitatus con-
25 cessit. Quibus ille non contentus ad Waifarium Aquitaniae ducem fugit.

XXI. Anno ab incarnatione Domini DCC⁰L⁰I⁰, cum, *ib.*
ut sepe iam dixi[3], regibus Francorum solo nomine regnantibus maiores domus omnem regni curam administrarent, Pip-
30 pinus, qui hanc dignitatem per successionem acceperat, Burchardum Herbipolensem episcopum et Folradum *Frut. et Reg.*
capellanum suum ad Zachariam sciscitandi gratia misit. Pontifex ergo melius esse, ut ille, qui curam omnium haberet, rex diceretur, quam qui solum nomen regis ge-
35 reret, remandavit[4]. Eo tempore Hildericus[m] ex antiquorum *Frut.*
Francorum regum, qui a Meroveo Clodii filio[n] Merovingi[o] dicebantur, sanguine descenderat, inane, ut supra dixi[5], regium nomen tenebat[6].

*p. 224. *XXII.[p] Igitur anno ab incarnatione Domini DCC⁰L⁰II⁰[q], *ib.*
40 reversis a Roma nunciis, auctoritate Zachariae papae Pippinus

a) occupato *A* 2. 4, *corr.* -ta *A* 2. a*) mancipauerunt *B* 2. b) al' asturia *manu recentiore in marg. add. B* 2. c) Neustiam *A*. d) se *om. C* 2. 3. e) Rome *add. C* 3. f) primo *C* 4. g) Sorapte *mut. alio atram.* -ti *A* 2; Sarapte *C* 2. 4. h) monachium *B* 2. i) sancti *A*. i*) Benedicti *litteris maiusculis scriptum A* 4. *B* 2.
45 (Benedi *in loco raso A* 4). k) suae vitae *A* 2. l) Tassilonem — ille *(l.* 25*) om. B* 1. m) qui *supplendum esse videtur.* n) a quo *add. C* 4. o) Meroiungi *A* 2; Merouingii *A* 3. p) *num. om. A* 1; *nulla cap. distinctio A* 2—4; XXIII. *C* 3 *(cf. p.* 242, *n.* q*).* q) DCC⁰L⁰I⁰ *A* 4.

1) *Matrem illam fuisse Griphonis recte Frut. p.* 158, 31. 32. *tradit.*
50 2) in monte Soracte sive Syrapti *Frut. p.* 159, 11. 3) *Supra V,* 13. 15, *cf.* 16, *p.* 246, *l.* 23 *sq.* 4) *Cf. etiam Ann. Hildesheim. p.* 11. 5) *Vide n.* 3. 6) *V. etiam Frut. p.* 118, 55.

Frut. a beato Bonifacio Moguntino[a] archiepiscopo aliisque[b] regni principibus[1] in Suessona[c] civitate ad regnum eligitur. Anno sequenti Zacharia defuncto Stephanus papa successit. Is, cum multa ab Aistolfo Longobardorum[d] rege pateretur, Pippino ab expeditione Saxonum revertenti, ubi et nuncium de morte fratris sui Griphonis habuit[e], in villa quae Carisius dicitur occurrit[2] eumque, ut sanctae Romanae ęcclesiae[f] succurreret, rogavit.

Frut. XXIII.[f*] Anno ab incarnatione Domini DCC°L°IIII° Pippinus a Stephano papa primo a fidelitatis[g] sacramento, quam Hilderico promiserat, cum aliis regni Francorum primoribus absolvitur ac detonso Hilderico et[h] in monasterium truso postmodum in regem ungitur. Hic Merovingorum regno finito Karolingorum, per quod etiam Constantinopolitanum minuendum erat, cepit. Ex hoc[i] Romani pontifices regna mutandi auctoritatem trahunt. Pippinus igitur re prius, exhinc nomine simul ac re regnum Francorum gubernavit. Huius diebus floruerunt[k] clarissimi regni Christi[l] principes, Bonifacius predictus Moguntinus archiepiscopus[3], Robertus[m] Iuvaviensium[n] presul[4], Corbinianus[5] Frisingensis ęcclesiae antistes et alii quam plures[6].

XXIIII.[o] Sed quia beati[p] Corbiniani[q] mentionem fecimus, cuius locum indigni tenemus, tanti viri gesta omnino silentio preterire inconveniens arbitramur[7]. Hic

a) Moguntio *A* 3; Maguntino *A* 4; Mogontino *B* 2. b) -que *om.* *B* 2. c) Suessoñ *C* 2; Suessonis *C* 3. 4. d) francorum, *post delet. et manu s. XIII.* longobardorum *in marg. suppl.* *A* 2. e) et *add.* *C* 3. f) sue *add.* *A* 1. f*) XXI, *et sic deinceps* *A* 1. 3. 4; *cf. p.* 36, *n.* r; XXIIII, *et sic deinceps* *C* 3. g) sacr. fidel. *C* 3. 4. h) et *om.* *A* 2. i) ħ *A* 1. k) -or- *manu recentiore supra lin. suppl.* *B* 2. l) Christi *om.* *A* 3. m) *ita* *B* 1. *C;* Růbertus *A* 2. 3; Růdbertus *A* 4, *ubi manu coaeva superscr.* Virgilius; Růdibertus *litteris maiusculis scriptum* *B* 2; *pro* R[ů]b[ertus] *eraso manu paululo posteriore insertum* Virgilius *A* 1, *ex quo profecti sunt* *A* 1*a indeque codex Cuspiniani.* n) Iuuauensis *A* 4; Iuuaniensium *B* 1. *C* 4: Iuuensium *B* 2; waviensium *C* 2. o) *nulla cap. distinctio* *C* 2; *cf. n.* f*. p) sancti *A* 2; beati *om.* *B* 1. q) Gorbiniani *B* 2.

1) more Francorum *Frut. a.* 752, *cf. Regino p.* 44. 2) *Reditus Pippini de Saxonia et iter papae in Franciam neque apud Frutolfum neque apud Reginonem coniunguntur.* 3) *Cf. Frut. a.* 752. 755; *Regino a.* 750. 752. 4) *Rupertus Salisburgensis archiepiscopus minime tempore Pippini regis florebat. W. Rupertum, cuius tempora saec. XII. viri docti ut diffinirent, laborabant (cf. SS. XI, p.* 15 *sqq.), etsi de anno mortis eius certi quicquam statui non potest, c. a.* 700, *id est sub Pippino medio maiore domus, vixisse constat; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I*[4], *p.* 372 *sqq.* 5) *Similis error; Corbinianus vixit tempore Pippini Heristallensis. W. Duravit sub Karolo Martello.* 6) *Cf. ex gr. Frut. a.* 760 *(infra V,* 25, *p.* 253, *l.* 24 *sq.); Regino a.* 752. 7) *In iis quae sequuntur Otto in compluribus cum Vita s. Corbiniani retractata (Acta SS. Boll.* 8. *Sept. III, p.* 281 *sqq., cf. Riezler, 'Abhandl. der k. bair. Akad. der Wiss., hist. Cl.' t. XVIII,* 1, 1888, *p.* 217 *sqq.) convenit. Sed non semel rerum coniunctionem mutavit, ut sua e memoria scripsisse videatur.*

Waldegiso patre ac matre Corbiniana[a], claris ad seculum parentibus, generatus[b] in ipsa etiam pueritia divinam gratiam, quam postmodum plene accepturus erat, prelibavit. Etenim mundi non detentus illecebris, de cuncta parentum substantia solo victu et vestitu contentus in cellula, quam sibi construxerat, habitavit. Vindemiarum autem tempore dum quidam ei[c] vini primicias obtulisset, musti fervescentis[d] impetus spinam[e] vasis excussit[f]. Sed vir Dei regulare[1] silentium nolens violare famulis quidem hoc[g] indicare distulit, orationibus tamen vinum[h], ne inutiliter effluere[i], cohibuit. Cum vero fide et virtute, qui altius proveheretur, dignus[k] esset, a beato Gregorio urbis Romae episcopo presul ordinatus ad gentes destinatur. Igitur per vallem Tridentinam rediens ac[l] Baioariam[m] ingressus[2] a Tassilone[n] duce eiusque filio Theodone[3] benigne susceptus montem Frisingensem[o] accepit. Ubi primo ecclesiam, quae[p] usque hodie cernitur[4], in honore beati Benedicti[p*] construxit ac monachorum ibi sacrum[q] conventum adunavit[5]. Est autem[r] mons idem in pulcherrimo et amenissimo loco positus, limpidissimarum aquarum ac praecipue Ysarae rapidissimi fluvii[s] cursu conspicuus, totam illius regionis faciem et[t] ex australi plaga latissimam campi planiciem tamquam e specula longe lateque contemplans. Hic illis diebus silvis circumseptus quasi[u] venatorum specula fuisse traditur. Manent adhuc silvarum in plano inter harundineta vestigia, antiqui scilicet[v] trunci, cervorum quoque[w] usque hodie ac capreolorum multitudo copiosa. Ex septentrionali vero parte adhuc silva non mediocris, quae forestus vulgo dicitur,

cf. V. Corb. c. 1. *cf. ib. c. 2.* *cf. ib. c. 4.*

a) Gorbiniana *B* 2. b) generat⁹, ⁹ *e corr.* *B* 2. c) vini prim. ei *A* 1—3. *B* 2; Dum prim. vini a quodam accepisset *A* 4. d) feruentis *A* 2. e) zaphin *alia manu in marg. add.* *C* 3. f) excussis *A* 3. g) h *A* 1. 3; hoc quidem *A* 2. h) ne vinum *C*. i) flueret *A* 2. k) dignus *om.* *B* 1. l) ac Baioar. — susceptus *(l.* 15*) in marg. inferiore f.* 88ᵛ *(quod finit verbis* in honore beati Benedicti construxit, *infra l.* 17—18*) suppl.* *B* 2. m) boariam *A* 3. n) tessalone *A* 4. o) *ita scripsi;* Frisinḡ *A.* *B* 1. *C* 3; Frisnīḡ *C* 2; Frinsinḡ *C* 4; Frisingēsis *B* 2; Frisigẽ *Cusp.;* Frisingen *Pithoeus.* p) quam *A* 3. p*) Benedicti *litteris maiusculis scriptum* *B* 2. q) conv. sacrum *C* 3. 4. r) ibi *add.* *A* (ibi mons *in loco raso* *A* 2); *una fere littera erasa* *B* 1. s) fluvii *om.* *C* 2. t) in *add.* *C (sequens* ex *alio atram. delet.* *C* 3*).* u) quia *B* 2. v) scilcet *B* 2. w) quoque *om.* *C* 2.

1) *Reg. S. Benedicti c.* 42: Omni tempore silentio debent studere monachi, maxime tamen nocturnis horis. 2) *Hoc de secundo Corbiniani itinere Romano Vita habet.* 3) *Tempora confundit noster. W. Theodonem ducem eiusque filium Grimoaldum Vita s. Corb. c.* 3, *Grimoaldum solum c.* 4 *sq. habet.* 4) *Cf. Meichelbeck, Hist. Frising. I,* 1, *p. XXI sq.* 343, *qui post cathedralem ecclesiam eam exstare dicit.* 5) *Cf. versus, qui in ecclesia maiore Frisingensi exstantes manu saec. XII. codici Lat. Monac.* 6427 *(Fris.* 227*), f.* 66ᵛ, *inserti sunt, Riezler l. c. p.* 273.

edibus ac igni[a] plurimum civitati utilis, superstes cernitur. Contigua quoque monti[b] terra ex austro Ysara, ex aquilone Ambra fluviis[c] inclusa in sinum quendam fertilissimum ad IIII[or] Teutonica miliaria protenditur. In fine cuius, ubi predicti amnes[d] confluunt, locus qui Moseburga[e] dicitur, pulcher[f] valde et delectabilis, in beati Castuli ecclesia congregationem clericorum habens, positus[g] cognoscitur. Beatus ergo Corbinianus Frisingensem[h] ecclesiam plurimis honoribus ac possessionibus locupletavit[1] ac sanctissimae vitae documentis informavit.

cf. V. Corb. c. 3. Fertur de eo, quod quadam vice, dum[i] pro ecclesiae necessitate Romam pergeret, ursus sagmarium suum occiderit. Cui vir Dei capto sagmam imposuit et, ut eam deferret,

Hebr. 4, 12. precepit, ac verbum Dei **omni gladio penetrabili*us[k] effectum indomitam bestiam mandatis viri Dei obtemperare coegit. Eodem itinere sociis suis in loco deserto fame laborantibus[2] aquila subito piscem detulit, cuius esu cuncti qui aderant cum stupore[l] et admiratione refecti et exhilarati sunt. Alio tempore ad regem[3] Pippinum iter faciens

cf. V. Corb. c. 2. latronem suspendio adiudicatum, dum precibus a iudice liberare non valeret, signo crucis munivit[m] profectusque ad regem[3] reum illum iam suspensum, sive mortuum sive vivum, sibi donari postulat et impetrat. Celeriterque remeans[4] illum biduanum[n.5] in patibulo vivum repertum illesum deposuit et correctum[o] abire permisit. His aliisque, quae longum est exequi, virtutibus virtutumque miraculis iste vir Dei prefatam ecclesiam primus irradiavit antistes.

Frut. XXV.[p] Anno ab incarnatione Domini DCC°L°V° Pippinus rex rogatu Stephani papae contra Aistulfum Longobardorum regem procinctum movens Italiam ingredi[6] disponit[q]. Cui dum Longobardi in artis locis montium[r] obsisterent, cesis multis, magno labore claustra penetrans in plano resedit. Porro Aistulfus Papiam se contulit, quam Pippinus tamdiu circumdedit, donec receptis XL[a] obsidibus ac iureiurando interposito, ne amplius Romanam ecclesiam in-

a) ligni, *eadem manu eodemque atram. superscr.* igni *A* 1. 3. b) moti *A* 1. 3. c) fluni9 *B* 1. d) amni *A* 2. e) Moseburda *A* 2; moseburch *A* 4; mesoburg[4] *C* 2; Moseburg *C* 3. 4; Mosenburga *Cusp.* f) valde pulcher *C* 3. 4. g) pos. *om.* *A* 2. h) Frisingē *A* 1—3. *C* 4; Frisingēsis *B* 2. i) q. incedu *A* 1. 2; in- *corr.* ui- *A* 3; vice *manu s. XIII. superscr.* *A* 2; informavit. Hic dum *A* 4. k) penetrabilis *alia manu mut.* -le *A* 2. l) stupure *B* 2. m) munuit *B* 1. n) triduanum *C*. o) correptum *B* 1. p) XXIIII, *et sic deinceps* *C* 2; *cf. p.* 250, *n.* f*. q) parat *C*. r) montium *om.* *A*.

1) *Cf. Vita s. Corb. c.* 5, 37. 38. 6, 46. 2) *Aliter Vita s. Corb.* 3) maiordomus *vel* princeps *Pipinus in Vita s. Corb. dicitur*. 4) missique utrorum directi *Vita s. Corb.* 5) die tertia vesperascente *Vita s. Corb.* 6) *Cf. Regino a.* 753.

festarent[a], obsidionem solveret[b] Stephanoque[c] pontifice cum milicia Francorum honorifice ad sedem propriam remisso ipse ad propria[d] remearet[e]. Hoc anno[1] beatus Bonifacius archiepiscopus, qui, ut aiunt, terminos[f] episcopatuum Baioariae, sicut hodie manent, distinxit[2] Fuldenseque cenobium fundaverat[3] ac multa ecclesiae Dei profutura opera tam in Gallia quam in Germania patraverat, verbum vitae predicans a Fresonibus martyrio coronatur. *Frut. ~~et Reg.~~* *Reg.*
Anno sequenti[4], cum Aistulfus ea, quae laudaverat, irrita faceret, Pippinus eum denuo Papiae obsessum promissa impleres[g] compulit. Insuper etiam Ravennam cum aliis plurimis Italiae urbibus beato Petro resignavit[h] ipseque reversus est in Gallias. *Frut.* *~~Reg. et~~ Frut.*

Anno dehinc proximo, cum iam, ut sepe dixi[5], Francorum regno crescente Romanum decresceret, Constantini augusti nuncii Pippino munera deferentes ad eum apud Compendium veniunt. Tassilo quoque Baioariorum dux illo cum maioribus gentis[i] suae veniens regi filiisque suis fidelitatem sacramento promisit. Sequenti anno rex gravi ac laborioso bello Saxones devicit eosque tributarios[6] fecit. Non multo post elapso tempore contra Waifarium Aquitaniae ducem, eo quod ecclesias sui[7] iuris infestaret, militem instaurat acceptisque ab eo obsidibus revertitur. His diebus beatus Othmarus in[k] insulam Rheni[8] Stein relegatus migravit ad Dominum. Pippinus Waifarium[l] adhuc rebellantem multis ac gravibus bellis pressit. Tassilo etiam Baioariorum[m] dux postposita fide avunculo suo Pippino rebellare attemptat. Difficilia[n] et periculosa haec tempora[9] duobus fortissimis Aquitaniae ac[o] Baioariae ducibus regi rebellantibus fuere. Ea tempestate Turci[p] a Caspiis portis egressi cum Avaribus multis utrobique profligatis conflixere. Igitur Pippinus multis ac variis bellis patratis ad ultimum Waifarium interfecit ac non multo post in reditu Turonis[10] infirmatus et inde Parisius deportatus *Frut.* *Frut.* *ib.* *Frut. et Reg.*

a) infestaret *C*. b) solveret *mut.* solvit *A* 2. c) Stephano quoque *A* 3. d) ad propria *om.* *C* 3. e) remeari *A* 1. *B* 2 *(ubi manu recentiore superscr.* -vit*)*; remeauit *A* 2 (-uit *in loco raso*). 3; rediit *A* 4. f) term. *om.* *A* 2. g) iple[t] *A* 1; inplens *A* 3. h) designavit *A*. i) suae gentis *A*. *B* 2. k) in *om.* *C (supra lin. suppl. C* 3*)*. l) waifario24 *A* 3. m) dux Baioar. *A* 2. n) difficia *A* 3. o) et *C*. p) Turci *om.* *C* 2.

1) *Ita Frut. a.* 755 *(cf. Ann. Hildesheim. a.* 755*); ad annum praecedentem (*752*) Regino mortem Bonifatii tradit.* 2) *Cf. Vita Bonif. auct. Willib. c.* 7 *(ed. Levison, SS. rerum German.* 1905, *p.* 38*), et praecipue Vita Bonif. auct. Otloho I,* 33 *(ib. p.* 146*).* 3) *Cf. ex. gr. Herim. Contr. a.* 744, *Sigeb. a.* 743; *Frut. a.* 745. *Bonifatium non nominat.* 4) *Ita cum Frutolfo.* 5) *IV,* 31 *fin.* 32 *(p.* 224, *l.* 30*).* 33. *V,* 16, *p.* 247, *l.* 10 *sqq.* 6) *Cf. Regino a.* 757. 7) *Id est Pippini; cf. Frut. a.* 760, *Regino a.* 760. 8) *Ita ex. gr. Herim. Contr. Chron. a.* 759; *cf. Vita s. Galli auct. Walafr. II,* 14, *SS. rerum Meroving. IV, p.* 323, 5. 9) *Cf. VII,* 10 *fin.* 10) *Pippinum Santonis*

anno, ex quo in regem unctus est, XIIII°[1], ex quo vero
Frut. et Reg. principari post mortem patris[a] ceperat XX°VI°[2], diem obiit duos relinquens filios, Karolum et Karlomannum.

Frut. XXVI. Anno ab incarnatione Domini DCC°LX°VIII°, imperante adhuc Constantino, Karolus diviso cum fratre regno regnare cepit. Hic primo Hunaldum, qui[3] occiso Waifario bellum in Aquitania renovabat, ad Lupum Gaschonum ducem[b] fugavit postque[c] tam ipsum quam Lupum in deditionem accepit. Et sequenti anno in Wormatia[d] generalem curiam celebrans orationis causa limina apostolorum visitare disponit[4]. Tercio regni sui anno Karolomanno fratre[e] suo defuncto uxoreque illius cum filiis ad Desiderium Longobardorum regem fugiente[f] Karolus solus regnans Saxoniam cum exercitu ingreditur omnibusque[g] ferro ac igne vastatis, acceptis obsidibus revertitur[5]. Dehinc rogatu Adriani papae Italiam ingreditur et[h] Desiderium Longobardorum regem Tycini[i] obsidione inclusit[k], ibique dimisso exercitu Romam orationis gratia[l] pergit. Inde reversus urbem fatigatam ad deditionem compulit regemque captivum abduxit. Inter haec[m] Saxones absentia regis elati fide posthabita[6] contigua terrae suae loca[n] populantur. Porro rex subacta Italia reversus in[o] *Franciam tripertito *p. 22
ordine militum Saxoniam ingreditur, incendiisque vastata terra predam inmensam diripuit, et non multo post regressus denuo ab[p] eis obsides accepit. His diebus Constantinus persecutor XXX°V°[7] imperii sui anno mortuus est, eique filius suus Leo successit.

ib. XXVII.[p*] Anno ab incarnatione Domini DCC°LXX°VI° Leo LX[us]VI[us][8] ab Augusto imperium accepit. Hic[q] primo visus[r] est mitior, unde et principes filium eius imperatorem[s] postulant. Per idem tempus Saxones more suo[9] non semel, sed sepe pactum[t] mentientes Karolus diversis preliis[u] pressit ac plurimis ex eis fidem Christianam accipere persuasit. Porro Leo imperator V° imperii sui anno moritur.

ib. XXVIII.[p*] Anno ab incarnatione Domini DCC°LXXX°I° Constantinus filius Leonis LX[us]VII[us][v] ab Augusto patri in regnum successit. Huic filia Karoli desponsata a matre sua alii copulatur. Anno imperii eius I° Karolus rex Romam veniens ab Adriano papa honorifice suscipitur. Ibique sancto pascha celebrato

a) post patrem *A* 2. b) ducem *om. A* 2. c) -q̃ *corr.* -q *A* 3; -que *om. C* 2. d) Warmatia *A. B* 2. e) fratreque *A* 2. f) fugente *A* 2. g) -que *om. B* 2. h) et *om. B* 1. i) Tytini *A* 1—3. k) includit *C.* l) causa *A* 2. m) haec *om. A* 2, *ubi* ea *alia manu supra lin. add.* n) loca *om. A* 2. o) in *om. A* 3. p) obs. ab eis *A* 2; ab eis *om. A* 4. p*) *num. om. C* 2; *cf. p.* 250, *n.* f*. q) est *add. A* 2. r) est visus *A.* s) post. imp. *A* 3. t) suum *add. C* 3. 4. u) preliis *om. B* 2, *ubi manu recentiore in marg. suppl.* in locis. v) *manu recentiore superscr.* VIIII. *B* 2; *cf. n.* 8.

infirmatum primo Turones, post Parisius delatum esse Regino et Frut. tradunt. 1) 15. *Frut. tacente Reginone.* 2) 27. *Frut. tacente Reginone.* 3) *Cf. Frut. p.* 161, 39. 4) *Haec de matre Karoli Frut. a.* 770. *tradit, quocum Regino a.* 770. *consentit.* 5) *Cf. etiam Regino a.* 772. 6) postpositis sacramentis *Regino a.* 774. 7) *Ita secundum Frut. a.* 742. 8) *Cf. supra V,* 19, *p.* 248. *et V,* 15, *p.* 245. 9) more solito *Regino a.* 776.

Pippinus filius eius[a] in regem Italiae et alius, Lodewicus scilicet, in regem Aquitaniae ab eodem pontifice unguntur[b], ipse vero acclamante populo universo patricius Romanus[c] appellatur. Misit etiam Adrianus papa nuncios ad Tassilonem, qui eum de fidelitate regis monerent. *Frut.*

XXVIIII.[c*] Circa idem tempus rege pascha Dominid celebrante Inglinheim Tassiloe cumf maioribus gentis suaeg venit. Ubi dum accusatus a Baioariish, quod fidemi regik non servasset, quin immo Avaresl ad vastandum regnum induxisset, cum de his et aliis huiusmodi convictus fuisset, maiestatis reus ac capitali sententia plectendus iudicatur. Rex tamenm misericordia motus in monasterio Laureacensin·[1], quod ipse construxerat[2], eum monachicumn* habitum assumere ac de peccatis suis penitentiam agere permisit. Constantinus vero consilio matris suae Hyrene, ut aiunt, cecatus, non multo post XIIII°[3] imperii sui anno diem obiit, regnavitque post eum mater sua V annis, digna, cuius diebus orbis imperium, quod in manus feminae non digne devenerat, ad Francos transferretur. *Frut.* *Reg. et Frut.* *Frut.*

XXX.[c*] Anno ab incarnatione Domini DCC°XC°VIIII°o Leo papa, qui Adriano successerat, in letania maiorep a Romanis flagitiosissime, ita ut oculi eiusq eruti viderentur, tractatur. Qui ad regem Karolum veniens eventum rerum deplorat. Igitur Karolus victoriosissimus, qui iam subiugatis sibi Baioariis[4], Aquitanicisr·[5], Saxonibus[6], Danis s·[7], Nortmannis t·[7], Brittannis u·[8], Pannoniis[9] multisque *ib.*

a) eius *om. B* 2. b) unguuntur *A* 4; ungitur *C.* c) *ita B* 1. *C* 2. 4. *Gotifr., Albr.* 782; Romanorum *A. B* 2. *C* 3 (-or- *manu scribae supra lin. suppl. C* 3). c*) *num. om. C* 2; *cf. p.* 250, *n.* f*. d) Dom. *om. A* 2. 4. e) Tassilo — transferretur *(l.* 19*) habet C* 1. f) cū *mut.* dux cum *C* 1. g) ad Karulū *supra lin. add. C* 1. h) fuisset *add. Cusp.* i) finem *B* 1. k) regni *A;* -n- *delet. B* 2; regis *C* 2. l) .i. Pannonios *add. Cusp.* m) tm̄ *A* 1. 3. n) Laureaco, -o *in loco raso C* 1; in monasterium, *omisso* Laur. *A* 4, *ubi manu s. XIV. vel XV. in marg. add.:* lorsacū in vulgari lors in dominio comitatus palatini Reni et dyoē Moguntiū situm. n*) monachium *B* 2. o) DCC°XX°VIIII° *A* 1—3 *(mut. alio calamo* DCC°LXX°VIIII° *A* 3*);* DCCC°XX°VIIII° *A* 4. p) maiori *A* 2. q) eius *om. A.* r) *ita A* 4. *B* (-c- *supra lin. B* 2). *C;* Aquitaneis *A* 1. 3. *Gotifr.;* Aquitanes *A* 2; Aquitanis *Cusp.* s) Danis *alio atram. mutatum videtur* Dariis *A* 2. t) *post* -t- *spatiolum rasum A* 3; Nortmanniis, -t- *in loco raso A* 2; Nortimannis *A* 1; Notmannis *B* 2; Normannis *C.* u) *ita A* 4. *B. C;* Brittanniis *A* 1; Britanniis *A* 2. 3.

1) *Ita Otto primus, quocum Ann. ducum Bav.* 778 *(SS. XVII, p.* 366*) faciunt;* Laurissam *Relatio Polling. in Fund. mon. Bav. (Leidinger, 'N. Archiv' XXIV, p.* 683*), cf. Necrol. Lauresham. III. Id. Dec. (Böhmer, Fontes rerum Germ. III, p.* 151*). Laurissae adhuc a.* 1615. *sepulcrum Tassilonis monstrabatur. Sed ducem a.* 788. *in monasterium Jumièges ad Sequanam fl. deportatum esse constat; Böhmer-Mühlbacher, Reg. imp. I*², *nr.* 294 *(*285*) a.* 2) *Laurissense monasterium a.* 764, *sed non a Tassilone fundatum est; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II*², *p.* 56. 3) Annos 17 *regnasse Constantinum Frut. a.* 781. *tradit.* 4) *Supra V,* 29; *Frut. p.* 162, 5. 5) *Supra V,* 26. 6) *Supra V,* 26. 27; *Frut. passim.* 7) *Cf. Frut. p.* 162, 50, *qui tamen p.* 170. *bellum Danicum recte multo post consecrationem imperatoriam habet.* 8) *Regino a.* 799; *Frut. p.* 161, 65. 9) *Frut. p.* 162. 167 *sq.; Regino a.* 791 *sqq.*

aliis provinciis regnum Francorum plurimum dilataverat, dignus, qui[a] altius proveheretur, papam ulturus ad
Frut. et Reg. Urbem tendebat. Cui pridie, quam Urbem intraret[b], Leo ad duodecimum lapidem occurrit eumque honorifice suscepit. Mane facto Urbem ingressus a pontifice cunctoque[c] populo susceptus in ecclesiam beati Petri inducitur. Post VII diebus[d] transactis rex contione facta causam adventus sui exponit. Leo quoque, cui emulie[e] sui magnum crimen imposuerant, nemine cogente ex bona conscientia de obiecto crimine coram omnibus supra[f] sacrosanctag[g] evangelia se purgavit.

Frut. XXXI.[g*] Anno ab incarnatione Domini DCCC°I°, ab Urbe vero condita M°D°L°II°, Karolus XXX°III° regni sui anno a summo pontifice ablato patricii nomine, coronatus omni populo ter[h-1] acclamante: 'Karolo augusto, a Deo coronato, magno et pacifico Romanorum imperatori, vita et victoria', LX[us]VIIII[us i] ab Augusto imperator et augustus vocatur[k]. Exhinc regnum Romanorum. quod a Constantino usque ad[l] id temporis in urbe regia, scilicet Constantinopoli, fuit, ad Francos derivatum[m] est*.
Reg. Augustus ergo[n] convocatis civibus, habita ratione super his, qui in pontificem sacrilegii[o] rei fuerant, capitali sententia dampnatos interventu predicti papae ad penitentiam reservatos[p] tantum in exilium trusit[q].
Frut. Porro Hyrene Constantinopolitana[r] imperatrix missis legatis ad Karolum pacem inter Grecos et Francos[s] firmari rogavit. Cum quibus imperator missis nunciis[t] Hyrenem[u] in uxorem postulavit. Quod dum illa annuisset, Etius patricius votum reginae inpediens, manentibus adhuc in urbe regia legatis Karoli, Nicepharum fratrem suum imperatorem fecit eamque in monasterium trusit. Nicepharus ergo rex factus cum legatis imperatoris apocrisiarios[v] suos misit, fedusque litteris ac nunciis mutuo firmavere. Rex quoque Persarum muneribus imperatorem[w] honoravit.

ib. *XXXII. Anno ab incarnatione Domini DCCC°XII° *p. 22
Nicepharus imperator[x] a Bulgaris publico[y] congressu ne-

*) *C* 4 *eadem manu eodemque atram. in marg. add.:* Regnum Romanorum cis mare Francorum regibus amministrandum cum cesaris imperatoris augusti nomine commissum est[2].

a) q̃ *A* 1; q̄ *alio atram. mut.* q̊ *A* 2; q3 *C* 2. b) ingrederetur *C* 3. 4. c) ac cuncto *A*; ceteroque *C* 4. d) dies *A* 3, *omisso* transactis. e) emuli sui *om.* *C* 3. f) super *C*. g) sacro *mut.* sacra, *omisso* sancta *A* 2. g*) *num. om.* *C* 2; *cf. p.* 250, *n.* f*. h) it' *C* 2; itē *C* 3; item *C* 4. i) LX[9]VIIII[9], *manu recentiore superscr.* al' LXX. *B* 2. k) creatur *C*. l) ac *B* 1. m) dirivatum *B* 1. n) vero *B* 2. o) sacrilegi *A* 3. *C* 3, *alia manu corr.* -ii *C* 3. p) conservatos *A*. q) misit *A* 3. r) Constantinopolis *C* 2. 3; Constantinopoł *C* 4. s) et Francos *om.* *A* 2. t) legatis *B* 2. u) Hyrene *B* 2. v) *secundum* -i- *supra lin.* *B* 2; apocrifarios *A* 1; apocrisarios *A* 2. w) regem *A* 3. x) imp. *om.* *A* 2. y) pullico *A* 1. 2.

1) *Regino a.* 801. 2) *Eadem habes supra p.* 215, *n.* *, *ad IV*, 24.

catur[1], eique in regno gener suus Michahel substituitur. *Frut.* Hic nuncios Karoli ad antecessorem suum missos honorifice dimisit suosque cum eis ad augustum destinans fedus[2] pacemque cum eo renovavit. Is etiam, dum contra Bulgarosa exercitum ducit, non prosperis usus successibus revertitur depositoque regno monachus efficitur, succedenteb sibi Leonec, filio Bardi patricii.

Igitur Karolus regnod Romanorum ad Francos translato[3], dum multa fortiter ac feliciter bella gereret regnumque multipliciter dilataret[4], XL°VI° regnid* sui anno, subactae vero Italiae XL°III°, imperii XIIII°, in palatio Aquisgrani, ubi ipse ecclesiam miri operis in honore sanctae *Frut. et Reg.* Mariaee semper virginis construxerat sedemque regni constituerat[5], LXX°II°[6] etatis suae anno diem obiit ac in eadem ecclesia humatur. Ceterum actus eius ete* bella, quae gessit, de ponte quoque, quem ultra Rhenum fecerat Moguntiae[7], de palatiisf etiam, quae Noviomagi[8], Inglinheim[8] aliisque regni locis opere regio construxerat, qui scire vult, legat historiam eius et gesta a multis descripta[9]. Erat *Frut.* autem, ut quidam de ipso ait, corpore amplo ac robusto, staturag eminente, apice capitis rotundo, oculis pregrandibus ac vegetis, naso paululum inh mediocritatem excedenti, canicie pulcra, facie leta et hylari, eloquentia copiosus et exuberans, in cibo et in i potu temperans, sed in potu temperantiori*. Huius virtute regnum Francorum plurimum augmentatum est[10], omniumque regnorum maximum, Romanum scilicet, abk oriente ad occidentem translatum[11]. Regni vero terminus[l·12] a Bulgaris seu Illirico usque ad Hyspanos, a Danis usque ad Calabrosm, exceptis adiacentibus regionibus, utpote Boemian, Polonia, Dalmatia[13], Histria[13], Venetia, Brittannia aliisque provinciis, quae modo duo regna Romanorum et Francorum, excepta Pannonia, esse noscuntur, fuit.

XXXIII.° Anno ab incarnatione Domini DCCC°XV° Ludewicus Karoli filius, quem ipse adhuc vivensp successorem *ib.*

a) Bulgarios *A* 2. b) succedentes *B* 2. c) Leonem *B* 2. d) regnum *A* 2. d*) imperii *A* 4. e) Mariae *litteris mainsculis scr. B* 2. e*) ad *C* 2; ac *C* 3. 4. f) palatio *A* 2. g) statua *B* 1. h) in *erasum A* 3, *om. Gotifr.* i) in *om. A* 4. *C* 2. *Frut., Einh.* i*) Istud est dignum notatu *alia manu in marg. add. C* 3. k) ob *B* 1. l) termini eius *A* 2. m) Calabs̄ *A* 1; Galabs̄ *A* 2; galabres *A* 3; Calabres *A* 4. n) poemia *C* 3. o) XXXIIII. *C* 3. p) iuuenis *C* 4.

1) *Cf. etiam Regino a.* 812. 2) *Cf. Regino l. c.:* scriptum pacti. 3) *Cf. Frut. p.* 169, 17. 4) *Frut. p.* 162, 64. 5) *Id apud Frutolfum aut Reginonem expresse dictum non reperi.* 6) *Ita Frut. p.* 165, 11. 7) *Frut. p.* 163, 20. *et a.* 813, *p.* 170. 8) *Frut. p.* 163, 25. 9) *Frut. Einhardum secutus actuum Karoli descriptionem continuam chronicae suae inseruit, p.* 161 *sqq., unde, non ex ipso Einhardo, ea quae sequuntur Otto desumpsit.* 10) *Frut. p.* 162, 63 *sq.* 11) *Cf. Frut. p.* 169, 18. 12) *Ad ea quae sequuntur cf. Frut. p.* 162, 65 *sqq.* 13) *Aliter Frut. p.* 163, 4 *sq.*

Frut. ordinaverat augustumque* vocaverat, morte patris comperta, ab Aquitania ad palatium Aquis[a] veniens, consensu omnium rex creatus, LXX[us] ab Augusto imperavit. Anno regni[b] eius I° delatione quorundam comperit primates regni[1] adversus Leonem papam conspirantes iussu pontificis interfectos fuisse. Ad quod perscrutandum vocatum ad se nepotem[c] suum Bernhardum Italiae[d] regem Romam misit. Qui in Urbe infirmatus rei eventum per Heroldum comitem augusto mandavit. Leo quoque missis ad imperatorem nunciis de his, quae imposita sibi fuerant, se expurgavit. Non multo post[c] tempore Leone defuncto Stephanus substituitur. Hic statim post consecrationem suam missis ad imperatorem nunciis, qui eius animum lenirent eumque ad se venturum predicerent, iter eorum in Gallias subsequitur. Cui imperator Remis occurrens eum honorifice suscepit. Papa ergo celebratis ex more missarum sollempniis diademate coronatum Romanorum imperatorem pronunciavit Lodewicum. Hunc annum, quo a Romano pontifice coronatus est, regni sui alii secundum, alii septimum dicunt. Imperator post haec[f] generalem curiam Aquis[g] celebrans primogenitum suum Lotharium imperii[h] socium legit. Nam alios duos Karolum[2] et Lodewicum reges vocatos, unum Aquitaniae, alium Baioariae prefecit[i]. Non multo post Bernhardum Italiae regem cum[k] regni sui civitatibus adversum se coniurasse comperit. Contra quem dum procinctum movet, fractus animo Bernhardus apud Cabillonem[l] imperatori se tradidit. Porro imperator ad palatium Aquis[m] veniens ibique sanctum pascha celebrans, habita de his qui coniurationis rei fuerant questione[n], iudicio curiae[3] capitali sententia dampnatos una cum rege suo luminibus tantum orbari fecit. Non desunt tamen[o], qui dicant im-
Reg. peratorem Bernhardum dolo captum primo oculis ac post vita privasse.

Frut. XXXIIII.[p] Anno ab incarnatione Domini DCCC°XX°II° imperator filium suum Lotharium in Italiam destinavit. Ipse vero dum in oppido Franconfurt curiam celebraret, inter ceteros barbarorum legatos duo fratres pro regno Wilzorum contendentes veniunt. Quos augustus sibi subiectos et fidelitate astrictos decisa lite ad propria remisit. Verum Lotharius ordinatis rebus in Italia, dum ad patrem redire parat, a Paschali papa ad Urbem invitatur[q], ubi hono*rifice susceptus ac in[r] die sancto paschae ab ipso coro- *p. 22

*) augustumque vocaverat *om. C, habet Cusp.*

a) Aquisgrani *A* 4. *Cusp.* b) imperii *A* 2. 4. c) nep. suum *om. A* 2. d) regem Ytalie *C* 3. 4. e) post *manu s. XIII. suppl. B* 1. f) hoc *C* 3. 4. g) Aquisgrani *A* 4. *Cusp.* h) regni *C.* i) prefecerat *A. B* 2. k) cum *A* 1. 3. l) Gabillonem *A.* m) Aquisgrani *A* 4. *Cusp.* n) questionem *A* 2. o) tm̄ *A* 1. 3. p) XXII. *A* 1; *num. om. C* 2; XXXV. *C* 3. q) mitatur *corr.* invitatur *B* 1. r) in̄ *A* 2.

1) Romanorum *Frut. a.* 815. 2) *Nomina non habet Frut. a.* 817, *sed* Pippinum *recte Frut. a.* 822. 3) Francorum *Frut. a.* 818.

natus imperatoris et augusti nomen sortitur. Hisdem diebus *Frut.*
imperatore Aquis[a] conventum celebrante nuncii Bulgarorum
pro constituendis terminis venerunt. Igitur Lodewicus imperator *Frut. et Reg.*
propter mala opera uxoris suae* regno, ut dicitur, pulsus
5 ac postmodum restitutus XX°VI°[1] imperii sui anno diem
obiit[b] extremum.

XXXV.[b*] Anno ab incarnatione Domini DCCC°XL°I° dum *Frut.*
Lotharius reversus ab Italia[c] regnare intentat[d], mortuo[e] patre
fratres eius Karolus et[f] Lodewicus graviter ferentes, si regno *Reg.*
10 paterno privari deberent[g], fratri bellum indicunt. Igitur
cum[h] regnum Francorum, ad quod post innumeras, quas
supra dixi[2], mutationes regnum Romanorum devenerat,
cum et ipsum ad ostendendas mortalium miserias ac
instabiles mundi[i] rotatus auctor omnium Deus in illo,
15 ad quem profecerat, statu manere nollet, in se ipsum
miserabiliter dividi ac per hoc desolari et imminui[3] per-
misit. Proinde contractis undecumque regni viribus fratres *ib.*
predicti apud Fontoniacum[k] conveniunt, acerrimeque pug-
nantes, ita[l] in hoc[m] bello ex utraque parte regni vires im-
20 minutae feruntur, ut exhinc fortissimi omnium[4] Franci
non solum terminos non dilatare, sed et parta[n] vix conser-
vare potuissent. Lacrimabili ergo pugna inter fratres
acta cruenta tandem victoria Karolo et Lodewico cessit, ac
ob[o] hoc conventione facta dividunt[5] imperium. Hac divi-
25 sione[5] Karolo occidentalia regna, id est a Brittannico[p] mari
usque ad Mosam, Lodewico orientalia, id est omnis Germania usque
ad Rhenum, cesserunt. Lothario vero media pars, id est Bel-
gica Gallia, quae ex eius nomine Lotharingia usque hodie
vocatur, cum Romano imperio sorte devenit. Exhinc diviso[q]
30 regno regna modo duo, orientale ac occidentale, quorum
alterum partem Lodewici ac[r] Lotharii sedemque regni
Francorum, palatium Aquis[s], ac imperium urbis Romae
habet, aliud vero occidentale, quod adhuc Francorum,
eo quod istud Romanorum vocatur, appellatum partem
35 Karoli tenet, inveniuntur.

*) Iudith[6] *add. C. Cusp.*

a) Aquisgrani *A* 4. *Cusp.* b) clausit *C.* b*) XXIII. *A* 1; XXXVI. *C* 3 *(ubi p.* 260, *l.* 1: XXXVII*).* c) mortuo patre *hoc loco add. C, infra omissa.* d) parat *C.* e) mortuo patre *hoc loco om. C.* f) et *om. A* 2. g) deberet *A* 1. h) dum *A* 2. 4.
40 i) rot. mundi *A* 2. k) Fontomacum *A. B* 2; Fonten. *corr.* Fonton. *B* 1; Fontin. *C* 2. l) ut *add. A* 2. m) h *A* 1. n) porta *B* 2. o) per *A* 2. p) Britannico *A* 2. *C* 2. 3; brutannico *A* 1. 3. q) duo regna diviso regno modo (modo *om. A* 4) *A.* r) ad *A*; ad *mut.* et *C* 3. s) Aquisgrani *A* 4. *Cusp.*

1) 26. *regni,* 25. *imperii anno Frut. a.* 840. 2) *Cf. ex. gr. I,*
45 *Prol., p.* 7. *V, Prol., p.* 227. 3) *Matth.* 12, 25; *Luc.* 11, 17. 4) *Cf. infra V,* 36, *p.* 260, *l.* 25; *VI,* 2, *p.* 263, *l.* 20 *sq.*; *VII,* 4 *in.* 5) *Cf. etiam Frut. a.* 841. 6) *Nomen ex. gr. Regino a.* 838. *habet.*

XXXVI. Considerare Dei iudicia mundique volubilitatem etiam nolentes compellimur. Ecce enim, ut supra dixi[1], in modum caeli, quod[a] ab oriente ad[b] occidentem vertitur, simul cum tempore res mundanas rerumque potestates volvi cernimus. Et ne putaremus mortales res in aliqua mundi[c] parte statum invenisse, ibi[d] etiam defectum eas pati ac more febricitantis, sicut in Iob habes: *Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem,* quocumque se verterint, nichil stabilitatis habentes dolores ac labores repperisse conspicimus. Nonne videtur tibi more, ut dixi, febricitantis mundialis dignitas volvi[e] ac revolvi[f]? Febricitantes[g] enim spem quietis in alteratione situs ponunt ideoque crebris revolutionibus, quando torquentur[h], se iactant huc et illuc. Ita nimirum[i] potestas temporalis a Babilone devoluta ad Medos, inde ad Persas, post ad Grecos, ad ultimum ad Romanos et sub Romano nomine ad Francos translata est[2]. Ubi dum, tamquam firmam sedem fixisset, mansura videretur[k], tot malis, ut in superioribus patet[3], subiacere cepit, ut merito cum Iob dicere possit: 'Cum ad diem venero[l], nocturnis cruciatibus fatigatus noctem prestolor, quam dum tenuero, maioribus doloribus affectus rursum diem venire[m] exopto'[4].

Iob 17, 12.

Denique armis experientissimi Franci[5], cum regni terminos plurimum dilatassent[n] mundique caput Romam in[o] suam ditionem transfudissent, cum iam omnibus gentibus horribiles facti essent et inexpugnabiles viderentur, in se ipsos non solum civiliter, sed et intestine[p], fratribus auctoribus, divisi regnum, quod ab oriente ad[q] occidentem tanquam fugiens statum et requiem invenisse[r] putabatur, desolandum fore iuxta Evangelium presagiebant[s]. Ex his ergo liquet nullam caducis rebus fidem habendam nec in se labentem alium quemlibet sibi inniti volentem sustentare posse. Unde apte propheta ait: *Maledictus*[t], *qui spem suam*[u] *ponit in homine et*

cf. Matth. 12, 25. *Luc.* 11, 17.

Ier. 17, 5.

a) quod *om. C* 3. b) in *A* 2. 4. c) parte mundi *A* 2. d) ubi *B* 2. e) volvi ac *om. C* 2. f) revolvi *e corr. C* 2. g) Febricitantis *A* 2. *C* 3, *corr.* -tes *C* 3. h) torpentur *B* 1. i) pot. nim. *C* 3. 4. k) uidetur *A* 2; videntur *A* 3. l) venero *om. C* 2. m) evenire *C*. n) -ta- *manu recentiore supra lin. suppl. B* 2; dilitassent *B* 1. o) in *om. A* 1—3; ad *A* 1*a (supra lin.). Cusp.* p) intestinis *corr.* -ne *A* 2. *B* 1. q) in *A. B* 2. r) invenire *B* 1. s) *sic Cusp.;* presagebant *A. B. C.* t) Maledictus — suum *(p.* 261, *l.* 1*) om. B* 1. u) *ita ex. gr. Aug. De civ. Dei XV,* 18; qui confidit in hom. *Vulg.*

1) *I, Prol., p.* 8; *V, Prol., p.* 227. 2) *Cf. supra V, Prol., p.* 227. 3) *V,* 33—35. 4) *Cf. Iob* 7, 3 *sq., ubi verba eadem non invenies.* 5) *Cf. supra V,* 35, *p.* 259, *l.* 20; *infra VI,* 2, *p.* 263, *l.* 20 *sq.; VII,* 4 *in.*

qui *ponit carnem brachium suum.* Quomodo enim te sustentabit, qui stare non potest? Vel qualiter te confirmabit, qui in se infirmus est? Cum ergo *mundus* 1. *Ioh.* 2, 17.
transeat et concupiscentia eius, ab ipsa migrandum ad Deum vivum, qui est[a] immobilis et incommutabilis manet, ad eiusque beatam et eternam civitatem quis[b] dubitaverit[1]? Igitur omnibus regnis mundi imminutis, cum et Francorum, qui ultimi Romam habere meruerunt, ex quo divisum est, minoratum apparet regnum, nos, qui *p. 229. ad ostendendas mutationes rerum res gestas *scribimus[2], hac regni mutatione tanquam sufficienti argumento ad regni caelestis immutabilitatem missi[3] huic[c] quinto operi finem imponamus.

EXPLICIT[d] LIBER QUINTUS.

PROLOGUS[e] LIBRI SEXTI.

Beatus propheta mundi instabiles ac miserabiliter fluctuantes circuitus contemplans marique eos potissimum comparandos estimans: *Hoc,* inquit, *mare magnum et spa-* *Ps.* 103, 25.
ciosum manibus, illic reptilia, quorum non[f] *est numerus.* Nonne tibi[g] videtur mundus in modum maris inherentibus sibi procellosis temporibus[4], tanquam tempestatum fluctibus, interitum minari? Et[h] quid aliud homines pro caducis honoribus decertantes quam reptilia maris dixerim[i]? Ubi minores a maioribus, inferiores a potentioribus sorberi ac ad ultimum[k] se ipsos, cum materiam non invenerint[l], discerpere conspicimus. Unde illud: *In se magna ruunt.* Haec omnia prudens lector *Lucan. I,* 81.
in huius historiae serie invenire poterit. Cives ergo Christi non more reptilium salo mergi vel infidis eius[m] procellis inprovide se credere, sed navi, id est ligno crucis[5], fide navigare manusque per dilectionem operando exercere in presenti oportet, ut per huius vitae viam

a) qui *add. C.* b) qui dubitaverit *alio atram. delet. A* 2. c) hc̄ *A* 4; hic *B.* d) *ita A* 4. *B* 2; Expl. l. quintus *om. A* 1—3. *B* 1. *C. Cusp.* e) *ita B* 1. *C* 3; Prol. sexti libri *A* 1. 3. *C* 4: Prol. in librum sextum *C* 2; Incipit prol. in librum sextum *A* 4; Incipit prol. libri sexti *B* 2; rologus(!) in sextum librum *Cusp.;* Prol. l. sexti *om. A* 2. f) etc̄., *om.* non est num. *A* 4. g) vid. tibi *C.* h) Et — dixerim *(l.* 24*) om. A* 4. i) dixerim⁹, *omisso signo interrogandi B* 1. *C* 3. k) ultissimum *B* 2. l) invenerit *C.* m) proc. eius *C.*

1) *Cf. supra IV,* 33. *et n.* 1, *p.* 226. 2) *Cf. supra Ep. ad canc. p.* 5, *l.* 28 *sq., II,* 32 *fin.,* 43 *fin., IV,* 31 *fin. et p.* 5, *n.* 5, *p.* 119, *n.* 2, *p.* 224, *n.* 1. 3) *Cf. infra p.* 271, *n.* 3. 4) *Cf. ex. gr. Gerh. Reichersperg., Comm. in ps.* 64, *c.* 94, *Migne, Patrol. Lat. CXCIV, col.* 65 *A; cf. Aug. De civ. Dei XX,* 16 *fin.* 5) *Cf. Greg. Homil. in Ezech. I,* 6, 13.

ad portum[a] patriae securi valeant pervenire. Qualiter vero regnum Francorum tam miserabiliter divisum non solum Romanum imperium, sed et partem Franciae ac Galliae cum palatio Aquis[b] perdiderit, in hoc opere dicendum restat[c]. 5

INCIPIT[d] LIBER SEXTUS.

I.[d*] Diviso Francorum regno Lotharius, cui, ut dixi[1], cum Lotharingia Romanorum imperium devenerat,
Frut. LXX[us]I[us] ab Augusto imperavit[2], Theophilo mortuo filio-
que eius Michahele apud Grecos in urbe regia impe- 10
Reg. 853. rante. Nortmanni per mare Ligerim intrantes civitatem Namnetis irrumpunt ac in sabbato[e] sancto paschae episcopum ex more generale baptismum celebrantem cum clericis interficiunt ac inde per[f] circumquaque diffusi cunctam ferro flammaque vastantes provinciam, Andegavensem quoque 15 ac Turonensem occupantes urbes beati Martini ecclesiam cremare non verentur. Eo tempore Karolus, cui, ut[g] supra dixi[3], occidentalia regna in divisione cesserant, Pippinum Aquitaniae regem cepit ac episcoporum consilio tonsum monachum
ib. 855. Suessione in monasterio sancti Medardi fecit. Porro Lotharius 20 imperator tribus filiis suis regnum, quod eum contigerat, partitur, Lodewico Italiam cum nomine imperatoris, Lothario Lotharingiam, Karolo Provinciam tradens. Ipse vero ordinatis omnibus in Prumiensi[h] monasterio* XVI[o] imperii sui post mortem patris anno mona- 25 chus[4] efficitur. Vide, ad quantum defectum Romanum imperium devenerit, ut in tres partes Francorum[i] regno diviso terciae[k] partis[l] tercia pars[m] fuerit[n].

Reg. II.[o] Anno ab incarnatione Domini DCCC[o]L[o]V[o] Lothario deponente militiae cingulum privatumque habitum assu- 30 mente[5] Lodewicus filius suus[p] serenissimus[6] LXX[us]III[us][q]

*) ordinis sancti Benedicti in diocesi Treverensi *alia manu in marg. add. C* 3[7].

a) portam *A* 2. b) Aquisgrani *A* 4. c) Explicit prologus *minio add. A* 4. d) *ita A* 1. 3. 4. *B;* Inc. *om. C;* Sextus liber *C* 3. 4; Inc. l. sextus *om. A* 2. *Cusp.* 35 d*) *num. om. C* 2. e) sancto sabb. *A.* f) per *om. A* 2. *C* 3. 4. g) ut *om. C* 4; Kar. occidentis rex Pip. *A* 4. h) *ita B. Albr.;* Pruuinensi *A* 1—3; puinensi *A* 4; Prumensi *C* 2. 3. *Cusp.;* pruniensi *C* 4. i) Franc. *om. C* 2. k) tercie *alio atram. mut.* tercia *A* 2. l) partis tercia *om. A* 2. m) facta *alia manu alioque atram. add. A* 2. n) interiit *A* 3. o) *num. om. C* 2; III. *corr.* II. *C* 3. p) eius *B* 2. q) LXX9III9 40 *radendo mut.* LXX9II9 *A* 3; 72. *Ann. S. Trudp.* 855.

1) *V,* 35, *p.* 259, *l.* 28 *sq.* 2) *Frut. non Lotharium eiusque successores Ludewicum II. et Karolum Calvum, sed Ludewicum Germaniae regem postque eum immediate Karolum III. inter augustos numerat.* 3) *V,* 35, *p.* 259, *l.* 25. 4) *Cf. etiam Frut. a.* 855. 5) comam capitis 45 deposuit habituque sanctae conversationis suscepto *etc. Regino a.* 855. 6) *Cf. Regino a.* 874. 7) *Cf. supra p.* 194, *n.* * *ad IV,* 7.

ab Augusto imperium suscepit, Basilio, qui Michahelem *Frut.* 867.
iam[1] occiderat, in urbe regia regnante. Lotharius, cui *Reg.* 856.
regnum Lotharingiae devenerat, Thiebergam sororem ab-
batis Hucberti[2] sibi sociavit. Non multis post diebus Ka- *ib.* 858.
5 rolus, qui Provinciam in divisione regni acceperat, moritur.
Unde inter Lotharium fratrem patruumque suum Karolum
controversia oritur[a]. Lotharius Hucberto abbati, fratri reginae, *ib.* 859.
ducatum inter Iurum[b] et montem Iovis commisit. Porro Lode- *ib.* 860.
wicus senior, orientalis Franciae rex, adversus Sclavos[c] multa
10 fortiter bella gessit captumque principem eorum Rastiz[d] lumi-
nibus privavit.

His diebus in regno Karoli principibus suis mutuis inter se vulneribus cadentibus Brittones tanquam destitutam terram irrumpunt ac transmissa[e] Ligeri Pictavis usque ferro
15 flammaque cuncta vastantes progrediuntur, et sic Francorum spoliis ditati ad propria revertuntur. Itaque Karolus conductis precio Saxonibus Brittones bello petit. Nec mora commisso prelio Saxones in prima acie positi, territi spiculis hostium, terga vertunt. Dehinc[f] discursantibus hac illacque
20 Brittonibus Francisque ob antiquae fortitudinis genuinam
*p. 230. virtutem[3] *viriliter dimicantibus, multis ex[g] utraque parte[4] cesis ac vulneratis noctis[h] presidio bellum dirimitur. Mane[i] facto, dum rursus[k] pugna conseritur, Karolus fugiens suis[l] etiam fugiendi prebuit[m] exemplum. Quo viso
25 Brittones castra Francorum cum clamore irruunt captisque et occisis plurimis ac papilionibus eorum cum multis[n] aliis spoliis ablatis revertuntur. At Karolus Roberto viro forti ob *ib.* 861.
hanc molestiam inter Ligerim et[o] Sequanam ducatum ad domandos Brittones dedit.

30 His diebus Noemeticius[p] rex Brittonum, dum multis *ib.* 862.
modis ecclesiam Dei persequitur, videt in[q] visu beatum Maurelionem Andegavensem episcopum sibi occurrere dicentemque, ut ab oppressione cessaret ecclesiarum, baculo se percutere. Nec frustratur visu, nam continuo corruens a
35 suis domum reportatur manifestisque Dei[r] iudiciis vitam simul cum tyrannide[5] finivit, eique filius suus Herispeus[s] in regnum successit. Karolus rursum[t] adversus Brittones *ib.* 863.
bellum instaurat parumque proficiens hoc[u] tantum obtinuit, ut datis ex utraque parte obsidibus pacem mutuo fir-
40 marent[v]. Dehinc tamen Herispeius[w] rex eorum sponte

a) oritur *om. C* 3. b) virum *C* 2—4. c) Scavos *A* 3. d) Rastum *A*; rastij *C* 2; Rastis *C* 4. e) *ita A. B. C. Albr.* 858; transmisso *Cusp.* f) Dehinc — Brittonibus *(l.* 20*) om. C* 4. g) ex *om. C* 2. h) -que *add. B* 1. i) autem *add. B* 2. k) rursum *C;* rursus *om. A* 4. l) suis etiam fug. *om. C* 3. m) ex. preb. *A* 2. 4.
45 n) multis *om. A* 4; aliis multis *A* 1—3. o) et *om. A* 2. p) Noemiticius *A* 4; Noemeti9 *B* 1; Hoemeticius *B* 2; Nomeneius *Regino, sed Cod. Lat. Monac.* 6388, *olim Frising.:* Nometieius. q) ut visu *C* 2; in visum, in *delet. C* 3; in visiōe *Cusp.* r) iud. Dei *C* 3. 4. s) Herispeius *B* 3. t) rursus *A* 2. u) h *A* 1. 2. v) firmaūc *A* 4; firmaretur *B* 3. w) Herispeus *C.*

50 1) *Error, qui Ottonis videtur.* 2) *Regino a.* 859. 3) *Cf. supra V,* 35, *p.* 259, *l.* 20; *V,* 36, *p.* 260, *l.* 25; *infra VII,* 4 *in.* 4) ex Francis *Regino a.* 860. 5) cum regno *Regino a.* 862.

Reg. ad ipsum veniens suae potestati se subiecit. Quem multis donatum muneribus ad[a] propria rex remisit.

III.[a*] Ea tempestate, cum iam regno Francorum
Reg. 864. multipliciter diviso ecclesia proficeret[1] Nicolao[b] summum sacerdotium gerente[2], Lotharius multis modis amore Waldradae concubinae suae occasionem repudiandi reginam Tiebergam querit. Itaque Guntharium Coloniensem[c] archiepiscopum, qui tunc in regno precipuae fuit auctoritatis, ad id, quod animo conceperat, perficiendum[d] falsa spe promittens ei, quod, si ab[e] ista liberaretur, neptem suam acciperet, pellexit. Guntharius ascito sibi Treverorum archipresule Thiegaudo[f] concilium Metis[g] congregat, vocatamque reginam in medio statuunt falsisque productis testibus inter alia nefaria de incestu illam[h] convincunt. Proinde ad voluntatem regis sententia divorcii[i] datur, reginaeque pro commisso scelere penitentia iniungitur. Igitur rex[k] desiderata potitus[l] occasione conventu Aquis[m] habito dampnationem Thiebergae scripto protulit seque continere non posse pronuntiavit. Consilio Guntharii[3] omnibus acclaman-
1. *Cor.* 7, 9. tibus: *Melius est nubere quam uri,* Waldrada producitur ac[n] regio cultu decorata comitatuque famulorum stipata reginae nomen sortitur. Sicque rex, dum[o] ea[p], quae mente conceperat, ad effectum perduxit[q], Guntharium, quem suae nequitiae socium falsis promissioni-
Reg. 864. bus fecerat, versute decepit. Haec dum ad noticiam domni[r] Nicolai[s] papae venissent, religiosus ac zelo Dei plenus
ib. 865. sacerdos[4] missis legatis regem de commisso scelere redarguit et ad condignam penitentiam invitavit. At legati pecunia corrupti, negotium minime ad effectum perducentes, multis ditati muneribus revertuntur, dicentes* se pene nullum in prefato regno, qui canones sciret, invenisse. Quos Treverorum et Coloniensium presules subsecuti, dum a summo pontifice de facto iudicio rationem reddere coguntur, rei inventi deponuntur, dumque multis modis ad restaurationem[t] sui laborarent, exules in Italia per-
ib. 866. missa sibi tantum laica communione[u] moriuntur. Verum Lotharius post crebras admonitiones, post violatum sacramentum, quod sub presentia Arsenii episcopi, sanctae Ro-

*) dicentes — invenisse *(l.* 32*) om. C, habet Cusp.*

a) rex ad pr. *B* 2. a*) *num. om. C* 2. b) beato Nic. *C* 3. c) golon. *A* 3. d) perfruendum *C* 3. 4. e) liber. ab ista *A* 2. f) Theigando *B* 2. g) Metis *om. B* 1. h) eam *A* 2. i) diuortiū *A* 2 *(ubi* sentencia *in loco raso).* k) rex *om. C* 2. l) -ti- *sub loco raso C* 3; potitus *e corr. A* 3; poti9 *A* 1. 2; poci9 *C* 2. m) Aquisgrani *A* 4. n) a, *manu recentiore superscr.* ac *B* 2. o) quae mente conc. dum ea *A* 2. p) ea *om. C.* q) perduxit *mut.* produxit *A* 2; produxit *A* 1. 3; perducit *C* 4. r) ḋoni *A* 1—3. *B;* dni *A* 4. s) papae ven. (-set *A* 1. 2) Nic. *A* 1—3. *B* 2; papae Nyk. ven. *A* 4. t) restitutionem *C.* u) cū munione *B* 1.

1) *Cf. Regino a.* 868 *in.* 2) *Regino a.* 864 *fin.; Frut. a.* 858. 3) *Id Regino expressis verbis non dicit.* 4) *Cf. Regino a.* 866, *p.* 87.

manae ęcclesiae apocrisiarii*, fecerat, a summo pontifice communione[a] privatur[1]. Ex qua causa tam ipsi quam toti regno gravissimum discrimen oritur[2]. Extant de hoc[b] epistolae quam[c] plurimae utrobique missae[3]. Vide[d] iam[e] regno decrescente ecclesiam tantae[f] auctoritatis factam, ut[g] etiam[h] reges iudicet[i]. *Frut.* 870. *Reg. l. c.*

Per idem tempus Lodewicus orientalium rex occidentalia regna vocatu quorundam principum ingreditur regnique terminos occupans Senonas[k] usque progressus est[l]. Sed dum relicto ibi exercitu ad propria redisset[4] et principes, qui eum invitaverant, a Karolo in gratiam recepti fuissent, qui remanserant fines illos egredi compelluntur[4]. *Reg.* 866.

His diebus Hucbertus abbas, frater Thiebergae, Lothario diu rebellans ad ultimum a Conrado comite necatur. *ib.*

Eodem tempore Nortmanni per Ligerim Namnetensem[m], Turonensem, Andegavensem provinciam[n] vastantes Robertum ducem occurrentem sibi occidunt. *ib.* 867.

231. *IIII. Hisdem[o] diebus Sarraceni ex Affrica venientes Beneventanorum regionem, quae olim Samnium vocabatur[5], devastant. Contra quos dum Lodewicus augustus vires undecumque conparat, Lotharium fratrem suum[p] in auxilium invitat. Qui collecto[q] milite Italiam ingressus, pravorum operum suorum multipliciter penas solvens, tam ex insueto[r] calore quam aranearum morsibus multos de exercitu suo perdidit. *Reg.* 867.

Post haec Romam veniens ab Adriano pontifice, qui Nicolao iam[s] successerat[6], honorifice suscipitur ac ab ipso, si monitis predecessoris sui Nicolai obtemperaverit, subtiliter exquiritur. Ille dum cum omnibus, qui secum venerant, principibus se[t] bene iniuncta servasse *ib.* 869.

*) *A* 1. *B* 2 *eadem manu eodemque atram. in marg. add.:* Apocrisiarius[u] Grece, Latine nuntius vel responsalis[v].

a) cū munione *B* 1. b) h̄ *A* 1. 2. c) quam *om. C.* d) Unde *A.* e) vide *add. A* 4. f) vide *alio atram. supra lin. add. A* 2. g) ut̄ *A* 2. h) iam *B* 1. i) iudicet *fortasse corr. ex* uidicet *A* 1; uidicet *A* 2. k) Senanas *corr.* Senonas *A* 1. 3; Senones *C* 2. l) est *om. A* 2. m) Mānetensem *A* 1—3. n) vast. provincias *A* 4. o) His *A* 2; Hiis *C* 3; Hisdem — devastant *(l.* 20*) habet C* 1. p) suum *om. A* 2. 4. q) coll. *om. C* 3. r) c̄sueto *multo post corr.* īsueto *A* 1; consueto *A* 4. s) iam *om. A* 2; qui Nyc. iam succ. *om. A* 4. t) se *om. C* 3. u) Apocrisarius *A* 1. v) *simile aliquid ad finem c.* 31. *libri V, supra p.* 256, *l.* 31, *manu correctoris in marg. add. A* 1*a:* Apocrisiarius Gr. vel resp. Lat. nuncius dicitur.

1) *Hoc secundum Frut. a.* 870. 2) *Cf. Regino a.* 866, *p.* 89 *sq.* 3) *Trium Nicolai papae epistolarum partes Regino a.* 866. *Chronicae suae inseruit, ex actis vero concilii Aquensis ad a.* 864. *et ex epistola Lotharii ad Adrianum papam missa ad a.* 868. *complura excerpsit.* 4) Dimisso vero exercitu in Germaniam ad propria redire . . . . . Ille *(sc. Ludewicus)* . . . fugam arripuit et cum debita confusione fines regni excessit *Regino a.* 866, *p.* 90 *sq., quae Otto turbavit.* 5) *Cf. ex. gr. Regino a.* 871, *p.* 102. *et Pauli Hist. Langob. passim.* 6) *Regino a.* 868 *in.; Frut. a.* 868.

Reg. falso affirmaret, corpus dominicum sub attestatione conscientiae sibi suisque tradidit. Fertur, quod ipso redeunte[1] omnes[a], qui ficto corde et polluta conscientia[2] ad mensam Domini accesserant, infra spacium anni mortui fuerint. Lotharius etiam in via morbo correptus Placentiae[1] *ib.* 869. 870. diem obiit. Karolus audiens fratruelem mortuum regnum eius invadit. Quod Lodewicus frater eius dum impedire conaretur[b], conventione facta predictum regnum apud Marsanam ex equo dividunt, Lodewico palatium Aquis sor- *Reg.* 871. ciente. Non multo post elapso tempore Adalgisus Beneventorum[c] dux fiducia Grecorum Lodewico imperatori ascitis sibi Samnitibus, Lucanis, Campanis rebellare parat. Augustus contractis[d] copiis Beneventum bello[e] petit. Cui Adalgisus occurrens fraude circumventum, muneribus conciliatum, finibus suis egredi persuadet. Porro imperator Campaniam ac Lucaniam peragrans omnes civitates eorum, excepta Capua, absque gravi negocio cepit. Quae ex quadro[f] lapide exstructa dum non facile posset expugnari, obsidione cingitur cunctis[g] in circuitu vastatis. Capuani[h], desperatis omnibus, apertis urbis portis cum episcopo corpus beati Germani portante lacrimabiliter ad pedes imperatoris veniunt veniamque poscentes misericordiae suae se committunt. Imperator, ut erat piissimus, cives in gratiam recepit expulsisque Grecis omnes Lucaniae ac Campaniae urbes Romano imperio restituit. Inter haec Adalgisus dolis iterum regem circumvenire intentat[i] occurrensque ipsi suadet, ut militem dimittat, regioni parcat, adiciens necessarium non esse regem subiectum sibi inaniter consumere populum. Rex ad monitum ducis omnibus preter paucos ad propria remissis Beneventum ingreditur nichilque perperam sperans, dum circa meridiem strato cubat, subito a Beneventanis irruentibus arma corripere cogitur. Cives autem cum[k] duce suo Adalgiso[l] palatium incendere volentes principem pacem petere ac interposito iureiurando, ne amplius sine voluntate ipsorum fines illorum ingrederetur, promittere cogunt. *ib.* 872. Imperator hac ignominiosa pactione facta Romam venit ibique coram summo pontifice Iohanne, qui Adriano successerat[3], totoque senatu[m] causam suam exponit. Proinde Adalgisus a senatu hostis ac tyrannus[n] pronunciatur, augustusque a pontifice auctoritate[o] Dei ac beati Petri a sacramento, quod nolens et[p] pro[q] conservanda vita fecerat, absolvitur. Verum princeps, quamvis a sacramento

a) omnes *om.* *C* 3. b) conatur *A* 2. 3. c) *ita A. B* (-an- *manu recentiore supra lin. suppleto corr.* Beneventanorum *B* 2). *C. Albr.* 873, *Cusp.;* dux Beneventanus *Gotifr., Regino; cf. ex. gr. Frut. p.* 189, 30, *Widuk. III,* 63. d) vndecũq; *add. Cusp.* e) petit bello *A.* f) quadra *A* 1. g) cunctis *om.* *B* 2. h) Capuã *B* 1. i) temptat *A. B* 2. k) cum *om.* *C* 4. l) Adilgiso *A* 4. *B* 1. *C* (Adilg. *etiam l.* 10. 14. 25. 40, *p.* 267, *l.* 4. *C* 3. 4, *et l.* 40. *etiam A* 4). m) senetu *A* 3. n) pronunc. tyr. *C* 3; pronunc. ac tyr. *C* 4. o) auctorite *B* 2. p) et *om.* *A* 2. q) fecerat pro conserv. vita *A* 2.

1) *Cf. etiam Frut. a.* 870. 2) *Cf. ex. gr.* 1. *Tim.* 1, 5. *et* 1. *Cor.* 8, 7. 3) *Regino a.* 871 *in.*

liberatus iuste videretur, tamen ad removendum scandalum per se ad compescendum[a] tyrannum[b] ire recusat, collecto tamen milite reginam eo destinat. Audiens haec[c] Adalgisus ac timore perculsus in Corsicam insulam fugit et sic iram principis declinavit. Non multo post elapso tempore locusta innumerabilis, ceteris locustis maior ac senas alas[d] habens, ab oriente veniens Gallias operit depastisque ubique segetibus tandem in mari Britannico resedit[e]. Ubi a vento raptae ac in salo mersae postque[f] mari exestuante ad litus in inmensum cumulum actae vicinas fetore[g] regiones corrupere. *Reg.* *Reg.* 873.

V. Ea tempestate Karolus occidentalis Franciae[h] rex Nortmannos, qui occiso Rûberto ceterisque[i] regni primoribus ubique bachabantur[k], cum Brittonum auxilio obsidione in Andegavensium, quam occupaverant[l], clausit urbe. At Brittones, videntes totam spem hostium in amne fore, ab alveo eum derivare conantur. Quo viso Nortmanni dextras petunt promissaque pecunia regem[m] turpiter obsidionem solvere persuadent. Ipsi vero more suo[1], sicut sunt inquietissimi, minime promissa servantes per Ligerim Franciam intrabant multaque[n] graviora quam prius regi faciebant mala. Quanta autem *ib.* 873.
p. 232. predicta gens *regno Francorum fecerit[o], ab aliis[2] sat dictum invenitur. Est enim levissima et instabilis nec[p] propriis contenta terminis[3], gratiosa tamen quocumque venerit et affabilis[q]. Haec, ut dixi, occidentale regnum, sicut Saxones[4], qui et ipsi instabiles, sed feroces sunt, orientale semper infestabant.

VI. Anno ab incarnatione Domini DCCC°LXX°IIII° Lodewicus suavissimus[5] imperator diem ultimum clausit, anno imperii suir XVIIII°. Anno eodem patruus eiuss Karulus seniort, occidentalis Franciae rex, Romamu *ib.* 874.

a) concupiscendum *A. C* 2. b) *alterum* -n- *e corr. C* 3; tyrandum *A* 2. *B* 2. c) hec *B* 1; h *A. C* 3; h^c *C* 4; hoc *B* 2. *C* 2. *Cusp.* d) habens alas *C.* e) consedit *A* 2. f) postquam *B* 2. g) reg. fet. *C* 3. 4. h) rex Francie *A* 2. i) -que *om. A* 1—3. k) bachantur *C (alia manu corr.* bachabantur *C* 3*).* l) occupant *C* 3 *(alia manu corr.* -paverant*).* 4. m) regem *om. A* 2. n) -que *om. C* 3 *(alia manu mut.* multoque*).* 4. o) fecit *C (alia manu corr.* fecerit *C* 3*).* p) nc̄ *A* 1; nunc *A* 3. *B* 2. q) effabilis *C* 2. 4. r) sui *om. A* 2. s) suus *C* 3. 4. t) senici *A* 1. 3. 4. *B* 2, *corr.* senior *B* 2; senex, -x *in loco raso A* 2. u) Romam — orientalis rex *(p.* 268, *l.* 4*) om. C* 2.

1) *Cf. ex. gr. Regino a.* 836. 2) *Scil. Reginone.* 3) *Cf. supra I,* 6, *p.* 45, *l.* 11 *sq.* 4) *Error. De* Saxonibus antiquis regni hostibus *Otto etiam in epistola ad Wibaldum abbatem data, Jaffé, Bibl. r. Germ. I, nr.* 387, *p.* 520, *loquitur; cf. etiam infra VII,* 8. *et Gesta Frid. I,* 4: Saxonum gens inquietissima more suo principi rebellans; *Isid. Orig. IX,* 2, 100: Saxonum gens . . . virtute atque agilitate habilis. Unde et appellata, quod sit durum et validissimum genus hominum et praestans ceteris piraticis. 5) suavissimis imperatoribus *ex. gr. Aug. De civ. Dei V,* 21. *de Vespasiano et Tito.*

Reg. veniens a summo pontifice Iohanne[1] civibusque imperium pecunia, ut dicitur, obtinuit regnavitque
Reg. 876. LXX^us^IIII^us^ ab Augusto. Non multo post[a] Lodewicus seniorb, frater eius, orientalis rex, apud Franconfurt diem obiit tres filios relinquens, Karlomannum, Lodewicum et Karolum. Porro Karolus imperator morte fratris audita regnum Lotharingiae invadere molitur collectoque milite primo palatium Aquisgranic occupans Coloniam usque progreditur. Inter haec Karlomannus primogenitus Lodewici Italiam ingressus imperium arripere attemptaratd. Verum Lodewicuse, qui patris exequiis interfuerat, orientalium rex a principibus creatus regnare iam ceperat. Audiens ergo patruumf suum Karolum fines regni intrasse, missa legatione regno eum cedere monet. Quo non acquiescente, collecto milite ad pugnam progreditur. Nec mora, in pago Meginensi non longe ab Andrenaco iuxta Rhenum pugna conseritur fusisqueg ex utraque[2] parte multis, tandem Karolus terga vertere compellitur. Lodewici veroh filii conventione facta regnum paternum dividunt, et Karlomannus Baioariam, Pannoniam, Carentanum, Boemiam, Moraviami; Lodewicus orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam, Fresiam, Lotharingiamk; Karolus Alemanniam et quasdaml civitates Lotharingiae
ib. 877. propter vini copiam[3] accepit. Karolus secundus imperator Romam secundo petiitm indeque reversus ac per Longobardiam iter faciens Papiam se contulit. Ubi dum audiretn Karlomannum Lodewici fratris sui filium cum magno exercitu Italiam intrasse, in Franciam redire volens in via veneno, ut dicitur, anno imperii III°
ib. 878. interiit. Anno sequenti Lodewicus Karoli iunioris[4] filius, qui dicebatur Balbus, diem ultimum clausit, duos relinquens filios, Lodewicum et Karlomannum. Nam tercium, qui postmodum Karolus dictus est, mater tunco in utero gestabat. Cuius regnump Provinciam[5], quam pater eius[6] Karolus, Lotharii imperatoris filius,
ib. 879. in divisione sortitus fuerat, Boso, cui Karolus imperator illam tradiderat[7], invadere gestiens Lugdunum venit,

a) post *om. A* 3. b) senior *om. C* 3. c) aquis graui *A* 1—3. d) temptarat *A* 2; tentabat *Albr.* 876; temptat *Gotifr.* e) -wicus *alio atram. in marg. versu exeunte suppl. A* 2; Lodewicum *B* 2. f) Kar. patr. suum *C* 3. 4. g) -que *om. C* 4. h) *ita C. Cusp.;* ů *B;* ·ů· *A* 1; II° *A* 2. 3; duo *A* 4. *Wilmans;* tres *Gotifr.* i) Moroviam *A* 1—3; Meroviam *A* 4. k) lotharia *C* 3. l) alias *add. C* 3. 4. m) petiit *om. A* 3. n) aud. *om. C* 2. o) in utero tunc *B* 2. p) et *alio atram. supra lin. add. A* 2.

1) *Cf. etiam Frut. a.* 875. 2) *Id Regino non dicit.* 3) propter vini copiam *Regino a.* 842. *de civitatibus, quae ultra Rhenum Ludewico seniori cesserunt, dicit.* 4) *Id est filii Lotharii I. imperatoris, de quo vide supra VI,* 1 *sq. Nam Karolum Calvum modo (p.* 267, *l.* 32*) seniorem dixit. Sed foede Ottonem errasse vix est quod moneam.* 5) Boso . . . audita morte Ludowici a Provintia egreditur totamque Burgundiam occupare nititur *Regino a.* 879 *in.* 6) *Scil. Ludewici Balbi, sed vide notam* 4. 7) *Regino a.* 878.

ibique a pontifice eiusdem[a] urbis in regem Burgundiae ungitur, sed a predictis adolescentibus Lodewico et Karlomanno arcetur. *Reg.*

VII. Anno ab incarnatione Domini DCCC°LXXX° Karlomannus Lodewici filius, cui Baioaria sorte devenerat, post multos triumphos, quos sub patre et post patrem peregerat, regnique terminos plurimum dilataverat, paralisi[b] dissolutus moritur ac in loco Baioariae Odingas dicto sepelitur, relinquens filium ex nobili femina, sed non legitima, quem de[c] beati Arnolfi nomine tanquam Karolorum origine Arnolfum vocaverat. Hic est Arnolfus, cui postmodum monarchia cessit[1]. At Lodewicus orientalis Franciae rex morte fratris comperta Ratisponam Baioariae metropolim adiit omnesque terrae illius optimates ditioni suae subiecit. Arnolfo quoque ducatum Carentani cum castro Moseburc[d] tradidit. *Reg.* 880. *Frut.* 877. *Reg.* 880.

VIII. Anno ab incarnatione Domini DCCC°LXXX°I° Karolus, qui in divisione Alemanniam acceperat, in Italiam procinctum movet totaque Longobardia in deditionem[e] accepta ad Urbem usque progreditur. Ubi[f] a Iohanne papa omnique populo imperatoris et augusti nomen sortitus LXX^us^V^us^ ab Augusto imperavit. *ib.* 881.

Ea tempestate Nortmanni Lodewici regnum per Wal fluvium ingressi Noviomagenseg palatium concremanth ac inde per circumquaque diffusi Coloniam[i], Bunnam, Aquis[k] cum adiacentibus regionibus, castellis et vicis devastant[l]. Inter haec[m] Lodewicus rex Franconfurt diem obiit et in monasterio Laureacensi iuxta patrem humatur. Nortmanni[n] morte regis comperta securi facti nobilissimam urbem Galliarum Treverim, a° Iulio Cesare quondam subversam[2], in ipsa cena Domini irrumpunt ac ibi usque ad pascha morantes tam ipsam quam adiacentem regionem igne consumunt. Quibus dum prefatae[3] urbis antistes cum Bertolfo[3] comite occurrit, bello conserto vita privatur, ceterique in fugam vertuntur. Nortmanni preda Francorum onusti[p] ad classem revertuntur. *ib.* 882. 233.

Haec dum in Galliis geruntur, Karolus III^us^ imperator in[q] Italia morabatur. Principes ergo tam Galliae quam Germaniae omnes eum precibus pulsant, quatinus ad suscipiendum paternum regnum[r] fratre mortuo red-

a) eiusdem *om. C.* b) parilisi *B* 1; paradisi *corr.* paralisi *B* 2. c) de *om. B* 1. d) Moseburch *A* 4. *B* 2. 3. *C* 2. 3; Moseburg *B* 1. *C* 4. e) dedicioē *B* 1; deditione *Gotifr.* f) Ubi *om. C* 3. g) nauiomagnse *A* 1; nauigio magūse *A* 2; nauio magense *A* 3; nauigio magiense *A* 4; Noviomagnense *B* 2; navigio ingressi palatium Noviomagi incendunt *Gotifr.* h) cremant *B* 2. i) Goloniam *B* 2. k) Aquisgrani *A* 4. l) vastant *A* 4; devastat *B* 2. m) haec *om. A* 2. n) Nortmanni — vertuntur *(l. 35) habet C* 1. o) a *om. A.* p) *ita B* 1. *C. Gotifr., Albr.* 883; ditati *A, quod etiam B* 3 *habuisse videtur;* onusti ł ditati *(ł eadem manu supra lin.) B* 2. q) morab. in It. *A* 2. r) regnum *om. A* 3.

1) *Similia, sed aliis verbis ipse Regino a.* 880. *habet.* 2) *Id Gesta Trever. non habent.* 3) *Immo Mettensis episcopus* adiuncto sibi Bertulfo episcopo *(Treverensi)* et Adalardo comite *Regino a.* 882.

Reg. eat patriamque ab[a] incursione hostium liberet. Qui nil[b] moratus revertitur assumptisque[c] Longobardis, Baioariis, Saxonibus, Fresonibus, Alemannis, Turingis aliisque compluribus contra Nortmannos, qui[d] adhuc in regno[e] morabantur, procinctum movet. Itaque Gotefridum[f] Nortmannorum regem[g] data sibi filia Lotharii Gisila cum Fresia provincia Christianum fecit de sacroque fonte suscepit,
ib. 883. et sic eum finibus regni cum suis cedere persuasit. Anno sequenti Lodewicus Karoli occidentalis regis nati filius moriens ac in[h] monasterio[i] sancti Dionisii humatus[i*] fratrem suum Karlomannum heredem regni reliquit. Hic inter cetera virtutis suae opera hoc[k] quoque memorabile fecit, quod in bello quodam VIII° milia Nortmannorum
ib. 884. fudit[l]. Non multo post Karlomannus in venatu aprom percussus diem obiit. Occidentales ergo Franci principibus amissis Karolum imperatorem, qui tunc solus ex stirpe Karolorum superesse videbatur, ultro invitant eique venienti subiciuntur. Unde multa ac varia cum Nortmannis gessit bella[n].

ib. 887. VIIII. Anno ab incarnatione Domini DCCC°LXXX°VII° Karolus imperator cum corpore et animo egrotare cepisset, principes regni apud Triburias circa transitum sancti Martini Arnolfum Karlomanni filium ad regnum trahunt. Et mirum dictu, imperatorem, qui post Karolum Magnum inter omnes reges Francorum maximae fuit potestatis, in brevi ad tantam tenuitatem devenisse cerneres, ut panis quoque egens ab[o] Arnolfo iam rege facto[p] stipendia miserabiliter[q] exigeret ac ab ipso paucos fiscos[r] in Alemannia gratanter susciperet. Vide rerum humanarum[s] miserrimum statum[1]. Rex iste, qui in divisione orientalis regni inter fratres minimam[t] portionem acceperat, ad tantum primo fastigium, ut tam orientalia quam occidentalia regna cum Romano susceperit[u] imperio, ad tantam postremo deiectionem venit, ut panis quoque egeret.
Iob 30, 22. Dicere hic cum Iob poterat: *Elevasti me super* nubem[2] *et*
Ps. 101, 11. *allisisti valide,* et cum psalmista: *Elevans allisisti me.* Quid enim prosperitatem mundi aliud quam nubem dixerim, quae innitentem sibi cito transeundo decipit,

a) ad *B* 2. b) *ita B. C;* nichil *A.* c) -que *om. A.* d) qui — morabantur *(l.* 5*) om. C* 2. e) regione *A.* f) Gogefridum *B* 1; Gotefridrum *B* 2. g) regem *in loco raso A* 2; ducem *A* 4. h) in *om. B* 1. i) sancti Dion. monast. *C.* i*) sepultus *C.* k) h *A* 1. l) fuit *manu s. XIII. corr.* fudit *B* 1. m) ab apro *Gotifr. (exceptis codicibus C* 4. *D* 2*), Albr.* 884, *Cusp.;* ab *om. A. B. C et Cod. Parisinus Albrici, habet Regino excepto codice A* 1 *(Clm.* 6388, *olim Frising.).* n) prelia *A. B* 2. o) sub *A* 2. p) facto *om. A* 2. q) miseraliter *A* 1. r) ficos *B* 2. s) humanorum *B* 2. *C* 3, *alia manu corr.* -narum *C* 3. t) *secundum* -m- *alio atram. supra lin. suppl. A* 2; minia *A* 1. u) imp. susc. *C.*

1) *Cf. Regino a.* 887, *p.* 128: Miseranda rerum facies, videre imperatorem opulentissimum non solum fortunae ornamentis destitutum, verum etiam humanae opis egentem. 2) *Iob* 30, 22: Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valide.

levitate sui acclinantem[a] sustentare nequit? Quanto ergo quis super nubem altius levatur[b], eo validius terrae allisus[c] quassatur. Hic tam miserrimus et iuxta philosophos fortunae in modum rotae nunc[d] summa nunc[e] ima vertentis ludus[f·1], secundum rei[g] vero[h] veritatem iuxta[i] Dei regna mutantis[2] nutum anceps rerum status ad declinandam[k] mundi miseriam veramque vitam appetendam nos provocare posset[3].

Fertur de hoc[l] Karolo, quod christianissimus fuerit. *Reg.* 888. Unde haec ei[m] circa finem temptatio ad probationem evenisse creditur. Sequenti enim, ex quo regno[n] pulsus est, anno diem obiit ac in monasterio Augiensi[o] humatus est. Exhinc confuse Romae[p] regnatum usque ad Ottonem invenitur[4]. Karolo enim mortuo, qui per VI annos impe- *cf. ib.* raverat ac septimum private vixerat, imperium multis[q] modis scinditur singulis provinciis singulos reges creare cupientibus. Arnolfo tamen[r] pars[s] maxima cessit.

X.[t] Igitur Italiu[u] duos super se reges, Beringarium Foriu- *ib.* liensem[v] et Widonem Spoletanum ducem, reges[w] statuunt. E quibus Beringarius a[x] Widone patria pulsus ad Arnolfum profugus venit. Occidentales quoque[y] Franci Odonem Ruberti filium, virum fortem, consensu Arnolfi regem creant[z]. Hic multa prelia contra Nortmannos viriliter gessit.

His[a] diebus gens[b] Ungarorum ex Scithia egressa ac a *ib.* 889. Pezenatis pulsa Avaribus eiectis[c] Pannoniam inhabitare cepit. Haec eo tempore[5] tam inmanis, tam beluina fuisse dicitur, ut crudis carnibus utens humano quoque[d] sanguine[e] potaretur. Quod ne cui incredibile videatur, audiat, quod Pecenati et hii qui Falones dicuntur[6]

a) acclamantem *A* 3. b) elevatur *C. Albr.* 889. c) allisus *om. B* 1. d) nec *A* 4; ñ *B* 1. e) nec *A* 4; ñ *B* 1. f) lud *A* 1—3; ludit *A* 4. g) rei *om. B* 1. h) vero *om. A* 4. *C* 3. 4. i) iuxta Dei *om. C* 4. k) declinandum *C* 2. 3. l) h̄ *A* 1. m) ei *om. C* 3, *sed alia manu supra lin. infra post* temptatio *suppl.* n) regno *om. A* 2. o) Audiensi *A* 3; Augensi *C (alia manu corr.* Augiensi *C* 3; ang. *C* 4*).* p) Romae *om. A* 3. q) multi *A* 2; vix. regnum modis omnibus sc. *A* 4. r) tm̄ *A* 1. 3; tamen *om. A* 4. s) max. pars *A* 2. *B* 2. t) *num. om. A* 3. u) duos Itali, *sed signis transposita B* 1; Italia *C* 3. 4. v) *ita Wilmans;* Forluliensem *A. B* 2 *(radendo corr.* Foriul. *A* 3; *mut.* Forliuiensem *A* 4, *cf. P. Hirsch, 'Die Erhebung Berengars I. von Friaul zum König in Italien', Strassb.* 1910, *p.* 39, *n.* 1*);* Forduliensem *B* 1; Forilulienseim *C* 2; Forilulensem *C* 3 *(alia manu mut.* Foruuliensem*).* 4; Foriiuliensem *Cusp.;* Foroiuliensem *Gotifr., Albr.* 892. w) *ita A* 1—3. *B. C;* reges, *etsi in genuino auctoris exemplari extitisse videtur, cum A* 4 *et Albr. delendum est; locum mutavit Gotifr.* x) a *om. B* 2. y) vero *C* 3. 4. z) creaū *A* 3. a) His — ipsi viderint *(c.* 11, *p.* 272, *l.* 21*) habet C* 1. b) Ung. gens *C.* c) electis *A* 1—3 *(fortasse corr.* eiectis *A* 1*);* egectis *B* 1. d) quoque *om. A* 3. e) sang. *om. C* 2.

1) *Boeth. Cons. philos. II,* 2. 2) *Cf. supra p.* 2, *l.* 27; *III, Prol. fin.; infra VII, Prol., p.* 308; *Oros. VI,* 1, 5; *Dan.* 2, 21: Et ipse mutat tempora et aetates, transfert regna atque constituit. 3) *Cf. supra I, Prol. in. II,* 43 *fin.* 51. *IV,* 33. *V,* 36 *fin.; infra VI,* 17 *fin.* 4) *Cf. infra VI,* 13. 5) *Ab Ottone additum.* 6) *Id est Cumani, quos Slavi Polowcos, id est incolas planitierum, vocabant; cf. K. Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme', München* 1837, *p.* 743 *sqq.; Müllenhoff in 'Zeitschrift für Deutsches Altertum' X* (1856*), p.* 165; *Gesta Frid. I,* 32, *p.* 40.

crudis et inmundis carnibus, utpote equinis[a], *cattinis, *p. 8.
Reg. 889. usque hodie vescuntur. Valent autem in sagittarum ictibus plurimum, quibus etiam dorsa vertentes nocere solent. Differunt vero a Britonibus seu Fresonibus in hoc[b], quod illi missilibus, isti sagittis nocent. Per idem tempus Nortmanni Gallias circa Senonas[c], Parisius, Trecas pervagantur.

XI.[c*] Porro Arnolfus totam orientalem Franciam[1], quod modo Teutonicum regnum vocatur[d], id est Baioariam, Sueviam[e], Saxoniam, Turingiam, Fresiam, Lotharingiam[e*], rexit[2], occidentalem vero Odo ex eius auctoritate ha-
ib. 890. buit[3]. Concessit autem Zuendebaldo Marahensium regi ducatum Boemiae filiumque suum ex[f] sacro fonte ab ipso levatum eius nomine Zuendebaldum vocavit. Dilexit vero prae ceteris regni sui locis metropolim Baioariae[g·4] Ratisponam. Unde et[h] muros eius ampliavit monasteriumque beati Emmerammi plurimis ornamentis adornavit ac largis possessionibus locupletavit[5]. Tradunt ibi scriptumque monstrant[6], quod predictus rex sanctum Dyonisium a Galliis ad prefatum monasterium transtulerit. Quod[i]
ib. 891. utrum ita sit, ipsi viderint. Non multo post[k] Arnolfo in Baioaria[l] ad compescendos Sclavos morante Nortmanni regnum eius[m] in[n] Lotharingiam ingressi principes, qui eis occurrerant, cesis multis fugant. Quod audiens Arnolfus collecto milite hostem petit pugnaque conserta tanta eos virtute stravit, ut paucissimi fuga lapsi ad classem repedantes solam vitam servarent. Arnolfus vero[o] victor
ib. 892 *sq.* in[p] Baioariam revertitur. Ea tempestate in regno[q] occidentali inter Karolum Lodewici filium et Odonem gravis de regno controversia orta Karolum infirmioris causae gratia ad Arnolfum supplicem venire ab eoque auxilium poscere compellit.

a) seu *add. C* 1. 2. b) h *A* 1. c) Senanas *A* 1—3 *(corr.* Senonas *A* 1. 2*)*. c*) X, *et sic deinceps A* 3. d) vocatur *om. C* 3, *ubi alia manu in marg. add.* dicitur. e) Sucinam *A*; suaviam *corr.* suev. *C* 2. e*) Lothaririā *A* 2; lotthariā *A* 4. f) de *C* 3. 4. g) Baioarie *alio atram. delet. A* 2. h) et *om. B* 1, *habet Albr.* i) ut *add. B* 1. k) post *om. B* 1. l) Baioariā *C* 3 *(alia manu mut.* Baw.*)*. 4. m) eius *om. A* 2. n) in *om. A. B* 2. o) vero *om. A* 2; serv. ipseque victor *A* 4. p) in *om. C. Albr.* 895. q) in regno *om. C* 3.

1) Francis orientalibus *Frut.*; Francis Teutonicis *Liudpr. Antapod. I*, 5. 2) *Cf. Frut. p.* 173, 35. 3) *Regino a.* 888, *p.* 129. 4) *Cf. ex. gr. Vita s. Bonif. auct. Otloho I*, 33; *supra VI*, 7; *infra VII*, 8 *fin.* 25 *in.* 5) *Cf. Arnulfi diploma spurium, Böhmer-Mühlbacher, Reg. imp. I*², *nr.* 1917 (1866); *Arn. de S. Emmerammo I*, 5, *SS. IV, p.* 550 *sq. Genuina regis diplomata vide Böhmer-Mühlbacher l. c. nr.* 1831 (1782). 1844 (1795). 6) *Translationem s. Dionysii sive eam, quam a.* 1049. *conscriptam edidit L. de Heinemann, 'N. Archiv' XV, p.* 331 *sqq., sive aliam (cf. SS. XI,* 343 *sqq.; 'N. Archiv' XXIX, p.* 641 *sqq.) Ottonem vidisse apud me constat.*

XII. Anno ab incarnatione Domini DCCC°XC°IIII° Arnolfus *Reg.* 894. rex compositis omnibus bene in Germania Longobardiam cum exercitu ingreditur captaque fortissima civitate Bergamo comitem Ambrosium in[a] patibulo suspendit. Quo facto omnes[b] Italiae urbes timore[c] perculsae, amplius rebellare non audentes, ultro se suae[d] ditioni subdidere. Rex quoque Placentiam[e] usque progressus, per montem Iovis[1] in Galliam rediens, Warmatiae[e*] conventum celebrat ac in vicino[f] eiusdem[g] urbis Laureacensium[h] monasterio Lodewico Bosonis filio quasdam civitates et pagos iuxta montana concessit. Ea tempestate Wido, qui Italicum regnum usurpaverat[i], moritur. Cuius filius Lambertus[k] Romam veniens imperatorem se vocari fecit. Rex rursum *ib.* 895. conventum[l] Warmatiae celebrans Zuendebaldo filio suo cum voluntate principum regnum Lotharii tradidit. Odo quoque rex Franciae cum multis muneribus eum adiit et[m] honorifice susceptus omnibus, pro quibus venerat, impetratis revertitur.

XIII. Anno ab incarnatione Domini DCCC°XC°VI°, anno *Reg.* vero regni sui VII°, Arnolfus rex victoriosus[n] vocatu For- *Frut.* mosi papae, qui gravem a civibus persecutionem pacie- *Reg.* batur, Italiam secundo ingressus ad Urbem usque progreditur. Qua armis capta a prefato pontifice coronatus iuxta quosdam[2] imperatoris[o] et augusti nomen sortitur. Hic eos, *Frut.* qui adversus pontificem seditionem moverant, decollari precepit[p]. Reverso ab Urbe Arnolfo Lambertus, qui impe- *Reg.* rium invaserat, moritur, et Lodewicus Bosonis filius a Longobardis ad imperium invitatur.

Repperi ego in quibusdam Romanorum[q] gestis post Karolum tercium, tanquam imperio[q*] a Francis ad Longobardos translato, Arnolfum in catalogo imperatorum taceri et[r] Lodewicum ceterosque[r*] post ipsum in[s] numero augustorum poni[3]. Alii Arnolfum in catalogo ponunt et eos, qui post ipsum usque ad Ottonem confuse regnarunt[t·4], non imperatores et augustos[u], sed invasores[v] et angustos[w] appellare consueverunt. Non *ib.* 898. multo post Odone[x] Francorum rege mortuo et in monasterio sancti Dyonisii humato Karolus voluntate omnium rex creatur. Arnolfus XII° regni sui anno, imperii vero iuxta *Frut.* 888.900.

a) in *om. C.* b) omnes *om. C* 3. c) timore *om. A* 2. d) dicioni sue *C* 3. 4. e) Plac. *om. A;* ad urbem *add. A* 4. e*) Warm. *linea alio atram. subducta delet. A* 2. f) vicinio *B* 1. *C* 3. 4. g) eius *A. B* 2. h) Laureacensi *Cusp.* i) invaserat *B* 2. k) Lampertus, *et in marg.* al's. Tabertus *Cusp.* l) euentu *B* 1. m) ac *C.* n) victorio *C* 2 (-sus *alia manu suppl.*). 3; victor. *om. C* 4. o) aug. et imp. *C* 3. 4. p) fecit *A* 2; iussit *A* 4. q) gestis Rom. *A* 2. q*) imperium *C* 3. 4, *alia manu corr.* -io *C* 3. r) et *om. A* 2. r*) qui *alio atram. supra lin. add. A* 2. s) in — post ipsum *(l.* 33*) om. A.* t) regnaverunt *C. Gotifr., Albr.* 899. u) angustos *C* 2. v) vasores *C* 3. w) augustos *A* 1. *C, corr.* angustos *A* 1; et ang. *om. A* 4; sed — angustos *om. Albr.* x) Odonē *B* 2.

1) per Alpes Penninas *Regino a.* 894 (Appenninas *Clm.* 6388 *olim Frising.*). 2) *Regino a.* 896, *cf. Frut. p.* 173 *sq.* 3) *Cf. infra VI,* 22. 4) *Cf. supra VI,* 9, *p.* 271, *l.* 13.

Frut. Reg. 899. quod dictum est V°, diem obiit et in loco Odingas[a], ut Regino refert, iuxta patrem sepelitur[1]. Monstratur tamen sepulchrum eius in[b] monasterio beati Emmerammi Ratisponae[2]. Poterat enim esse, ut ibi humatus huc postmodum transferretur.

Frut. Reg. 900. *XIIII. Anno ab incarnatione Domini DCCCC°I°[3] Lodewicus Arnolfi filius in loco qui Forchaim[c] dicitur rex creatur ac a principibus Lotharingiae, eo quod Zuendebaldo offensi essent, in regnum Belgicae invitatur. Quo comperto Zuendebaldus, dum multa mala committeret regnumque plurimum preda, cede et incendiis cruentaret, tandem a Stephano, Gerhardo[d], Mathfrido[e] comitibus publico bello[4] necatur, sicque Lodewicus libere regno eius potitur. *p. 2

ib. 901. His diebus Ungari Longobardiam pervagantes incolas terrae occurrentes sibi sagittis perimunt crudeliterque depopulata provincia ad propria revertuntur.

Reg. XV. Anno ab incarnatione Domini DCCCC°V° Lodewicus Bosonis filius imperium adeptus Berengarium expulit. Dumque toti Italico regno pro arbitrii sui motu potiretur, dimisso milite cum paucis Veronam se contulit. Ubi a civibus traditus, revocato Berengario, qui in Baioaria exulabat, captus est et luminibus orbatus. Berengarius exhinc regnum Italiae simul cum Romano imperio tenuit.

Frut. Circa[f] idem tempus Albertus nobilissimus[5] Francorum comes, Ottonis Saxonum ducis ex filia nepos, Konradum, qui a quibusdam Lodewici regis frater[g] fuisse creditur[6], occidit. Ob ea rex predictum heroam in castro Babenberg[7], ubi nunc nobilis episcopatus fundatus[h] cernitur, bello peciit. Cumque viribus se non posse proficere videret, Hattonis Moguntini archiepiscopi consilio ad dolum se contulit. Itaque, ut non solum in regum gestis invenitur, sed etiam ex vulgari traditione in compitis et curiis[i] hactenus

ib. auditur[8], prefatus Atto Albertum in castro suo Babenberg[k] adiit eumque quasi[l] pietatis obtentu de gratia regis adipis-

a) Odignas *B* 2. b) in mon. beati *om. C* 2. c) uorchehaim *A* 4; Forcheim *B* 1. *C*. d) Gebehardo *A* 4. e) Mahtfrido *A* 4. *B* 3; Mechfrido *C* 2; Metfrido *C* 3; Methfrido *C* 4. f) Circa — percurrunt *(p.* 276, *l.* 7*) habet C* 1. g) frater *om.*, filius *alia manu in marg. add. C* 3. h) funditus *A* 1. 2, *post corr.* fundatus *A* 1. i) in curiis *B* 3. k) habenberg[s] *C* 2; Babenbg[s] *C* 4; babinb[s]gis *C* 3; adiit Babenberg *A* 2. l) dei *A (delet. A* 2*)*; quasi *om. C*.

1) *Erravit Regino; cf. Böhmer-Mühlbacher l. c. nr.* 1955 (1903) *b.* 2) *Cf. Böhmer-Mühlbacher l. c.; monumentum Arnulfi a.* 1642. *incendio destructum a.* 1786. *renovatum est, H. Graf v. Walderdorff, 'Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart', 4. ed.* (1896), *p.* 396 *sq.* 3) DCCCC. *Regino.* 4) *Cf. infra VI,* 35; *Gesta Frid. I,* 6. 7. 5) *Cf. etiam Regino a.* 897, *qui de cetero ad a.* 906. *de Adalberto tractans longe recedit.* 6) *Frut. p.* 175, *a.* 912. 7) *Ita Frut. (et Ekkeh. Sangall.) cum Liudprando, sed ex errore; cf. Böhmer-Mühlbacher l. c. nr.* 2037 (1982) *a.* 8) *Cf. Ekkeh. Casus S. Galli, SS. II, p.* 83, *ed. G. Meyer v. Knonau c.* 11, *p.* 47 *('Mittheil. z. Vaterländ. Gesch., St. Gallen'* 1877*):* quoniam vulgo concinnatur et canitur, scribere supersedeo.

cenda convenit. Ille devote monitis eius obtemperans humi- *Frut.*
liter conductum de personae propriae incolomitate[a] peciit. Ac ne multis morer, interposita sacerdotis prefati[b] fide iter carpunt. Iam[c] castro[d] exierant, iam proximo vico, qui Teurstat[e] adhuc dicitur[1], appropinquabant, et episcopus: 'Grave', inquit, 'nobis erit ieiunium sustinere[f]; si placet, antequam regi presentemur[g], ad prandium divertamus[h]'. Tum ille simplices aures more antiquorum primorum habens dolumque minime persentiens gratanter eum[i] ad prandendum[k] in castro, unde digressi fuerant, reduxit. At postquam refecti sunt[l], ad curiam veniunt. In causa[m] princeps ponitur ac tanquam maiestatis reus[2] capite plectendus[n] *Liudpr.*
adiudicatur. Monet ille episcopum de fide data. Quam[o] e contra[p] ille se bene in hoc[q], quod sanum et incolomem in castrum eum reduxerat, servasse[r] respondit[3]. Sic pre- 906.
fatus Albertus capite plectitur, possessionesque eius, e quibus *(Sept. 9).* *Reg.* 906.
postmodum Babenbergensis[s] ęcclesia locupletata[t] dicitur, in fiscum redactae sunt. Ex huius[u] Alberti sanguine Albertus, qui postmodum Marchiam orientalem[v], id est Pannoniam superiorem, Ungaris ereptam Romano imperio adiecit*.[4], originem duxisse traditur[5]. Iudicent de hoc[w] sacerdotis[x] facto alii quod velint et tamquam pro regni utilitate commissum tueantur[6]: ego omnino nullius emolumenti gratia non solum quemlibet[y] Christia-

*) *Manu recentiore in marg. add. B* 2: Albertus victoriosus[z] marchio Austrie. No. de principibus Austrie.

a) incol. *om. C* 4. b) prefati *om. A* 4; pref. sacerd. *B* 2. c) Is *A* 1—3; Ut *A* 4; vix *Cusp.* d) de castro *C* 4. e) tiurstat *A* 2. f) sust. *om. C* 2. g) presentamur *fortasse corr.* -temur *C* 1. h) divertam *(9 si extabat, iam humore evanuit) B* 1. i) eum *om. C* 2. k) prandium *B* 1. *Albr.* 910. l) fuerant *C* 1; sunt *om. C* 2. m) eā *A* 1—3. n) plectend' *A* 1. o) Qua *A* 3. *C* 1; Quem *B* 2. p) ille e contra *B* 2. q) h̄ *A* 1. r) reservasse reduxerat *B* 2. s) Babinberg *C* 1; Babinberg̃ *C* 2—4. t) dic. locupl. *A* 2. u) cuius *B* 1. v) *manu recentiore superscr.* i. austriam *B* 2. w) h̄ *A* 1. x) facto sac. *A* 3. y) quem *C* 3. z) victoriosus *supra lin. B* 2.

1) *Hodie suburbium civitatis Bambergensis versus orientem situm.* 2) maiestatis reus adiudicatus capite truncatur *Liudpr. Antapod. II,* 6. 3) *Haec apud unum Liudprandum l. c. leguntur, quem Otto cum aliis nonnullis locis tum hic adhibuisse videtur; cf. infra VI,* 23. 4) *Infra VI,* 32. 5) *Quod etsi non omnino certum, verisimile tamen esse postremus K. Uhlirz exposuit, 'Mitteil. des Inst. für Oesterreich. Geschichtsforschung, Erg.-Bd. VI', p.* 57—69, *et 'Jahrb. des Deutschen Reichs unter Otto II.' p.* 228—231. 6) *Cf. Widuk. I,* 22. *rec. B, ed. K. A. Kehr, SS. rerum German. p.* 29: Hac igitur perfidia quid nequius? Attamen uno capite caeso multorum capita populorum salvantur. Et quid melius eo consilio, quo discordia dissolveretur et pax redderetur?

Ps. 11, 3. num fraude circumvenire, sed etiam *in corde et corde*[a] in causa capitali *lo*qui[1] non debuisse arbitror[b] episcopum.

C. Reg. 907. Non multo post Ungari commisso cum Baioariis bello ducem eorum Leopaldum, Arnolfi ducis patrem, occidunt ac
ib. 908—910. inde per totum regnum diffusi Alemanniam, Franciam, Saxo-
Frut. 912. niam, Turingiam percurrunt[2]. Lodewicus orientalis Franciae rex XII⁰ regni[c] sui anno sine herede decessit[d], ac in ipso fratreque[e] suo Zuendebaldo iuxta quosdam Karolorum genealogia in orientali regno defecit[3] ad tempus[4]. Unde quidam modernus: 'Ultimus', ait, 'Augustorum Augustulus, ultimus vero[f] Karolorum Zuendebaldus
Frut. fuit'. Defuncto Lodewico Otto Saxonum dux ab omnibus petitur. Princeps ergo[g] clarissimus tanquam senio gravis rex fieri recusabat.

ib. XVI. Anno ab incarnatione Domini DCCCC⁰XIII⁰[h] Conradus Conradi, quem Adelbertus[i] occiderat, filius consilio prefati ducis Ottonis, consensu omnium orientalis Franciae rex creatur. Hunc quidam Lodewici fratris filium fuisse dicunt et ob hoc[k] eum novissimum Karolorum ponunt[5]. Anno regni sui I⁰ Ungari ad depopulandam terram rursum[l] effusi a Suevis et Baioariis[m] iuxta Enum fluvium sternuntur. Porro[n] Arnolfus Baioariorum dux[o] *regi rebellans[6] cum uxore ac *p. 6.
filiis ad Ungaros[p] fuga elapsus est. Rex vero VII⁰ regni sui anno vita pariter ac regno perfunctus[q] diem[r] obiit[7], eiusque consilio Heinricus Ottonis ducis filius in regnum subrogatur anno ab incarnatione Domini DCCCC⁰XX⁰.

XVII. Exhinc quidam post Francorum regnum supputant Teutonicorum. Unde filium[s] eius Ottonem in decretis pontificum[8] Leonem papam primum regem Teutonicorum vocasse dicunt. Nam iste, de quo agimus,
ib. 920. Heinricus oblatam sibi a summo pontifice[9] dignitatem ren-

a) corde *om. Albr.* 910. b) arbitrior *C* 1. c) imperii *A* 2. d) discessit *A*. e) fratre quoque suo *C* 2. f) vero *om. A. B* 2. g) ergo *om. A* 2; vero *C*. h) DCCCC⁰XII⁰ *A* 4. i) Albertus *B* 1. *C;* filius quem Adelb. occ. *A* 2. *C* 3. 4. k) h *A* 1. l) rursum *om. A* 2. m) a Baioariis *A* 1. 3. *B* 3. n) Porro — subintroiere *(c.* 17, *p.* 277, *l.* 23*) habet C* 1. o) dux *om. A* 2. p) ungarios *A* 2. q) perfuctus *B* 1; functus *C; ē add., sed delet. A* 3. r) die *A* 2. s) Ott. filium eius *C*.

1) *Psal.* 11, 3: Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: Labia dolosa, in corde et corde locuti sunt. 2) *Cf. etiam Frut. a.* 908—911. 3) *Cf. etiam Contin. Reginonis a.* 911. *et versus e codice Frutolfi Gothano, olim S. Petri Erfurtano, saec. XII, editi MG. SS. VI, p.* 175, 40. 4) *Vide infra VI,* 32 *in.* 5) *Vide stemma genealogicum apud Frutolfum p.* 176. 6) *Contin. Reginonis a.* 917; *Frut. p.* 175, 20. 7) *Cf. etiam Contin. Reginonis a.* 919. 8) *Scilicet spuriis illis, quae sub nomine Leonis VIII. papae ferebantur, privilegiis, MG. LL. Constit. I, nr.* 448 *sq., ubi re vera p.* 666, 23. *et p.* 667, 28. *hoc vocabulum usurpatur.* 9) *Moguntino archiepiscopo secundum*

nuisse perhibetur. Michi autem videtur regnum Teutonicorum, quod modo Romam habere cernitur, partem esse regni Francorum. Denique, ut in superioribus patet[1], tempore Karoli regni Francorum tota Gallia, id est Celtica, Belgica, Lugdunensis, omnisque Germania, a Rheno scilicet ad[a] Illiricum, terminus fuit. Dehinc diviso inter filiorum filios regno aliud orientale, aliud occidentale, utrumque tamen[b] Francorum dicebatur regnum[2]. In orientali ergo, quod Teutonicorum dicitur, deficiente Karoli stirpe[3] primus, manente adhuc in occidentali Francia[c] ex successoribus Karoli Karolo[4], ex gente Saxonum successit Heinricus. Cuius filius Otto, quia iam[d] imperium a Longobardis usurpatum reduxit ad Teutonicos[e] orientales Francos[5], forsan dictus est primus rex[f] Teutonicorum, non quod primus apud Teutonicos regnaverit, sed quod primus post eos, qui a Karolo Karoli vel Karolingi, sicut et[g] a Meroveo Merovingi, dicti sunt, ex alio, id est Saxonum, sanguine natus imperium ad Teutonicos Francos revocaverit. Sicut autem Merovingis deficientibus ac Karolis succedentibus[h] regnum tamen[i] mansit Francorum, sic et Karolis decedentibus ex alia familia[k] seu lingua in uno tamen[i] regno Ottones subintroiere[l]. Quae varietas humanarum rerum defectum prodens ab inicio mundi usque in presentem diem alternatur. Sic in regno Egyptiorum Pharaonibus[m] successere Ptholomei, in Romano quoque post familias Cesarum multas et assiduas regum[n] successiones miserabiliter mutatas curiosus indagator[o] inveniet. Et sicut ex libro Regnorum[p] habes, tam ex regum quam populi peccatis post quartam vel quintam generationem decedentibus aliis alii successere, qui non solum filios priorum non exaltarent, sed et plurimum affligerent et delere cogitarent. Vixque[q] alicuius regis semen diu ste- *cf. 4. Reg. 10, 30.*

a) usque ad *Cusp., Gotifr., Albr.* 937. b) tm *A* 1. 3. c) quod *add. C* 3. d) qui etiam *A* (qui *supra lin. A* 1); qui iam *B* 2. e) orient. Fr. Tent. *C.* f) Teuton. rex *B* 2; rex primus Teuton. *A* 4. g) et *om. A. B* 2. *C* 4. h) succentibus *A* 1. i) tm *A.* k) familia *bis A* 3. l) *primum* -e- *supra lin. B* 1; subintroire *B* 2. *C* 1. m) Pharonibus *A* 3. n) rerum *A* 2. o) indagatorum *B* 2. p) Regu *Cusp.*; Regum libro *Albr.* 937. q) -que *om. A, supra lin. suppl. B* 2.

Widukindi, quem Frut. p. 180, 15. *exscripsit, usum loquendi. Sed Ottonem de Romano pontifice cogitasse patet.* 1) *V,* 32, *p.* 257. 2) *Cf. supra V,* 35, *fin.* 3) *Cf. Frut. p.* 175, 30: Sed quia Karolorum stirpe in regno Francorum deficiente regnum iam ad Saxones per Heinricum transfertur, genealogiam Karolorum . . . breviter depingamus. 4) *Vide infra VI,* 18. 5) *Vide infra VI,* 22.

tisse in gloria sua invenis, excepto David, cui promissus est Christus. Quae omnia, ut sepe iam dixi[1], humanam miseriam variumque rotatum ostendunt ac ad eternae beatitudinis statum[a] nos mittunt. Sed haec[b] hactenus.

Frut. XVIII. Igitur Heinricus Ottonis ducis[b*] filius in orientali Francia regnavit occidentalem[c] Karolo tenente. Quidam Celtici[2] scriptores asserunt eum primo ducem tantum Saxonum Karoloque fuisse[c*] subiectum postque[d] consilio generi sui Gisilberti Belgicae ducis cum omnibus[e] orientalibus principibus a regno eius discessisse ac regium nomen assumpsisse[f·3]. Alii dicunt eum post mortem Konradi ab orientalibus Francis per electionem principum in regnum subrogatum fuisse nec umquam eum[g] aliquit de manu Karoli suscepisse[4]. Concordant tamen[h] in hoc, quod regnum Germaniae potenter habuerit[5] et pro Belgica Gallia cum Karolo controversiam[6]. Quam scriptorum[i] varietatem ex hoc accidisse arbitror, ut, dum translato ad Francos imperio cum imperiali gloria crescere simul cepissent et ingenia[k], divisoque regno divisi fuissent hominum animi, tantam quique suam rem publicam fecerunt[l], quantam eam preclaris ingeniis extollere potuerunt. Nos vero medium in his limitem servantes, in quantumque possumus ac ex eorum dictis conicere valemus veritatis seriem tenentes, nec[m] ad dexteram nec[n] ad sinistram declinare Deo largiente studebimus.

Itaque dum, secundum quod[o] utrosque scriptores concordare diximus, Heinricus cis Rhenum regnaret et de Belgica[p] cum Karolo discreparet[q], ex voluntate amborum ad huius litis scrupulum decidendum die in oppido Bunnae[r] constituta Belgica[s] Heinrico cessit[7], ac Karolo Celtica tantum

a) statum *om. C* 4. b) hoc *B* 2; Sed haec hact. *om. C* 4. b*) magni *C* 2. c) occidentale *C* 3. 4, *alio atram. corr.* -le *C* 3. c*) subiectum fuisse *C.* d) postquam *A.* e) omn. *om. A.* f) accepisse, *eadem manu superscr.* vel assumpsisse *C* 4. g) eum *om. A* 1. *C;* aliquit eum *A* 2; aliquit *om. A* 4. h) tm̄ *A* 1. 3. i) scriptorem *B* 1. k) ingenta, *super* -ta *superscr.* ia *A* 1; ingenita *A* 3. 4; in gˢenia *C* 2. l) rem perfecerunt, *omisso* publ. *A.* m) nc̄ *corr.* nec *A* 1. 4; nunc *A* 3. *B* 2, *corr.* nec *B* 2. n) nc̄ *A* 1; nunc *A* 3. *B* 2, *corr.* nec *B* 2. o) quod *om. B* 2. p) *ita Cusp.;* Belga *A. B. C (alia manu corr.* Belgica *C* 3*). Ann. S. Trudp.* 920. q) discreparet *alio atram. mut.* disceptaret *A* 2, *et sic Cusp., Ann. S. Trudp.* 920. r) Brunne *A.* s) Belgico *A* 2.

1) *Cf. supra II,* 43 *fin. IV,* 33. *V,* 36 *fin. VI,* 9. 2) *Vide Frut. p.* 182, 13: Haec sunt verba illius Gallici hystoriographi. 3) *Frut. p.* 181 *sq. secundum Richerum. Sed Otto sensum relationis paululum immutavit.* 4) *Frut. p.* 180. *secundum Widukindum; cf. p.* 181, 35. 5) *Cf. Frut. p.* 180, 45; *Contin. Reginonis a.* 920. 936. 6) *Frut. p.* 181 *sq., imprimis p.* 181, 5; *Contin. Regin. a.* 923—925. 7) *Contin. Reginonis a.* 924.

et Aquitania parsque[a] Lugdunensis[b], Burgundia[c] regem[d] per se habente, remansit. Et sic regnum quod Francorum dicitur ex paterna hereditate Belgicam Galliam cum palatio Aquis[e·1] et maiori parte Franciae perdidit.

Circa[f] idem tempus Arnolfus Baioariorum dux morte *Frut.* Conradi regis comperta ex Ungaria in patriam revertitur regnareque gestiens tandem a rege, relictis sibi terrae suae
*p. 237. *ecclesiis, in pacem vocatur. Hic est Arnolfus*·2, qui ecclesias et monasteria Baioariae crudeliter destruxit ac possessiones earum militibus distribuit. Is dum primo regnare *Gebeh. V. s. Udalr.* moliretur, beato Odalrico Augustensium episcopo duo gladii, quorum alter capulo carebat, in visu monstrati sunt, audivitque gladium[g] cum[h] capulo regem[i] Heinricum[k], Arnolfum autem gladium[l] sine capulo tamquam sine capite et iusticia esse[3]. Post haec Heinricus Ungaros[m] more suo[n] erum- *C. Reg. 934.* pere volentes in Saxonia incredibili cede stravit titulumque[o] *Frut.* victoriae in palatio Merseburch, quae[p] et Martinopolis, pingi fecit. Lanceam quoque sacram**, quam reges nostri hactenus habent[4], a Radolfo[q] Lugdunensis Galliae seu Burgundionum[r] rege minis extorsit. Ipse vero post multa

*) *Manu quae videtur s. XIII. in marg. f.* 94^{v}. *add. A* 3: De Arnolfo dampnate memorie duce. *Quae nota non transscripta est A* 3*.

**) *Eadem manu qua nota* * *in marg. f.* 94^{v}. *add. A* 3: De lancea Domini[s·5]. *Idem in marg. habet Cusp.*

a) parsque *om. C.* b) Lugdunensem *C* 2; Lugdunense *C* 3. 4. c) Burg. *om. C.* d) per se regem *A* 2. e) Aquisgrani *A* 4. f) Circa — coronatur *(c.* 19, *p.* 180, *l.* 5/6*) habet C* 1. g) gladium *om. A* 2. h) c̄u *alio atram. mut.* sū (sine) *C* 3. i) per regem *C* 2; rege *alio atram. corr.* regē *C* 3. k) Heinr. — capulo *(l.* 14*) om. C* 3. l) gladium *om. C.* m) ungarios *A* 2. n) suo *om. C* 3. o) -que *iterum add. C* 1. p) quae *om. A* 3. 4; quae et Mart. *in marg. suppl. C* 1. q) Rādolfo *A* 2; Rodolfo *A* 4. r) Burgundiorum *C* 3. 4. s) dōmj *A* 3.

1) *Cf. supra VI,* 4, *p.* 266, *l.* 9. 2) *Verba Frutolfi l. c. p.* 180, 45. 3) *Gebehardi Vita s. Udalrici, edita in libro qui inscribitur De vita s. Udalrici Augustanorum Vindelicorum episcopi quae extant, Augustae Vind.* 1595, *p.* 186, *cf. MG. SS. IV, p.* 389, *n.* 14. *Aliter Gerhardus auctor prioris Vitae Udalrici.* 4) eamque credimus esse, quae exunc hodieque in imperatorum tutela solet manere *Frut. p.* 182, 40. *Sed lanceae ab Heinrico acquisitae inter a.* 1035. *et* 1099. *aliam, quae hodie Vindobonae servatur, substitutam esse ostendi in libello qui inscribitur 'Die Heilige Lanze, ein Abzeichen des alten Reichs', 'Untersuchungen zur Deutschen Staats- und Rechtsgeschichte, herausg. von O. Gierke, Heft* 96', *Breslau* 1908. 5) *Hoc nomine sacram imperii lanceam a.* 1227. *primo significari ostendi l. c. p.* 78 *sqq.*

virtutis suae opera[1], dum ad optinendum imperium Romam[a] tenderet, morbo correptus XVII[0] regni sui anno diem obiit.

Frut. et C. Reg. XVIIII.[a*] Anno ab incarnatione Domini DCCCC[0]XXX[0]VI[0][2] Otto Heinrici filius patri nobilis heres in regno succedens in palatio Aquis[b] a Moguntino archiepiscopo Hildeberto coronatur. *C. Reg.* 939. *et Frut.* Hic Sclavos, qui et Boemi[3], resistentes sibi compescuit, Belgas consilio Gisilberti ducis sui[c] transitum Rheni prohibere nitentes in fugam vertit[d] ac tota terra ferro flammaque vastata in monte Capri castrum situm[e] obsidione cinxit. Igitur Lodewicus Karoli filius Belgicam, quam pater suus, ut supra dixi[4], perdiderat, hac occasione recipere gestiens Alsatiam ingrediturf. Quo audito rex obsidionemg Capri-montis solvit pulsoque Alsatia Lodewico Bresacam[h] obsedit. Inter haec Gisilbertus dux dedecoris iniuriam ulcisci volens collecto milite Andrenacum usque progreditur. Ubi occurrentibus sibi Germanis, accerrimo prelio commisso, Gisilbertus dux fugere volens Rheno submergitur, ceterique in fugam, cesis plurimis, vertuntur. Quo comperto Bresacenses regi castrum dederunt[i]. Rex vero rursum Belgicam[k] ingreditur totamque in deditionem accepit, et exhinc provincia illa a regibus Teutonicorum absque *Frut. et C. Reg.* 939. contradictione possidetur. Porro Lodewicus rex sororem Ottonis regis Gisilberto duce mortuo viduatam in matrimo- *C. Reg.* 946. nium suscepit. Ipse vero non multo post a suis regno pulsus ad Ottonem supplex venit eiusque auxilio devictis *ib.* 948. hostibus regnum recepit. Post haec[l] Inglinheim[m] synodus presidente[n] Marino sedis apostolicae legato in presentia amborum regum celebratur. Verum Otto post multos triumphos Italiam[o] quoque, quae per plures iam annos Francis seu Germanis alienata[p] fuerat, regno adicere *Frut.* parat. Haec eo tempore a Berengario tyranno[5] multipli- *C. Reg.* 951. citer premebatur, a quo et Adalheida Lotharii imperatoris[6] antecessoris sui vidua in captivitate tenebatur. Rex ergo Italiam ingressus[q] reginam a[r] captivitate liberatam *ib.* 952. uxorem accepit pulsoque Berengario natale Domini Papiae celebravit, et sic verno tempore in[s] patriam rediens Chonradum ducem ad persequendum Berengarium ibidem reliquit. Huius consilio Berengarius in[t] Saxoniam ad regem venit, gratiam eius tam *Frut.* ducis quam Letalfi regis filii auxilio impetraturus[u]. Sed

a) Romam *om. B* 2. a*) *num. om. C* 2; XVIII, *et sic deinceps A* 3 *(cf. p.* 272, *n.* c*). b) Aquisgrani *A* 4. c) sui *om. C.* d) convertit *C* 3. 4; proh. volentes fugavit *A* 4. e) suum *A.* f) ingreditur — Alsatia *(l.* 13*) om. C* 3. g) obsidione *A* 3. h) Brefacam *A* 1. 3. 4. i) ded'nt *A* 1; dedunt *A* 3. *B* 2. *C* 2. k) *ita C. Gotifr., Albr.* 945; Belgam *A. B.* l) haec *om. C* 2. m) syn. Iugliheim *C* 3. 4. n) *ita C. Cont. Regin.;* presente *A. B.* o) Italia *A* 3. 4. p) aliena *C.* q) ingessus *B* 1. r) de *A* 2. s) ad *A* 2. t) in *om. C* 4. u) impetrauit, -uit *in loco raso A* 2; ob gratiam optinendam *(om.* eius tam — impetrat.*) A* 4.

1) *Cf. Ottonis Fris. Gesta Frid. I,* 9. 2) 937. *Frut. p.* 184, 27; *Otto annum ex Contin. Reginonis assumpsit.* 3) *Ab Ottone additum; cf. Contin. Reginonis a.* 950. 4) *P.* 278 *sq.* 5) *Cf. Ottonis Fris. Gesta Frid. II,* 30, *ed. Waitz p.* 110. 6) regis Italici *Contin. Reginonis.*

cum per triduum conspectui regis non admitteretur, inter- *Frut.*
cessione tandem[a] prefati ducis ac regiae prolis[1] obti-
nuit, quod ei in urbe Reciae Augusta dies prefigatur[b]. Ibi *C. Reg.* 952.
ex omnibus regni visceribus multis[c] in unum adunatis
5 Berengarius humiliter veniens cum filio suo Alberto regi[d.1] se
dedidit[e], ab eoque regnum Italiae, excepta marchia Veronen-
sium et Aquileiensium, suscepit. Reversus in Italiam Beren- *Frut. et*
C. Reg. 952.
garius, multa sicut et antea principibus terrae mala faciens,
in se odia omnium concitavit[f]. Eo tempore Letalfus filius *Frut.*
10 regis consilio[g] quorundam nova contra patrem molitur.
Sed in brevi[2] a cepto desistens paterne ab eo in gratiam
recipitur.

XX.[h] Anno[i] ab incarnatione Domini DCCCC°L°V° Un- *Frut. et*
C. Reg. 955[3].
garorum gens sevissima cum innumera multitudine erupit 955.
15 ac totam terram more locustarum operiens ad Licum[k] usque
contra urbem Augustensem[l], cui tunc venerabilis ac Deo
dignus sacerdos Ulricus presidebat, pervenit. Quibus glorio-
sissimus rex[m] fide magis quam armis prefati viri Dei hor-
p. 238. tatu tutatus occurrit tantaque predictos barbaros virtute
20 stravit*, ut exhinc gens omnium *inmanissima non solum
regnum invadere non auderet, sed et suum desperatione
correpta vallibus et sudibus in locis palustribus contra
nostros munire cogitaret[4]. Cecidit in eo prelio dux illu-
stris[n] Warmatiensis** et gener regis[5] Chonradus. Barbari

25 *) *Eadem manu eodemque atramento supra lin. add. C* 1: apud locum qui Coltal dicitur[6].

**) *Alia manu s. XIII. in marg. add. C* 3: Credo hunc ducatum hodie esse dominorum de Limburg.

a) tandem *om. C* 3. b) prefigitur *B* 1. c) -is *e corr. A* 2; multum *A* 1. 3. 4.
30 d) regi *om. C* 3. e) dedit *B* 2. f) excitavit *A. B* 2. g) quor. cons. *C* 3. 4.
h) *num. om. C* 2; *cf. p.* 280, *n.* a*. i) Anno — traditur *(p.* 283, *l.* 1*) habet C* 1.
k) Lech *manu recentiore superscr. B* 2. l) August. urbem *A* 2; Augustam *A* 4.
m) Otto *alia manu supra lin. add. C* 4. n) -lust- *in loco raso alio atram. A* 3; Warm.
ill. *C* 3. 4.

35 1) *Cf. Frut. p.* 188, 18 *sqq.* 2) *Cf. Contin. Reginonis a.* 954: in brevi tota Bawariae virtus ad eum *(sc. regem)* et Alamanniae in tantum convertitur *etc.* 3) *Sed Otto auctoribus suis satis libere usus est; Gerhardi Vitam s. Udalrici hic adhibitam esse vix crediderim.* 4) Ungariorum gens, cuius omnes pene nationes experte sunt sevitiam,
40 quae miserante Deo sanctissimi atque invictissimi regis Ottonis potentia . . . mutire non audet exterrita *Liudpr. Antap. I,* 5, *quam Sigeb. a.* 957. *exscripsit.* 5) *Contin. Regin. a.* 947; *Ann. Hildesh. a.* 955; *Frut. p.* 188, 25. 6) *Cf. Ann. Zwifalt. a.* 942: Ungari iuxta Augustam apud Kolital ab Ottone rege bello vincuntur 4. Idus Augusti, ubi ex
45 nostris Counradus dux et Diepolt frater s. Oudalrici occubuerunt; *D. Schäfer, 'Die Ungarnschlacht von* 955', *'SB. der K. Preuss. Akad. der Wiss.' t. XXVII (Berlin* 1905*), p.* 567.

955. vero, quod[a] etiam incredibile videtur, usque ad internitionem[b], VII tantum[c] residuis[1], omnes deleti dicuntur. Huius maximae concussionis auctor fuisse[d] ex Baioaria[e] quidam[f] Skirensis[g] comes[2] memoratur. Qui tamen[h] perfidiae suae penas solvens, dum Ungaros incaute[i] eductos morti exposuisset, ab eis tanquam traditor necatus est*.[3]. Porro terra ipsius in fiscum redacta partim a rege inter ecclesias divisa[k], partim heredibus eius cum castro Skirensi[l] relicta eterno[m].** anathemati[n] ab epi-

*) *Eadem manu, qua supra p.* 279. *notae* * *et* **, *in marg. f.* 95[v]. *add. A* 3: De comitibus Schyrensibus.

**) *Pro* eterno — transigant *(p.* 284, *l.* 11*) exhibet A* 3* *(cf. p.* 284, *n.* 1*)*: veruntamen modo cenobium inibi monachorum institutum fore conspicitur[4]. Ex[o] huius origine cum plures hactenus tyranni potentesque viri surrexerint, modo vero temporibus nostris preclara et inclita soboles Otto palatinus comes illustrissimus de Witelinspach, infausti[5] patris, set nobilis felicior heres, vir corporis et animi robore preditus, plurimis opibus et honoribus pollens filiorumque[p] generosa propagine excellenter dilatatus, enituit[6]. Quorum unus Chůnradus nomine, ecclesiastico ordini destinatus et postmodum ecclesie Maguntine[q] presul[r] effectus[7], magnae

a) *ante* quod *una littera erasa A* 3. b) *ita A* 1. 3. *B* 2; internicionem *A* 2. *B* 1. *C* 3. 4; internetionem *A* 4; internitione *C* 1; intercucionem *C* 2. c) tam̄ *C* 1. d) et *add. C* 3. e) Baioariis *C* 3. f) Sy *deletum add. B* 1. g) Skirensis *delet. et manu s. XIII. in marg. add.* Styrensis *A* 1; Skyrensis, *manu sive eadem sive s. XIII. superscr.* scilc. de Witillisbach *B* 1; Scirensis *C (alia manu mut.* Schir. *C* 2*).* h) tm̄ *A* 1. 2. 4, *corr.* tn̄ *A* 4. i) intante *C* 2. k) divisa — conspicitur *(l.* 14*) alio calamo A* 3*. l) Skyrensi *A* 3*. *B* 1; Scyrensi *C* 1; Scirensi *C* 2—4 *(alia manu corr.* Skir. *C* 2*).* m) ane *deletum add. B* 1; eterno — appellatus est *(p.* 284, *l.* 14*) alia manu in loco raso A* 3, *vide p.* 283, *l.* 25 *sqq.* n) anathemate *A* 4; anatemati *B* 1. o) Ex — plurimis *(l.* 19*) in loco raso A* 3*; Ex — expressius declarabimus *(p.* 283, *l.* 25*) om. A* 3* *b.* p) filiorq; *A* 3*. q) Magutine *A* 3*. r) presul — assignaverimus *(p.* 283, *l.* 24*) alio calamo, eodem quo supra n.* k, *A* 3*.

1044. pit ac cum exercitu Pannonias ingressus congressu habito cum paucis incredibilem multitudinem Ungarorum fudit Petrumque regno restituit[1]. Unde** rursus est ille[b] rithmus Hermanni Contracti[2] de prefato triumpho compositus[c], qui sic incipit:

Vox haec melos[d] *pangat.*

Herim. 1043. *et Frut.* 1044. Accepit autem nobilissimi Galliarum principis, Pic-
1043. taviae ac Aquitaniae ducis sororem[3] Guillelmi Agnetem
(Nov.). in uxorem. Cumque ex more regio nuptias Inglinheim celebraret, omne balatronum et histrionum collegium, quod[e], ut assolet, eo confluxerat, vacuum abire permisit pauperibusque ea, quae[f] membris diaboli subtraxerat, large distribuit. In ipsa vero nuptiarum[g] sollempnitate tristia letis admixta[h] sunt. Nam illustrissimus marchionis Alberti
(Dec. 9). filius Leopaldus adolescens*** immatura morte omnium planctu[4] rapitur et a patruo suo Popione[i] Treverorum archiepiscopo in urbe Treverensi sepelitur. Hic est Leopaldus,
cf. Herim. 1042. *et Frut.* qui cum patre suo Alberto Marchiam orientalem[k.5] Ungaris eripuit[6] ac inter cetera virtutis suae opera exercitum

*) *C* 2 *post* levir *add.:* dicitur frater mariti vel uxoris secundum Hugonem[7].

**) Unde — pangat *(l.* 10*) om. C, habet Cusp.*

***) miles fortis dictus *manu recentiore superscr. B* 2.

a) ab *supra lin. suppl. B* 2, *ubi manu recentiore superscr.* Ababano; a bovore *C* 2. b) ille *om. A* 2; rithm. ille *A* 4. c) comp. *om. A* 1*a. Cusp.* d) *ita Cusp.;* Vox ekmeles *A. B. Albr.* 1045; *cf. n.* **. e) qui *B* 1. f) quam *B* 2. g) soll. nupt. *A* 3. h) sibi *add. A* 1. 2, *rursus deletum A* 1. i) Pupione *B* 1. *C (mut.* Poppone *C* 3*);* Poppione *B* 2. k) orient. *om. A* 2; Hic L. cum patre suo orient. monarchiam tenens Ungaris eam eripuit *A* 4.

1) *Tres Heinrici a.* 1042. 1043. 1044. *in Ungariam expeditiones Otto coniunxit.* 2) *Quem Wiponi potius tribuit Pertz; cf. Wattenbach, 'DGQ.' II*[6], *p.* 13, *n.* 3. 3) *Ita recte quidem Otto, sed hoc apud auctores eius nos quidem non legimus;* Agnetem Willehelmi Pictaviensis filiam *Herim. Contr., quocum Frut., Ann. Sangall. mai., Chron. Suev. univ., Ann. Altah. mai., Ann. Hildesheim. consentiunt, et ipsi recte.* 4) *Cf. Ann. Altah. mai. a.* 1043. *fin.:* multorum nimio dolore deploratus. 5) *Scilicet regionem inter Leitham, Fischam, March, Thayam fluvios sitam; cf. Herim. Contr. a.* 1043: regnique *(sc. Ungarorum)* usque ad Litaha flumen partem accipiens *(sc. Heinricus rex); Steindorff, 'Heinrich III.' t. I, p.* 180 *sqq.* 6) *Cf. VI,* 15, *p.* 275. 7) *Cf. Huguicionis Pisani Glossarium (nondum editum) s. v.* levir.

Ovonis[a] innumerabilem fines suos ex inproviso vastantem 1042.
subito correptis[b] armis, quod tamen in omni conflictu etiam fortibus incautum est[1], pene funditus cum paucis delevit[2].

Circa idem tempus pudenda confusio ęcclesiae Dei in urbe Roma fuit. Tribus ibi invasoribus, quorum unus Benedictus dicebatur[3], sedem illam simul occupantibus atque ad maioris miseriae cumulum divisis[c] simul cum reditibus patriarchiis[d], uno ad Sanctum Petrum, altero ad Sanctam Mariam maiorem, tercio, id est[e] Benedicto, in palatio Lateranensi sedente[4], flagitiosam et turpem vitam, ut egomet in Urbe Romanis tradentibus audivi, duxere. Hunc miserrimum ęcclesiae[f] statum religiosus quidam presbyter Gratianus nomine viḑens zeloque pietatis matri suae compatiendo animadvertens prefatos viros adiit[5] eisque a sede sancta cedere pecunia 1045.
persuasit, Benedicto reditibus Angliae, quia maioris videbatur auctoritatis esse, relictis. Ob ea cives prefatum presbyterum tanquam ęcclesiae Dei liberatorem in summum pontificem elegerunt eumque mutato nomine Gregorium VII[mg] vocaverunt. Quod audiens rex procinctum *Herim.* 1046 *sq.*
in[h] Italiam movet. Porro Gratianus regi apud Sutrium[6] occurrens ad leniendum ipsius animum diadema precio- 1046.
sum obtulisse dicitur. Quem rex primo quidem[i], ut decuit, honorifice suscepit, postmodum autem collecto episcoporum conventu a pontificatu pro nota symoniae[7] cedere persuasit eique Suidegerum Babenbergensem[k] episcopum, qui et Clemens, consensu Romanae ęcclesiae substituit. Hunc Gratianum Alpes transcendentem secutum fuisse tradunt Hiltibrandum[8], qui postmodum summus ponti-

a) *super* Ovonis *manu recentiore superscr.* Ababani *B* 2. b) arreptis *A* 2. c) dimissis *A (manu saec. XVI. superscr.* diuisis *A* 1). d) patriarchis *A* 3. e) tercio a *B* 2. f) statum ęccl. *A* 1—3; defectum ęccl., *omisso* miserr. *A* 4. g) VII[m] *mut.* VI[m] *B* 2. *A* 3*; VII[m] *mut.* V[m] *C* 3; sextum *Albr.* 1044. h) movet in It. *A.* i) quidem *om. A* 4; ut decuit quidem, *litteris* b. a *superscriptis transposita A* 2. k) Babenbg *A* 1. 3; Babenbg *A* 2; Babgnsē *B* 1; Babenbergensis *B* 2; bambgnemsem *C* 2; Babinbergensem *C* 3. 4.

1) *Cf. Gesta Frid. I,* 33, *p.* 42. 2) *Cf. Ann. Altah. mai. a.* 1042. 3) *Cf. Herim. Contr. a.* 1044. 4) *Aliter Lupus Protospat. a.* 1046, *SS. V, p.* 59. 5) *Immo Gratianus, qui Gregorius VI. papa dictus est, unus e tribus modo nominatis fuit. Cf. etiam Frut. a.* 1046. 6) *Immo apud Placentiam, ut praeter alios Herim. Contr. dicit; apud Sutrium postea synodo acta Gregorius VI. cum aemulo suo Silvestro, Romae Benedictus pontificatu cedere coactus est.* 7) *Cf. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' III*[3], *p.* 589, *n.* 4. 8) *Cf. Gregorii VII. Reg. VII, nr.* 14*a, Jaffé, Bibl. rerum German. II, p.* 401; *Bonizo, Lib. ad Amicum V, MG. Libelli de lite I, p.* 587; *Beno, Gesta Rom. eccl. II,* 8, *ibid. II, p.* 378.

fex factus ob eius amorem, quia de catalogo pontificum semotus fuerat, se Gregorium VII[m a] vocari voluit. Et sicut in Lucano[1] habes:

Victrix causa diis placuit, sed victa Catoni,

ita et huic Hiltibrando, qui semper in ecclesiastico rigore constantissimus[b] fuit, causa ista, *in qua sententia principis et episcoporum prevaluit, semper displicuit. Exhinc Romana ecclesia in[c] electione canonica pontificum in tantum infirmata invenitur, quod iste[d] IIII[or]-que[e] sequentes ab imperatore ibi positi in catalogo[f] inveniantur[g]. Qualiter autem industria et opera prefati Hiltibrandi sub Leone iuniore libertatem suam ex parte, sub Alexandro vero plene rehabuerit[h], sicut probatorum virorum relatu cognovimus, infra dicemus[2].

Herim. et Frut. XXXIII. Anno ab incarnatione Domini M⁰XL⁰VII⁰[3] Heinricus rex victoriosus Romae in[i] die natalis Domini[k]
1046. *Dec.* 25. a Clemente coronatus imperatoris et[l] augusti LXXXX[us 4]
Frut. 1046. ab Augusto nomen suscepit. Inde per Apuliam exercitum du-
1047. cens cum honore ad patriam revertitur. Eodem anno Suidegero mortuo Popio[m] Aquileiensium patriarcha[5] in locum eius sub-
Frut. 1047. rogatur. Non multo post Petrus Ungarorum rex a quodam
Herim. 1046. cliente suo Andrea nomine oculis ac regno privatur. Po-
ib. 1048 *sq. et Frut.* pione[n] quoque, qui et Damasus, mortuo Bruno, qui et Leo,
1048. Tullensium episcopus, Romanam ecclesiam gubernandam suscepit. Hic ex nobili Francorum prosapia oriundus auctoritate regalis excellentiae ad sedem beatri Petri desti-
1049. natus fuerat. Cumque assumpta purpura[o] per[p] Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum[6] venire, ubi forte tunc prefatus Hiltibrandus prioratus, ut dicitur, obedientiam administrabat[7]. Is Leonem adiens[8] emulatione[9]

a) VII[m] *radendo mut.* VI[m] *A* 3*. b) inconstantissimus *B* 2. c) in *om. C.* d) iste *om. C.* e) quinque *C.* f) in cat. *om. A* 2; ñ *supra lin. add. A* 1*a.* g) ponantur *C.* h) *ita B* 2. *C* 3; reabuerit *B* 1; rehabuit *C* 2; hūit *A* 1. 4; habuerit *A* 2. 3. *C* 4. i) in *om. C* 4. k) Dom. *om. C* 3. l) et *om. C* 2. m) popio *alio atram. mut.* poppo *C* 3. n) popione *alio atram. mut.* poppone *C* 3. o) ass. purp. per *om. A* 4; pontificali *add. A* 1—3. *B* 2. p) in *A* 4.

1) *Phars. I,* 128. 2) *VI,* 33. 34. 3) *Ita Herim. Contr.;* 1046. *Frut.* 4) *Sed vide supra VI,* 32 *in.* 5) *Immo Brixinensis episcopus.* 6) *Vesuntii Hildebrandum cum abbate Cluniacensi Leoni papae occurrisse Bonizo V, l. l. I, p.* 587, *habet; aliter Bruno Sign., Lib. de Symoniacis c.* 2, *Libelli II, p.* 547. *Hildebrandum cum Leone IX. papa Romam rediisse ex Reg. Greg. VII, nr.* 14*a, l. l. II, p.* 401 *(cf. Beno II,* 9, *l. l. II, p.* 379*), constat. Cf. Hauck l. l. III*[3], *p.* 595 *sqq.* 7) *Quod fabulosum esse critici consentiunt. Hildebrandum Gregorio VI. mortuo Cluniaci monachum factum esse Bonizo V, l. c. p.* 587, *tradit;*

Dei plenus constanter eum de incepto redarguit, inlicitum 1049.
esse inquiens per manum laicam summum pontificem
ad gubernationem tocius ęcclesiae violenter introire.
Verum si suis se credere[a] velit consiliis, utrumque, et
5 quod[b] maiestas imperialis in ipso[c] non exacerbetur,
quodque libertas ecclesiae in electione canonica reno-
vetur, se pollicetur effecturum. Inclinatus ille ad mo-
nitum eius purpuram deponit[d] peregrinique habitum
assumens, ducens secum Hiltibrandum, iter carpit. Igitur
10 ad Urbem usque venientes, consilio Hiltibrandi a clero
et populo Bruno in summum pontificem eligitur, sicque
qualitercumque ecclesia Romana ad faciendam electionem
informatur. Imperator Belgicam ingressus Gotefridum et *Frut.* 1049.
Baldewinum duces[e] ad deditionem coegit. Post haec synodus *Frut. et Herim.* 1049.
15 Magontiae celebratur in presentia summi pontificis Leonis 1051. 52.
et imperatoris. Rex iterum ad comprimendam Andreae, qui 1051.
eiecto Petro Ungarorum regnum invaserat, contumatiam Pan-
nonias ingreditur. Sed latitantibus undique incolis terrae
et victui necessariis vel reconditis vel contaminatis militem
20 ibi sustentare non valens, cunctis tamen vastatis, revertitur.
Anno sequenti denuo Pannonias hostiliter petens summum 1052.
pontificem Leonem secum duxit.

Ea[f] tempestate Nortmannorum gens inquietissima[1] *Herim. et Frut.* 1053.
Roberto Giscardo duce, humilis conditionis viro, sed
25 strennuissimo[2], Apuliam irrupit multisque malis, fraude et
vi incolas terrae afflixit. Quos dum Leo papa cum militia 1053.
ad Urbem rediens ęcclesiae et imperii finibus cohercere vult,
commisso prelio, cesis multis, fugere Beneventum compellitur.
Tanta vero utrorumque strages ibi facta fuit, quod
30 acervus ex ossibus mortuorum compactus hactenus ab
indigenis illo[g] monstratur. Anno dehinc proximo Leo *Frut.* 1054.
papa moritur et in ęcclesia beati Petri Romae[h] humatus[i] 1054.
miraculis clarus habetur[3]. Cui Gebehardus Eistetensis[k], qui et[l] *(Apr.* 19*)*.
Victor, successit, et illi Stephanus, item[m] natione Teutoni- 1057.
35 cus[4]. Imperator rursum[n] Italiam ingressus Beatricem Meh- *Frut.* 1055.

a) cedere *A* 2. b) quod *om. C* 3. c) ipso *om. C* 2. d) deposuit *B* 1. e) duces *om. A* 2. f) Ea tempestate — disseruit *(p.* 302, *l.* 9*) habet C* 1. g) illo *om. C;* illic *Pithoeus.* h) Romae *om. C* 4. i) humatur *C* 1. k) Eistensis *B* 2. *C* 3. 4 *(alia manu corr.* Eistetensis *C* 3*);* astensis *C* 2. l) et *om. A* 3. m) iterum, -rum
40 *e corr. B* 2. n) rursus *A* 2.

cf. Gilonis Vita Hugonis abb. Clun., SS. XV, p. 939, 20, *Rainaldi Vita Hug. c.* 1, 4, *Migne, Patr. Lat. CLIX, col.* 895. 8) *Cum iis, quae sequuntur, cf. Bonizo l. c.* 9) 2. *Cor.* 11, 2: Dei aemulatione; *cf. Rom.* 10, 2.

1) *Cf supra VI,* 5. 2) *Cf. Gesta Frid. I,* 3. 3) miraculis
45 claruit *Frut.;* miraculis claruisse memoratur *Herim. Contr.* 4) *Frut. a.* 1057, *p.* 198, 5.

1055. thildae[a] matrem, consanguineam suam, defuncto marito suo Bonifacio marchione secum[b] reduxit. Ipse vero non[c] multo post in termino Saxoniae et[d] Turingiae in loco qui
1056. dicitur[e] Botfelt infirmatus[1], publice culpas suas[f] recogno-
(Oct. 5). scens[2], XVII⁰[3] regni sui, imperii vero XI⁰ anno diem ultimum clausit ac iuxta patrem[f*] humatus est[4]. Ceterum tam eius quam patris sui actus et virtutes Herimannus Contractus in libello quodam, quem ipsi destinavit[5], luculenter satis disseruit[6].

Frut. XXXIIII. Anno ab incarnatione Domini M⁰L⁰VII⁰ Heinricus IIIIusg, Heinrici filius, admodum puer patri in regnum succedens, LXXXXIush.[7] ab Augusto regnare cepit. Hic primo sub custodia matris suae Agnetis imperatricis fuit, ipsaque per aliquod tempus prudenter ac strennue imperium rexit. Post-
1062. modum vero consilio quorundam matri[i] alienatus per se regnavit[8]. Quod seminarium[9] maximae dissensionis[k] fuit. Porro nobilissima imperatrix mutationis rerum *intuitu ad *p. 2. monasterium Fruteriam religiose vivens se contulit ac inde Romam veniens et per[l] aliquod tempus ibidem manens
1077. (Dec. 14). vita decessit[10] et in ecclesia beatae Petronellae honorifice in tumba marmorea sepulta est.

1061. His diebus Alexander primo Lucensis episcopus, post communi voto et electione[m] in summum pontificem promotus, ecclesiam diu[n] iam ancillatam in pristinam libertatem reduxit Kadolumque[o] Parmensem episcopum sedem

a) *ita B* 1; Methilde *A* 1. *B* 2; Maethilde *A* 2; Mahtildę *A* 4; Mehtildae *B* 3; Mehtilde *C* 1; Mathilde *A* 3. *C* 2—4. b) sec9 *A* 1. c) non *om. B* 1. d) et *om. C* 3. e) Bothf. (potf. *C* 3) dic. *C* 3. 4. f) suas *om. C* 3. f*) in spira *alia manu in marg. add. C* 3. g) *ita A* 4. *B. C* 2; un9 *A* 1. 2; unus *A* 3; III9 *C* 3. 4. h) LXXXI9 *A*. i) matris *A* 3; a matre *A* 4. *Gotifr.* k) disscensionis *A* 1; discessionis *B* 2. l) per *om. B* 1. m) electio, *sequentibus una vel duabus litteris erasis A* 1. n) d'i *A* 4, *ubi* iam *om.*; iam diu *A* 3. o) -d- *supra erasum* -r- *B* 2; Karolumque *A* 4; radolumque *C* 2.

1) *Cf. Berthold. a.* 1056, *SS. XIII, p.* 731; *locum* Botfelden *etiam Lampertus, Ann.* 1056, *ed. Holder-Egger, SS. rerum Germ. p.* 69, *habet.* 2) *Cf. Frut. a.* 1056, *p.* 197, 37—39. 3) *Ita Frut.* 4) *Cf. Berth. l. c.* 5) *Hic cum Wiponis Gestis Chuonradi imperatoris quin aliqua necessitudo intercedat, dubitari vix potest.* 6) *Cf. Berthold., SS. V, p.* 268, *ubi de Herimanno Contracto legitur:* Libellum hunc chronicorum . . . . . collegit; gesta quoque Chounradi et Heinrici imperatorum pulcherrime descripsit. *In quo loco explicando ut sententiam apud Wattenbach, 'DGQ.' II*[6], *p.* 16. *prolatam sequar, facere nullo modo possum.* 7) 87. *Frut.*; 90. *Berth., SS. V, p.* 270, 21. 8) *Paululum dubito, num Otto haec re vera e Frutolfi verbis sibi finxerit, qui dicit p.* 197, 43 *sq.:* principes aliqui invidia ducti puerum matri abstulerunt eamque regimine regni abalienaverunt *etc.* 9) *Cf. Frut. a.* 1068: His discordiae seminariis. 10) *Frut. p.* 198, 2. *nihil nisi* postea Romae defuncta *habet; cf. Berth. a.* 1077, *SS. V, p.* 304.

Romanam armata manu occupare volentem constantissime repressit. Unde de ipso in palatio Lateranensi scriptum repperi: 1063.

Regnat Alexander, Kadolus[a] *cadit et superatur*[1].

Itaque cum, ut sepe dixi, diadema regni a[b] sacerdotali gladio feriendum foret, in se ipsum dividitur[2], Saxonibusque rebellionem machinantibus conspirationes[c] fiunt[d], detractiones[e] in principem dictantur, multaque inhonesta de ipso ad aures summi pontificis referuntur. Deinde missis a rege Annone Coloniensi[f], Herimanno Babenbergensi[g] pro iusticia regni Romam episcopis, peracta legatione revertentes litteras summi pontificis reportant regem ad satisfactionem pro symonia aliisque multis, quae ei obiecta fuerant, invitantes. Ea tempestate Saxones conceptam[h] diu corde maliciam amplius celare non valentes manifeste regi rebellant[3] castellaque ac[i] munitiones, quas ibidem fecerat, dissipant. *Frut.* 1072 *sq.* 1070. 1073.

Anno sequenti Alexander vita et sacerdotio perfunctus decessit sedemque[k] Hiltibrando archidiacono suo, qui Gregorius VII[us] dictus est, reliquit. Exhinc scisma gravissimum, eo quod absque consensu regis per electionem constitutus fuerat, oritur. Ipse autem, qui per multum temporis ad libertatem[l] ecclesiae obtinendam privatus laboraverat, iam ad sacerdotalem dignitatem provectus a cepto[m] desistere indignum ducens tam ob hoc quam pro symonia extirpanda ac[n] incontinentia clericorum reprimenda plurimum desudabat. Denique non solum regem pro eiusmodi ad synodalia responsa crebro vocavit, sed et datis decretis clericorum a subdiaconatu et supra conubia in toto orbe Romano cohibuit[4] *forma*que *gregis* *fact*us, quod verbo docuit, exemplo demonstravit ac fortis per omnia athleta murum se[o] pro domo Domini ponere[5] *Frut.* 1074. 1073. *(Apr.* 21*).* 1. *Petr.* 5, 3.

a) -d- *supra deletum* -r- *B* 2; carolus *A* 4; radolus *C* 2. b) a *om. A.* c) conspirati omnes *A* 1—3; omuibus conspiratis detractiones fiunt in principem, *omisso* dictantur *A* 4. d) fuit *A* 1. e) detractationes *A* 2. f) cololensi *A* 1; colonensi *A* 3. g) *ita A* 2—4. *B* 2; babenpergensi *A* 1; Babinbergensi *C* 3. 4; Bambergensi *B* 1. *C* 2. h) diu conc. *C.* i) ac *om. C* 3. k) -que *om. A* 1. 3; decedens Hiltibr. sedem reliquid, qui Gr. VII[us] dictus est *A* 4. l) liberta *A* 1 *folio exeunte.* m) accepto *A* 1. 3, *corr.* a cepto *A* 3; a cepto — ducens *om. A* 4. n) quam pro *C* 4. o) se *om. C* 4.

1) *Hoc ad damnationem Cadali, qui et Honorius II. papa dictus est, in synodo Lateranensi a.* 1063. *factam retulit Meyer v. Knonau, 'Jahrb., Heinrich IV. u. V.' I, p.* 309. 2) *Cf. supra V,* 35, *p.* 259, *l.* 10 *sqq.; V,* 36, *p.* 260, *l.* 29 *sq.; VI,* 3, *p.* 264, *l.* 3 *sq.* 3) *Cf. etiam Ottonis Gesta Frid. I,* 4. 4) *In synodis Romanis a.* 1074. *et* 1075; *cf. Hauck l. c. III*[3], *p.* 774 *sqq.* 5) *Cf. Ezech.* 13, 5: neque opposuistis murum pro domo Israel; *cf. ibid.* 4, 3. 22, 30.

Frut. 1075. non timuit. Rex vero ex omnibus regni[a] visceribus contractis copiis[1] Saxones[b] bello petit, commissoque iuxta flu-
1075. *(Iun. 9).* vium Unstrůt prelio cesisque ex utraque parte multis cruenta[1] tandem victoria regi[c] cessit. Ceciderunt in hoc conflictu Gebihardus[2] Lotharii, qui postmodum rex fuit, pater[3] et Ernustus[d] marchio[4], Alberti, cuius supra[e] mentio habita est[5], filius[6], et alii innumerabiles.

1066. *Frut.* XXXV. Anno ab incarnatione Domini M°LX°VI° stella quae cometes dicitur visa effectu non caruit. Eodem enim anno Gillelmus Normanniae comes Brittanniam maiorem, quae[f] nunc Anglia dicitur, occiso rege eius Heraldo[7] expugnavit, totaque in servitutem redacta[g] provincia ac
Frut. 1067. Nortmannis ibi positis ipse illo[h] regnavit. Anno sequenti
1066. rex Bertam Othonis Italici marchionis filiam uxorem accipiens
ib. 1076 *sqq.* nuptias apud Triburias celebravit. At Romanus pontifex
1076. regem sepe vocatum excommunicavit, eiusque, ut dicitur,
1077. consilio et auctoritate Radolfus Alemannorum dux a quibusdam principibus rex creatur. Quo non multo post in publico
1080. bello[8] occiso atque Herimanno Lotharingiae principe sibi
1088. substituto, et ipse non multo post a fidelibus regis interficitur[i. 9]. Lego et relego Romanorum regum sive imperatorum gesta et nusquam invenio quemquam eorum ante hunc a Romano pontifice excommunicatum vel regno privatum[10], nisi forte[k] quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breve tempus a Romano episcopo[l] inter penitentes collocatus[11] et Theodosius a beato Ambrosio propter cruentam cedem a liminibus ecclesiae sequestratus est[m. 12].

a) regni *om. C* 3. b) Saxones — sequestratus est *(l. 28) habet C* 1, *ubi in marg.* Huius filius IIII. Heinricus *ante* Saxones *add.* c) regi *om. C* 2. d) Ermistus *A;* Ermstus *mut.* Ernestus *B* 2. e) mentio supra *C* 3. 4. f) quem *C* 1. g) prov. red. *A* 2; prov. *om. C* 3. h) ipo *corr.* illo *C* 1; illic *C* 4; illo ipse *A* 1—3; ipse illo *om. A* 4. i) perimitur *A* 4; occiditur *C* 2. k) forte *om. A* 3. l) pontifice *A* 2. 3. m) sit *Cusp.*

1) *Cf. Gesta Frid. I,* 6. 2) *Cf. Bruno De bello Saxon. c.* 46 *fin.; Scheffer-Boichorst, Ann. Patherbrunn. p.* 96. 3) *Cf. Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p.* 7; *Meyer von Knonau l. c. II, p.* 880 *sq.* 4) *Cf. Lampertus, Ann. a.* 1075, *p.* 219. *et* 221, *ubi plures locos attulit O. Holder-Egger; Meyer v. Knonau l. l. II, p.* 880 *sq.* 5) *VI,* 15, *p.* 275, *l.* 18 *sq.; VI,* 32, *p.* 298. 6) *Auctoris proavus.* 7) *Cf. Marianus Scotus, Sigeb. a.* 1066. 8) *Ad verborum concinnationem cf. supra VI,* 14. *et Gesta Frid. I,* 6 *sq.* 9) *Hermannus in patria sua in bello privato occubuit; cf. Meyer von Knonau l. c. IV, p.* 221. 226 *sqq.* 10) *Similia Otto in Gest. Frid. I,* 1. *dicit. Cf. econtra Bernhardi Constant. Lib. canonum c.* 25, *Libelli de lite I, p.* 495 *sqq.; Pauli Bernried. Vita Greg. VII, c.* 97, *Watterich, Vitae pontif. I, p.* 531. 11) *Cf. supra III,* 33; *Philippi exemplo unus quod sciam Bernhardus Constant. l. c. usus est.* 12) *Cf. supra*

XXXVI.[a] Hic[b] quod supra distuli[1] solvendum puto, quod Romanum imperium, ferro in Daniele comparatum, *pedes ex parte*[c] *ferreos*[d], *ex parte fictiles* habuit, *donec* a *lapide* exciso *de monte sine manibus percussum* subrueretur. Quid enim aliud, sine melioris sententiae preiudicio, lapidem sine manibus excisum quam ecclesiam, capitis sui corpus *sine carnali commixtione ex spiritu sancto conceptum et virgine natum[2], ipsam quoque sine humana operatione et ex spiritu et aqua regeneratam[e] dixerim? Quae virgo speciosa[f], quia sine macula in[g] novum hominem tanquam iuvencula regenerata[h] ideoque sine ruga[3], sic cottidie virgo manens novum[i] ac speciosum parit[k] populum, sicut mater capitis eius[4] virgo manens contra legem naturae novum ac speciosum edidit partum[l], sic de virginitate gaudens, ut tamen sterilis non maneat. Haec[m] nimirum regnum circa finem suum, quem pedes significant, ferreum propter Martem[n], fictile propter conditionem, in[o] ea parte, quae infirmior fuit, percussit, dum regem Urbis non tanquam orbis dominum vereri, sed tanquam de limo per humanam conditionem factum fictilem gladio anathematis ferire decrevit[p·5]. Ipsa vero, quae[q] antea parva fuit et humilis, in quantum montem excreverit[r], ab omnibus iam videri potest[s]. Quanta[t] tamen[u] mala, quot bella bellorumque discrimina inde subsecuta[v] sint,

Dan. 2, 34. 42.

p. 247.

Eph. 5, 27.

a) Prologus VII^mi libri *minio A* 1; *num. om. C* 2; *cf. p.* 280, *n.* a*. b) Sic, *sed* S *erasum A* 2. c) ex parte *om. B* 1. *C. Albr.* 1083; ex p. ferr. *om. A* 3. d) et *add. B* 1. *Albr.* 1083. e) regnat'ā *A* 1; regnaſ̃ām *A* 2. 4; regnatum *manu recentiore mut.* regeneratum *B* 2. f) specios *A* 2. g) ñ *B* 2. h) regnata *B* 2. i) novum — manens *(l.* 14*) om. C* 3. k) parit — speciosum *(l.* 15*) om. C* 2; pop. parit *C* 4; *cf. n.* l. l) spec. populum parit *C* 3. m) Hoc *A* 3. *B* 2. *C* 4 *(-o- non ita distinctum, certum tamen).* n) Martem, fict. pr. *in marg. manu eadem vel certe coaeva suppl. B* 2. o) ni *B* 1. p) decuit *A* 1—3; *cf. Ottonis Fris. Gesta Frid. I,* 1, *ubi* feriendum decrevit. q) q̃ *A* 1; q̃ *A* 2. r) excéuit *alio atram. corr.* excéu'it *A* 1; excreuit *A* 2. 3; creuit *A* 4. s) videtur *A* 3. t) Quanta — exilio *(p.* 306, *l.* 12*) habet C* 1. u) autem *A* 1—3; Quanta bellorum malorumque discrimina *A* 4. v) secuta *A. B* 2. 3.

IV, 18 *fin. Theodosii exemplo inter alia ipse Gregorius VII. papa in epistolis ad Herimannum Metensem episcopum* contra illos qui stulte dicunt imperatorem excommunicari non posse a Romano pontifice *datis, Reg. IV,* 2. *VIII,* 21, *Jaffé, Bibl. II, p.* 242. 458, *usus est. Cf. etiam ea, quae C. Mirbt, 'Die Publizistik im Zeitalter Gregors VII', Leipzig* 1894, *p.* 164 *sqq., de his rebus congessit.* 1) *II,* 13. 2) *Cf. ex. gr. Hieron. in Dan.* 2, 40; *Aug. in Ioh. Tract. IV,* 4. *IX,* 15. 3) *Cf. Eph.* 5, 27: ecclesiam, non habentem maculam aut rugam. 4) *Cf. Col.* 1, 18: Et ipse est caput corporis ecclesiae; *Eph.* 5, 23: Christus caput est ecclesiae. 5) *Cf. Dan.* 2, 35. *Honorius Augustud., Summa gloria c.* 16, *Libelli de lite III, p.* 71, *prophetae verba prorsus aliter exposuit, nec minus recedit Gerhohus Reichersperg. in Comm. in ps. LXIV, c.* 67, *ib. p.* 468.

quociens misera[a] Roma obsessa, capta, vastata, quod papa super papam sicut rex super regem positus fuerit, tedet memorare[1]. Denique tot mala, tot scismata, tot tam[a*] animarum quam corporum pericula huius[b] tempestatis turbo involvit, ut solus ex persecutionis inmanitate ac temporis diuturnitate[c] ad[d] humanae miseriae
Frut. 1084 *sq.* infelicitatem sufficeret comprobandam*. Predictus enim
1084. pontifex Gregorius a rege Urbe pellitur, Gibertusque[d*] Ravennatensis archiepiscopus in locum eius subtruditur.
1085. Porro Gregorius Salerni manens appropinquante voca-
(Maii 25). *Ps.* 44, 8. tionis suae tempore dixisse fertur[2]: '*Dilexi iusticiam et odi*vi *iniquitatem, propterea* morior in exilio'[3]. Quia ergo regnum[e] in principe suo ab ecclesia preciso[e*] graviter percussum fuit, ecclesia quoque tanto pastore, qui inter omnes sacerdotes et Romanos pontifices precipui zeli ac[f] auctoritatis[g] erat, orbata dolorem non modicum habuit[h]. Tanta mutatione, tanquam a perfectione ad defectum vergente tempore, sexto operi finem imponamus, ut ad septenarium requiemque animarum, quae miseriam presentis vitae subsequitur, Deo ductore[i] properemus.

EXPLICIT[k] LIBER SEXTUS.

*) *C. Cusp. et manu saec. XIII. in marg. B* 1 *(= C* 5*) add.:* Unde[1] a quodam ecclesiastico scriptore densissimis Egypti tenebris[4] conparatur[m], *quae etiam habebat B* 3, *postea erasa teste v. cl. Engelhard et anonymo illo, qui saec. XVII. vel XVIII. ex B* 3 *varias lectiones editioni Cuspiniani adscripsit. Ea, quae in B* 1 *sequuntur, vide in Appendice.*

a) mis. *om. A* 4; Roma mis. *C* 3. 4. a*) tam *om. A* 4; iam *A* 1—3. *B* 2. b) h *A* 1—3; h turbo, *omisso* tempestatis *A* 4. c) diuinitate *B* 2. d) -d *in loco raso C* 1; ab *A* 1—3 *(manu s. XVI. corr.* ad *A* 1*).* d*) gerbertusqne *A* 4, *cf. p.* 310, *n.* c. e) in princ. suo regnum *A. B* 2, *manu saec. XVI. corr.* regn. in pr. *s. A* 1. e*) *ita recte A. B. C;* praecisum *Cusp., Wattenbach ('Geschichtschr.' saec. XII. t. IX, p.* 50, *n.* 3*).* f) et *A* 4. *C* 3. 4. g) actoritatis *B* 1. h) hui²t *A* 1; habuerit *A* 3. i) auctore *A* 2. 4. k) *ita A* 1. 3. *B* 2 (VI⁹ *corr. ex* VII⁹ *A* 1); Expl. l. sextus *om. A* 2. 4. *B* 1. *C. Cusp.* l) U- *e corr. C* 1. m) conpbatur *corr.* conpatur *C* 1, *ubi spatium vacuum circiter* 6 *litterarum sequitur*; ten. Eg. compar., *ubi* Egypti com *fere evanuerunt, B* 1.

1) *Cf. Gesta Frid. I,* 1 *sq.* 2) *Hoc tradit Paulus Bernried. in Vita Greg. VII. c.* 110, *l. c. p.* 540; *cf. Berth. Zwifalt. Chron. c.* 8, *SS. X, p.* 101 *sq.; Cod. Udalr., Jaffé, Bibl. V, nr.* 71, *p.* 144. 3) *Cf. Ps.* 44, 8 *(= Hebr.* 1, 9*):* Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. 4) *Eadem verba habes infra VII,* 7, *p.* 316, *l.* 12 *sq.*

PROLOGUS[a] LIBRI SEPTIMI[a*].

Omnis homo capax ad hoc rationis est, ut auctorem suum Deum[b] cognoscat[1] factaque sua ceco corde non transeat, surdis auribus non audiat. Denique ad hoc creatum hominem esse forma[c] quoque corporis non in modum ceterorum animantium acclinis[d], sed caelum respiciendo sublimis[2] probat. Interior etiam homo ad imaginem creatoris sui factus[e] materiam investigandae *Gen.* 1, 27. veritatis non solum in creaturis aliis pulchris et magnis foris accipit, sed et[f] in se ipso, eo quod *lumen vultus* *Ps.* 4, 7. *Domini super* se *signatum* habeat, intus invenit. Proinde non iuxta quosdam Deum[g] negligere mundum, sed potentissima maiestate quae non erant creasse, sapientissima providentia creata gubernare[h], benignissima gratia[i] gubernata conservare ex hoc liquido datur intelligi, quod quilibet sapiens et bonus propria benefacta diligit et amplectitur. Quod si homo id mutabilitati subiacens, participatione[k] sapientiae[l] sapiens, participatione, inmo[m] denominatione[3] bonitatis bonus, facere novit, quanto magis Deus solus inmutabilis, solus sua sapientia sapiens, solus sua bonitate[n] bonus et idcirco solus[o] bonus, facere credendus est! Unde est[p] illud Augustini[4]: *Duo sunt, propter quae amat Deus creaturam suam, ut sit et ut maneat. Ut esset quod maneret, 'spiritus Dei*[q] *ferebatur super aquas'*[5]. *Ut autem maneret, 'vidit Deus cuncta quae fecerat*[r]*, et erant valde*[s] *bona'*[6]. Si ergo Deus quae[t] fecit *Oros. II*, 1.

a) *ita A* 3. *B* 1. *C* 3; Incipit prol. libri sept. *A* 1. 4; Incipit prol. sept. libri *C* 2; Incipit libri septimi *(minio scriptum) B* 2, *ubi manu recentiore nigro atram. add.* prologus; Prol. sept. libri *C* 4; Prol. l. sept. *om. A* 2; [P]rol. in septimum librum *Cusp.* a*) Cap. I. *minio add. A* 3. b) Deum *om. A* 2. *C.* c) formā *C.* d) accliuis *C* 2. e) creatus sui creatoris *A* 3. f) et *om. A. B* 2. *C* 2. g) dni *A* 1—3. h) gubernature *B* 2. i) vel *add. C* 2. k) immo denominatione *add. A. B* 2. l) sapientiae — denominatione *(l.* 19*) manu eadem qua supra p.* 305, *n.* n *in marg. suppl. B* 2. m) inmo denom. *om. C* 3. 4; inmo — solus sua *(l.* 21*) om. C* 2. n) bonitatis *corr.* bonitate *C* 2. o) bonos *add. A* 3; bonus solus *C* 3. p) et *C* 2; illud est *B* 1. q) Domini *C.* r) fec. *A* 4; f. *C* 2; fecit *C* 3. 4. s) bona valde *C* 2. 3. t) diligit quae fecit *C.*

1) *Cf. Oros. II*, 1, 1: Neminem iam esse hominum arbitror, quem latere possit, quia hominem in hoc mundo Deus fecerit. 2) *Cf. Ovid. Metam. I*, 84 *sq.:* Pronaque cum spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit caelumque tueri Iussit et erectos ad sidera tollere vultus; *Boeth. Philos. consol. V, metr.* 5. 3) *Cf. Gilb. Porret. Comm. in librum Boethii An omne, quod est, bonum sit (Boethii Opera, ed. Basil.* 1570, *p.* 1198 *sqq.).* 4) *Aug. de Genesi ad litteram I*, 8, 14. 5) *Gen.* 1, 2. 6) *Gen.* 1, 31, *quae Otto Augustini verbis:* Vidit Deus, quia bonum est, *substituit.*

diligit, nichilque eorum[a] quae fiunt[b] sine eius nutu fieri potest[1], si potestates omnes ordinat[2], multo magis regna, per quae alia minora disponit, eorumque mutationes[3] fieri permittit. Quod sine odio vel invidia provenire[c] non solum ex hoc, quod *ab optimo* iuxta Platonem *longe invidia relega*tur[4], sed et per hoc, quod auctor et creator omnium nichil eorum quae fecit odire[d] potest, innuitur. Unde
Sap. 11, 24*sq.* in[e] libro Sapientiae pulchre de ipso dicitur: *Misereris omnium,* Domine, *et nichil odisti eorum *quae fecisti.* Et *p. 11.
ib. 12, 18. rursum: *Tu autem,* Domine, *cum*[f] *tranquillitate* omnia
1. *Ioh.* 2, 17. *iudicas.* Quod[g] igitur *mundus transit,* quod tam miserabiliter variatur, cum sine eius nutu, ut dixi, fieri non possit, non crudeliter, quia *miseret*ur *omnium,* non ex odio[h], quia *nichil eorum odit*, *quae fecit*, non ex ira, quia *cum tranquillitate*[i] *iudica*t, sed iusto eius iudicio causaque[k], quae[l], etsi nos lateat[5], utilissima tamen[m] creditur, contingit[n]. Nullum enim malum auctor bonitatis et fons pietatis fieri permittere credendus est[o], preter id, quod, quamvis in se ipso noceat, universitati prodest. Quod in malo Iudaicae gentis considerari potest, quia illo[p] excecato[6] populo universitas gentium[7] lumen veritatis accepit[8]. Sic et regnorum mutationes et ad ultimum inminutiones[q] quis fructus sequatur*, Deo, aput quem nichil inutiliter[r] effluere potest, relinquamus.

Non desunt tamen[s], qui dicant Deum ad hoc regnum inminui voluisse, ut ecclesiam exaltaret. Regni quippe viribus ac beneficentia[t] regum exaltatam et ditatam nemo ambigit ecclesiam, constatque non prius eam in

*) *C. Cusp. et manu s. XVI. in marg. A* 1 *add.:* quia non sine gravi scandalo dicere possemus[u], *quae etiam in textu B* 3 *habuit, postea erasa teste Engelhard.*

a) que eorum *add. iterum C* 4. b) fuit *A* 1. c) provenire — invidia *(l.* 5*) manu eadem vel certe coaeva in marg. inferiore suppl. B* 2. d) odisse *Pithoeus.* e) de ipso in libro Sap. pulchre *C* 3. 4. f) omnia cum tranq. *C.* g) Q'd *fortasse mut.* Q'a *B* 2. h) odit *B* 1. i) omnia *add. A* 2. k) -que *om. B* 1. l) quae *om. C* 4. m) tm̄ *A.* n) contingit *linea subducta delet. A* 2; contigit *C* 4. o) est *om. C* 2. p) illo *om. C* 2. q) immuniciones *C* 2. 4. r) utiliter *C* 3. s) tm̄ *A* 1. 3. t) beneficientia *A* 2. *B* 2. *C;* bn̄fictia *B* 1. u) possumus *Cusp.*

1) *Cf. etiam Aug. De civ. Dei V,* 11; *supra II,* 36, *p.* 110, *l.* 27. 2) *Rom.* 13, 1. 3) *Cf. etiam supra p.* 2, *l.* 27 *sq., III, Prol. fin., VI,* 9, *p.* 271, *l.* 6. 4) *Platonis Timaeus interpr. Chalcidio* 29 *E, ed. J. Wrobel, Lipsiae* 1876, *p.* 26. 5) *Cf. Aug. De civ. Dei IV,* 33, *ubi tamen in universum alius sensus invenitur.* 6) *Cf. ex. gr. Ioh.* 12, 40. *Rom.* 11, 7. 7) univ. gent. *Tob.* 8, 19. 8) *Cf. Ottonis excursum de significatione boni in Gestis Frid. I,* 65.

tantum regnum humiliare potuisse, quam ipso ob amorem sacerdotii eviscerato[a] ac viribus exhausto, non eius tantum, id est spiritali[b], sed suo proprio, materiali scilicet, ⟨gladio[c]⟩ percussum destrueretur[d]. Quod iudicare vel discutere supra nostras[e] vires est. Videntur tamen[f] per omnia culpandi sacerdotes[g], qui regnum suo[h] gladio, quem ipsi ex regum[i] habent gratia, ferire conantur[1], nisi forte[2] David imitari cogitent, qui Philisteum primo virtute Dei percussum[i*] postmodum proprio gladio iugulavit. Verum quia regno decrescente ecclesia, ut dixi, bravium eternae patriae ac post vitae presentis laborem requiem adeptura, in presenti quoque in magnum montem crescens in magna auctoritate stare cepit, ea quae secuntur, presertim cum ad nostra tempora recentemque memoriam ventum sit, tam defectu rerum temporalium quam provectu[k] spiritalium mundi contemptum prodentia[l] in hoc opere dicenda restant.

1. Reg. 17, 50 sq.

cf. Dan. 2, 35.

Nemo autem propter haec verba nos Christianum imperium ab ecclesia separare putet, cum duae in ecclesia Dei personae, sacerdotalis et regalis, esse noscantur[m], memineritque[n] nos supra dixisse a tempore Theodosii senioris usque ad tempus nostrum non iam de duabus civitatibus, immo de una pene, id est ecclesia, sed permixta[o], historiam texuisse[3]. Quod temperamentum propter hereticos vel excommunicatos[p] ex regibus posuimus. Alios enim Christianam[q] fidem, etiamsi[r] opere quae credunt non secuntur, in ecclesia secundum presentem statum computandos esse nemo, qui sagenam Domini malos et bonos continere scit[4], dubitat. Non enim discerni possunt in presenti, ecclesia[s] tantum *quae manifesta sunt* iudicante, Deo solo[t], qui novit, qui sint[u] eius[5], *cuius ventilabrum in manu eius,* merita singulorum

Matth. 13, 47 sq.

Deut. 29, 29.

Luc. 3, 17.

a) ei[9] creato *C;* euiscerato, *et in marg.* al's. causato *Cusp.* b) gladio *eadem manu supra lin. add. A* 3. c) *ita Cusp., Albr.* 1086; gladio *om. A. B (de B* 3 *non constat). C;* gl. perc. *om. A* 4. d) destruetur *A.* e) vires nostras *A* 3. f) tm̄ *A* 1. 3. *C* 2. g) sacerdotes — forte *(l.* 8*) om. C* 2. h) suo *om. A* 3. i) regum *corr. ex* regnum *B* 2. *C* 3. i*) strauit *A* 1*a. Cusp.* k) prouectu *A* 4. *C* 3; profectu *Cusp., Albr.* 1086. l) prouidentia *A.* m) cognoscantur *A* 2. n) meminerintque *C* 4. o) mixta *C* 3. p) excumunicatos *B* 1. q) *ita A. B (de B* 3 *non constat). C; (forte* profitentes *supplendum est. O. H.-E.);* Christiana fide *Pithoeus.* r) etsi *A.* s) n̄ (= nisi) *alia manu in marg. add. C* 3. t) *ita Cusp.;* soli *A. B (de B* 3 *non constat). C (alio atram. corr.* solo *A* 3. *C* 3*).* u) s̄ (sunt) *A* 4; s̄t (sunt) *C* 4.

1) *Cf. Sigeb. ep. adv. Paschalem papam c.* 7, *Libelli de lite II, p.* 459. 2) *Cf. supra III, Prol., p.* 134, *l.* 16. 3) *Cf. supra Prol. V, p.* 228. 4) *Cf. supra V, Prol., p.* 228, *l.* 22 *sq.; infra VIII, Prol. in.* 5) 2. *Tim.* 2, 19; *cf. infra VIII, Prol.*

pensante. Porro ęcclesiam ecclesiasticas[a] personas, id est sacerdotes Christi eorumque sectatores, tam ex usu locutionis quam consideratione potioris partis diximus, non ignorantes, quod et ipsi, si reprobam vitam duxerint, ad civitatem Dei in eternum non pertinebunt[1].

INCIPIT[b] LIBER SEPTIMUS.

Frut. 1085.
1085. *(Maii 25).* I.[b*] Defuncto Salerni beatae memoriae summo pontifice Gregorio ęcclesiaque in summo discrimine posita, eo quod Gibertus[c] auctoritate imperatoris Romanam sedem et Urbem occupasset, abbatem Cassinensem[c*] cardinalem De-
1086. *(Maii 24).* siderium, qui et Victor, invitum pauci[d] de Romanis[2] ad culmen summie sacerdotii trahunt corruptisque pecunia Leoninae urbis custodibus ob metum scismatis nocte
1087. *(Maii 9).* consecrandum in ęcclesiam beati Petri inducunt. Ubi profluvio ventris correptus[3] moxque Urbe egressus[4]
(Sept. 16). rebus humanis in brevi excessit ac Othoni Hostiensi epi-
1088. *(Mart. 12).* scopo, qui et Urbanus, ęcclesiae regimen reliquit.

Ekk. 1099. II.[f] Ea tempestate, regnante adhuc Heinrico IIII[o][g] Romae, Constantinopoli Alexio, ubique terrarum iuxta Evan-
Luc. 21, 10. gelium *gens contra gentem sur*rexit, orientalisque ęcclesia gravem persecutionem a paganis passa fuit. Civitas etiam sancta a gentibus conculcabatur[5], sepulchrum tantum[g*] Domini ab eis questus dumtaxat gratia in magna veneratione[h] habebatur. Itaque Christicolae, qui miserabiliter illic sub tributo[6] vivebant, simul cum Alexio Constantinopolitano imperatore missis ad Urbanum papam epistolis auxilium flagitabant. *Qui *p. 2.
super afflictione[7] populi[i] Dei commotus laboriosok[k] itinere in[l]
1095. Galliam profectus[m] est habitoque ibi[8] concilio[n] verbo sanctae predicationis circiter C milia hominum ex diversis

a) -que *add.* *A* 2. b) *ita* *A* 1. 4. *B.* *C* 2; Inc. *om.* *C* 3. 4 (Sept. liber *C* 4); Inc. l. sept. *om.* *A* 2. 3. *Cusp.* b*) II. *A* 3; *num. om.* *C* 3. c) Gerbertus *A* 4; *cf. p.* 306, *n.* d*. c*) Cassianensem *B* 2; Classinensem *C* 2. d) quidam *C.* e) summi *om.* *A* 4; sacerd. summi *A* 1—3. f) *nulla cap. dist.* *A* 1—3. g) III[o] *C* 3. 4. g*) tn̄ *A* 2. 4. h) hab. vener. *A* 3. i) populo *A* 1—3 *(corr.* -li *A* 2*)*. k) laboriosa *corr.* -so *A* 1. l) in *om.* *A* 2. m) -f- *e corr.* *A* 2; provectus *A* 1. n) consilio *A* 1. *C* 2. 4, *corr.* concilio *A* 1.

1) *Cf. ea, quae de Augustini sententia exposuit H. Reuter, 'Augustinische Studien', Gotha* 1887, *p.* 117 *sq.* 2) Cui *(sc. Hiltibrando)* Northmannorum et Mahthildis . . . cunctorumque eiusmodi sectam emulantium assensu Desiderius . . . substituitur *Frut.; cf. Meyer von Knonau l. c. IV, p.* 153 *sqq.* 3) dissenteria dissolutus *Sigeb. a.* 1086; *cf. Ann. August. a.* 1087, *SS. III, p.* 132; *Meyer von Knonau l. c. IV, p.* 181 *sqq.* 4) *Sed rursus ad modicum tempus reversus iterumque Urbem relinquens.* 5) *Eadem locutio infra VII,* 4 *fin.* 6) *Cf. Ekkeh. p.* 212, 15: iam tenuis in ea *(sc. Hierosolima)* Christianae professionis religio cotidiano se tributo redimebat. 7) 2. Reg. 24, 16: Misertus est Dominus super afflictione; *cf. Exod.* 3, 7; *infra p.* 312, *l.* 7. *et n.* 3. 8) *Apud Clarummontem; cf. infra VII,* 6 *in.*

nationibus in miliciam Christi coadunavit, prefectis sibi *Ekk.*
ducibus[a] Gotefrido Lotharingiensi, Rûberto Flandrensi, Regimundo[b] 1095.
comite de Sancto Egidio, Hugone fratre Philippi regis* Galliae
aliisque nobilibus et viris bellatoribus, quorum omnium curam
5 venerabili Podiensi[c] episcopo commisit. Haec fama commovit[d] diversos populos et ignotos, scilicet ex Aquitania atque Nortmannia, Anglia, Scotia, Hibernia, Brittannia, Galicia, Gaschonia, Gallia, Flandria, Lotharingia**, ceterosque populos non solum terram, sed et insulas maris ac ultimum oceanum inhabi-
10 tantes. E quibus tam ignotae et linguae[e], moribus et opibus[f] visae sunt gentes, ut alii pane[g] tantum et aqua[h], alii pro omnibus utensilibus argento uti dicerentur[1]. Hii omnes ex diversis nationibus et linguis in unum corpus adunati[i], crucem in vestibus portantes, crucis Christi discipulos verbo
15 et opere se fore predicabant ac crucis virtute confisi contra inimicos crucis in Domino dimicaturi iter[k] Gote- 1096.
frido duce in[l] orientem adgrediuntur. Verum orientales Francos, Saxones, Turingios, Baioarios et Alemannos propter scisma, quod eo tempore inter regnum et sacerdotium
20 fuit[m], haec expedicio minus permovit. Fuere tamen[n] quidam ex[o] eis, qui falsa[p] specie religionis eandem miliciam adgrederentur[q]. Inter quos Emicho quidam comes de partibus Rheni*** usurpans sibi ducatum fere XII milium Iudeos. ubicumque repperit, vel delere vel ecclesiae[r] incorporare
25 satagebat[s]. In Pannonia itaque incolis transitum in artis locis prohibentibus, ad propria redire coguntur. At Gotefridus et ceteri prenominati duces Deo propitio[2] Bulgaria, quamvis difficulter, permeata Constantinopolim pervenere[t]. Ubi multa dolis Alexii imperatoris perpessi, dum seditione 1097.
30 orta mortis periculum evasissent, ponte urbis regiae expugnato suburbia eius destruxerunt. Inde recensitis absque parvulis et mulieribus CCC[tis] milibus pugnatorum Niceam katholicae fidei quondam turrem[3] devenere eamque fugato principe paganorum Solomanno cepere captamque imperatori tradidere.
35 Deinde progredientes[u] maritima Scytharum[v·4] attingunt, ubi

*) *C* 4 *add.:* Francie.

**) *C* 4. *Cusp. add.:* Burgundia.

***) *C* 3 *manu saec. XIII. ex. in marg. add.:* de Lininḡ; *item* *A* 3*a*4β *alia manu saec. XV. in marg. add.:* de Linnig.

40 a) Got. Loth., Rûb. Flandr. ducibus *A* 2. b) *ita B. C; super* Rẽginmundo *superscr. eadem manu eodemque atram.* raymundo *A* 1; Reimundo *A* 2; Reginmundo *A* 3. 4. c) Podiensium *A. B* 2. 3. d) comm. *om. A* 3. e) et *add. C.* f) *ita A. B* 1. *C* 2. 4; operibus *B* 2. *C* 3. g) tantum pane *A;* tantum *om. C.* h) et *add. C* 2. i) coadunati *A* 2. k) cum *A* 3; iter *om. A* 4; iter *post mut.* iterũ *B* 2. l) in *om. A* 3. 4.
45 m) fuit *om. C* 2. n) tm̃ (tantum) *A* 1. o) ex *om. B* 1. p) falsa sp. rel. *postea linea alio atram. subducta deleta B* 1. q) adg'd'ntur *A* 1; adgrediuntur *A* 3. 4. *C* 2. r) inc. eccl. *A* 2. s) satagabat *A* 1. t) pervenire *B* 1. *C* 2. *Albr.* 1096. u) progr. *om. C* 4. v) *ita A. B* 2. 3: Rutenorum *B* 1. *C* (rit. *C* 3) *Gotifr., Albr.* 1097 (Ruth.), *superscripto* vel Scytarum *B* 1.

50 1) ut verissime comperimus *Ekkeh. p.* 213, 41. 2) *Cf. ex. gr. Levit.* 4, 20; *Num.* 14, 8. *etc.* 3) *Ekkeh. p.*212, 27. 4) mare contingunt Rusciae *Ekkeh. p.* 216, 19.

Ekk. tanta usi sunt rerum habundantia, ut aries nummo, bos siclo,
1097. teste Rûberto comite[1], venundaretur. Principes quoque seu reges Sarracenorum occurrentes sibi opitulante Deo oppresserunt. His elati successibus Antiochiam Syriae metropolim[2] obsidione cingunt, ubi per VIIII menses morantes deficiente exercitu ac[a] exhaustis copiis plurimum[b] humiliantur. Dominus ergo afflictionem populi sui respi-
1098. (*Iun.* 3). ciens[3] urbem cum copiis Turcorum in manus eorum tradidit.

Ekk. 1099. III.[b*] Circa idem tempus Christianis in obsidione Antiochiae morantibus, cunctis orientalibus populis terrore perculsis, Egyptiorum regis, qui vulgo Babyloniorum putatur[c. 4], legati ad Gotefridum ducem veniunt eique auxilium contra Turcos, qui tunc Ierosolimam cum tota Palestina Sarracenis ablata tenebant, in dolo promittunt[5]. Est[d] enim antiquae Babylonis, ut a probatis transmarinorum viris cognovimus[6], pars adhuc habitabilis[e] Baldach[7]
Ier. 50, 12. dicta, pars, ut in prophetia habes, *deserta* et *invia,* per X miliaria usque ad turrem Babel extensa. Ipsa autem, quae inhabitatur et Baldach vocatur, maxima est et populosa[f] et, cum de imperio debeat esse Persarum, summo sacerdoti suo, quem ipsi Caliph dicunt, a[g] regibus Persarum[8] concessa, ut[h] et in hoc quaedam habitudo, sicut sepe iam dictum est[9], inter Babyloniam[i] et Romam eluceat, quia, quod hic a Christiano imperatore summo nostro pontifici in urbe Roma traditum est[10], hoc ibi a paganis Persarum regibus, quibus ex[k] longo tempore Babylonia subiacuit, eorum summo sacerdoti indultum est. Ipsi vero Persarum reges, sicut et nostri

a) ac ex- *om.* *A* 2—4, *exstant, sed linea transducta deleta* *A* 1. b) plimū *A* 2. b*) II, *et sic deinceps usque ad c.* 16 (= XV) *A* 1. c) putabatur *A*. *B* 2. d) Est — fuisse invenimus *in fine c.* 3. *(p.* 313, *l.* 18*) habet C* 1, *ubi pro* Est enim *erasis alio atram.* Urbis *suppl. et paulo infra post* pars *(l.* 17*) supra lin.* est *add.* e) habitalis *A* 3. f) -sa *infra lin. suppl., in textu vestigia radendi B* 1. g) ab *C* 1—3, *alio atram. corr.* a *C* 3. h) et ut in *A* 2. i) -i- *corr. ex* -ē *B* 1. k) ex *om.* *C* 3.

1) ut epistola docet a Ruoperto comite delata *Ekkeh. p.* 216, 19, *quae Otto corrupit; cf. epistolam principum ad Paschalem papam II. in Ann. S. Disibodi servatam, SS. XVII, p.* 17 *sq.* 2) *V. supra III,* 2, *p.* 136. 3) *Cf. Ekkeh. p.* 216, 32: Respiciens autem Dominus populum, quem tam diu flagellaverat; *Gen.* 31, 42; *Act.* 7, 34. 4) *Cf. Ekkeh. p.* 212, 14. 15: Babyloniae, quae nunc sedes est regni Aegyptii. 5) *Ekkeh. p.* 217, 8: Babylonici regis legati conventui principum se presentes exhibent inter alia pollicentes *etc.* 6) *Armeniorum episcoporum legatos Gabulensemque episcopum cum in curia Romana Viterbii anno* 1145. *exeunte se vidisse Otto testetur (infra VII,* 32 *sq.), non est, cur haec post iter crucis a.* 1147. *susceptum operi iam absoluto inserta putemus.* 7) *Baghdad.* 8) *E gente Seldschukorum.* 9) *Supra VI,* 22. *IV,* 21, *p.* 212, *n.* 5. 10) *Cf. supra IV,* 3.

urbem regiam vel[a] Aquisgrani[b], Ecbactani[c], quam Arfaxath in libro Iudith fundasse legitur, lingua eorum *Iudith* 1, 1.
Hani[1] dictam[d], centum vel[e] amplius, ut volunt, pugnatorum milia habentem[2], sedem regni sui[f] constituerunt,
5 nichil sibi de Babylone preter nomen imperii reser-
p. 250. vantes. Porro ea, quae nunc vulgo, ut dixi, Babylonia vocatur, non super Eufraten, ut illi putant, sed super Nilum circiter VI dietas[g] ab Alexandria[h] posita est, ipsaque[i] est Memphis, a Cambise[k] filio Cyri olim Baby-
10 lonia vocata[3]. Et ibi rex Egyptiorum, quamvis caput regni sui Alexandria sit[4], propter ortum[l] balsami morari dicitur[5]. Quod etiam[m] ex hoc perpendi potest, quia, cum in utraque Christiani, sed[n] sub tributo[6], maneant urbe, Mempheorum[o] episcopus Alexandrinorum
15 patriarchae iure[p] ecclesiastico subditus est[q], quem non Assiriis seu Babyloniis[r], sed[s] Egyptiis et Affricanis ex prima institutione et Nicei[t] concilii auctoritate prelatum fuisse invenimus[7].

IIII.[t*] Itaque[u] prefati regis legatis duci Gotefrido[v.8] *Ekk.* 1099.
20 presentatis lectissimi proceres Francorum — sic enim omnes 1098.
occidentales populos, ob antiquam gentis illius dignitatem, ut puto, et virtutem[9], orientales appellare solent — Babyloniam destinantur. Barbari ergo fortitudinem, proceritatem, habitum, incessum, elegantiam virorum mirantes eos deos
25 esse, non homines affirmabant. Proinde habito consilio Babyloniorum rex ductis secum Francorum legatis Hierusalem obsedit prefatosque heroas in medium producens[w] se cum eis federatum dicit; et sic eorum potius quam suo terrore civitate in deditionem accepta, Turcis expulsis, Sarracenos *(Aug.)*.
30 ibi locavit. Inter haec Christiani capta, ut diximus[10],

a) velut *C* 3. 4. b) Aquisgurni *A* 3. c) Ecbatani *A* 3; Eobactani *B* 2; Eblatani *C* 1—3; e bathani *C* 4. d) *ita A* 4. *Albr.*; dicta *A* 1—3. *B. C.* e) vel amplius *om. C* 1. f) sui *om. A. B* 2. g) dietas *om. C* 3. h) Alexandrina *A* 1—3. i) -que *om. A* 2; ibique *A* 4. k) a Camlyse *A* 1. 3 *(mut. alia manu* acam lysę *A* 3*)*.
35 l) hortum *C* 1. 2. m) etiam *om. B* 2. n) sed *om. C* 3. 4. o) Memphorum *B* 2. p) uiro *C* 1. q) est *om. C* 2. r) Babylonis *B* 1. *C* 1 (Babil.). s) ex *add. B* 2. t) nicei *alio atram. mut.* niceni *C* 1. t*) III, *et sic deinceps A* 3. u) -que *om. C* 3. v) Got. *om. A* 3. w) ducens *A* 2; produens *A* 3.

1) *Hodie Hamadan.* 2) *Cf. Oros. V*, 10, 8: Antiochus non
40 contentus Babylonia atque Ecbatana . . . . . Qui cum in exercitu suo centum milia armatorum habere videretur, *etc.* 3) *Supra II*, 15 *fin.* 4) *Cf. supra III*, 2, *p.* 136. 5) *Cf. supra p.* 312, *n.* 4. *Novam Babyloniam* a solis mercatoribus inhabitata*m*, *sedem vero regalem in civitate prope posita* Chayr nuncupata *esse Burchard., Arnoldi Chron. Slav.*
45 *VII*, 8, *SS. XXI*, *p.* 237, *dicit.* 6) *Cf. Burch. l. c. p.* 237, 19. 20. 7) *Concil. Nic. c.* 6, *Rufini Hist. eccl. X*, 6; *cf. supra III*, 2. 8) *Cf. supra p.* 312, *n.* 5. *ad VII*, 3. 9) *Cf. supra I*, 25, *p.* 57; *V*, 35, *p.* 259, *l.* 20; *V*, 36, *p.* 260, *l.* 25; *VI*, 2, *p.* 263, *l.* 20 *sq.* 10) *VII*, 2 *fin.*

Ekk. Antiochia[1] Deum non digne glorificantes tanta Sarracenorum
1098. multitudine cinguntur, ut priorem ubertatem tam intolerabilis sequeretur fames, quod et[a] ab humanis carnibus vix abstinerent[2]. Itaque contricionem populi sui misericors[3] Dominus clementer animadvertens ac intuitu gratiae suae considerans lanceam sacram[4], qua[b] Christi filii[c]
Ioh. 19, 34. sui latus in passione perforatum[d] legitur, usque ad id temporis incognitam, superna revelatione[e] fidelibus suis
Ier. 14, 18. monstravit. Cuius fiducia Christiani[f], quamvis *fame*
(Iun. 28). *attenuati,* egressi Sarracenos non sua, sed Christi[g] virtute fuderunt. Inde in[h] Syriam profecti Barram et Marram
(Sept.). urbes ceperunt. Ubi moram facientes tanta rursus famis
(Dec.). inopia narrantur attriti[i], ut humana quoque corpora iam
1099. fetentia comederent. Post contra civitatem sanctam, iam a Sarracenis inhabitatam[k], aciem dirigunt. Quam obsidione clausam cum capere[l] non possent, habito consilio humilitatis[m] magistrum imitantes nudis eam pedibus circuire
Iul. 15. disponunt. Igitur octava, id est ea, qua divisio apostolorum celebratur, die civitas capitur, ac hostes, qui ibidem[n] reperti fuerunt[o], tanta strage ceduntur, ut in porticu Salemonis sanguis interfectorum nostris ad genua usque attingeret equorum. Et nota, quod pulchre post humiliatum populum Dei precesque ad Dominum[p] fusas octava die civitas sancta a gentibus conculcata[5] a nostris obtinetur. Sicut enim Hiericho sub observatione sabbati a priore[q] populo VII[0 r] die[s·6], sic et hic a Christiano populo octava, tanquam abolita lege ac sabbato resurrectionis die sequente, Hierusalem gyrata expugnatur. Exhinc Hierusalem et sepulchrum Domini a nostris possidetur.

Ekk. 1099. V.[t] Porro Mempheorum[u] seu Alexandrinorum rex, qui Babyloniorum ammiraldus[v] a peregrinis vocatur, apud Aschalonem manens ducensque[w] secum Francorum legatos[7]

a) et *om. C* 4. b) que *A (corr.* qua *A* 2*).* c) fili *A* 1. d) perforasse *A* 3; perforavit, *omisso* legitur *A* 4. e) relacione *C* 2; relatione *corr. alia manu* reuclatione *C* 3. f) christianam *B* 1. g) virt. Chr. *A* 1—3. h) in *om. C* 3. 4. i) fame atteruntur *A* 4. k) inhabitam *A* 4. *C* 2. l) corpe *C* 2; carpe, -r- *expunctum C* 3. m) huimilitatis *B* 2; humiliatis *C* 2. n) ibi *A* 2; qui — fuerunt *(l.* 20*) om. A* 4. o) sunt *A. B* 2. p) Deum *C.* q) priori *C.* r) VII[0] — populo *om. C* 2. s) die *om. A.* t) V. *in loco raso A* 4; *cf. p.* 313, *n.* t*. u) Memphorum *B* 1. 2, *corr.* Mempheorum *B* 2. v) admir. *C* 4. w) -que *om. A* 1—3; manens cum Francorum legatis Ant. *A* 4.

1) *Ekkeh. p.* 216. *haec ante narrationem de legatis regis Aegyptiorum habet.* 2) ut vix ab inhumanis (humanis *D*) dapibus se aliqui continerent *Ekkeh. p.* 216, 31. 3) *Cf. ibid. p.* 216, 25. 4) *Cf. supra p.* 279, *n.* 4. *et* 5, *ad VI,* 18. 5) *Cf. supra VII,* 2, *p.* 310, *l.* 22. 6) *Ios.* 6, 15 *sqq.* 7) *Ekkeh. p.* 217, 26 *sqq.:* nunciatum est eis *(sc. Christianis),* quod rex Babyloniorum Ascalonam venisset . . . ducturus Francos, qui Hierosolimis erant, in captivitatem et expugnaturus Antiochiam, sicut ipse dixerat, *quae Otto corrupisse videtur.*

Antiochiam eo, quo[a] et urbem sanctam, dolo[1] capturus iter flectit[b]. Christiani[c] vero relictis in urbe sarcinis et infirmis contra Sarracenos procinctum movent, cumque infinitam hostium multitudinem[2] conspexissent, fusis ad Deum[d] precibus audacter eos cum paucissimis aggrediuntur. Et mirum dictu, Dei, qui omnia potest, virtute cum V milibus equitum et[e] XV milibus peditum C milia equitum[f], CCC[ta] milia[3] peditum terga vertere compellunt ac spolia immensa[g] diripiunt. Ceciderunt in eo prelio ex Sarracenis plus quam C milia gladio, duo quoque milia suffocata circa portam urbis narrantur, innumeri etiam mersi[h] seu spinis obruti[4] feruntur. Peracta[i] victoria, reversis ad propria primoribus, Gotefridus ducatum eorum qui remanserant strennuissime rexit. Hic etiam inter Francos Romanos et Teutonicos[k], qui[l] quibusdam amaris et invidiosis iocis frequenter rixari solent, tamquam in termino utriusque gentis nutritus utriusque linguae scius medium se interposuit ac ad commanendum[m] multis modis informavit[5]. *Ekk.* 1099. *Iob* 42, 2. *Sap.* 11, 24. *(Aug.* 14*)*.

251. *VI. Verum Urbanus a concilio[n] Claremontensi[6] regressus auxilio eorum[o], quos ad Hierosolimitanum iter accenderat[p.7], Gwibertum ab Urbe, excepto castro Crescentii, eiecit[8] sedemque[q] propriam recepit. Inde per Apuliam et Calabriam Siciliam[9], quas tunc Nortmanni inhabitabant, ingressus pecuniam magnam collegit[10] sicque ad Urbem regrediens[11], corruptis eis qui castrum Crescentii servabant muneribus[10], Gwiberto tam castro quam Urbe expulso libere tota potitur Urbe. Ipse vero non multo post rebus excedens humanis Paschali kathedram reliquit. *Ekk.* 1099. 1096 *ex.* 1098. *(Aug.* 10*)*. 1099. *(Iul.* 29*)*.

a) quod *A* 3. b) flexit *C*. c) xpianis *A* 2. d) dominum *A* 2. *C* 2. e) ex *add. A* 2. f) et *add. A* 1*a*. *Ekk.*, *Cusp.* g) multa *A*. h) -i *corr. ex* -e *B* 1; submersi *C. Gotifr.*, *Albr.* i) quoque *add. A* 2; vero *add. C.* k) Teuconicos *corr. postea* Teutonicos *B* 2. l) quod *A* 2. m) c̄manandum *B* 1. n) consilio *C* 2. 4. o) eorum *om. A* 3. p) accedant, -n- *delet. A* 2; accenderat *B* 1. q) -que *om. A* 1. 3. 4.

1) *Supra VII*, 4, *p.* 313. 2) exercitum *(sed varia lectio* multitudinem*) Ekkeh. p.* 217, 32. 3) 400000 *Ekkeh.* 4) spineta etiam ex ipsis multos obtinuerunt *ibid. p.* 217, 46. 5) *Cf. Ekkeh. p.* 218, 14 *sqq.*; *Richer. Hist. I*, 20; *F. G. Schultheiss, 'Geschichte des deutschen Nationalgefühles', München* 1894, *p.* 149. 214. 6) *A.* 1095. *celebrato; cf. supra VII*, 2, *p.* 310, *l.* 28. 7) *Ekkeh. a.* 1099, *p.* 213, 35. 8) *Cf. Bernold. a.* 1097, *SS. V, p.* 465; *Meyer von Knonau l. c. IV, p.* 472 *sq.* 9) *Urbanus II. usque in Siciliam progressus non est.* 10) *Hac de re alibi non traditur.* 11) *Num Urbanus ipse in capiendo castro Crescentii praesens fuerit, dubitari potest. Cf. Meyer von Knonau l. c. V, p.* 40 *sqq.*

Ekk. 1100. VII. Anno ab incarnatione Domini M°C°, cum ex om-
1100. nibus mundi partibus[a] ad Hierusalem terrestrem, caelestis typum gerentem[1], fideles orationis causa confluerent[2], multis ex corruptione aeris mortuis Gotefridus quoque gloriosissimus dux infausta morte post unum ducatus sui
(Iul. 18). annum raptus in ecclesia iuxta sepulchrum Domini[3] humatur[b], eique Balduinus frater eius auctoritate summi pontificis regio nomine sublimatus subrogatur. Signa vero ac[c] prodigia caelo[d] terraque circa haec tempora visa, tam scisma[e] regni quam iter Hierosolimitanum portendentia, ab[f] aliis posita[4] sufficiant[g]. Eo tempore Gwibertus moriens horribili[g*] scismati[h] tanquam[h*] den-
(Sept. 8). *Ekk.* 1101. sissimis Egypti tenebris[5] finem imposuit. Anno sequenti Conradus imperatoris Heinrici filius christianissimus[6], cui pater Italiam[7] commiserat, VIIII°[i], ex quo a patre
1101. discesserat, anno inmatura[k] morte preventus diem obiit ac in[k*]
(Iul. 27). civitate Tusciae[l] Florentia honorifice sepultus est[8].

Eodem tempore Gwillelmus[m] comes Pictaviensis et dux Aquitaniae, Themo[n] Iuvaviensis[o] archiepiscopus, Welfo Noricorum dux, qui in guerra cum imperatore habita Frisingensem[p.9] et Augustensem[10] destruxit[q] urbes, Itha mar-

a) part. *om. A* 2. b) humatus *A* 2. c) et *B* 2. d) celoque *C* 2. 4. e) scima *A* 1 — 3 *(corr.* scisma *A* 1. 3*)*. f) ab — tempore *om. A* 4, *paulo supra post* visa *(l.* 10*) addito* sunt. g) sufficiat *A* 1 — 3. *C; cf. n.* f. g*) horr. *om. A* 4. h) *alterum* -s- *supra lin. suppl. A* 1. 3. h*) tanquam — tenebris *(l.* 13*) om. A* 4. i) octavo *A* 2. k) am[a] *mut.* in n[a], *quo alio atram. expuncto alia manus in marg. adscripsit* īmatura *C* 3; amatura *C* 4. k*) in *om. C* 3. l) Flor. Tusciae *A* 1—3; apud Florentiam Tusciae urbem *A* 4. m) *ita B* 1; Guillebinus *A* 1 (-n- *mut. ex* -m-). 3; Willelmus *A* 2; Gwillihelmus *A* 4; Gwillehmus *B* 2; Guillelmus *C* 2. 3; Guilhelmus *C* 4. n) Thiemo *A* 4; Tehmo *C* 2. o) in uauiensis *A* 2; Iuvavensis *A* 4, *ubi manu saec. XIV. in marg. add.* Salczburgen̄; Iuuaniensis *B* 1. p) Frigingensem *A* 3; (frisi *delet.*) frigisiensem *C* 2; frigisiensem *corr. alia manu* frisingensem *C* 3; frigisien̄ *C* 4. q) destuxit *A* 2.

1) *Cf. ex. gr. Hugo de S. Victore, De vanitate mundi l. III, Migne, Patr. Lat. CLXXVI, col.* 727 *A.* 2) *Ekkeh. a.* 1100, *p.* 218, 37 *sqq.*: conventus ingens factus est in Hierusalem ab omnibus, qui sunt in oriente, Christicolis maximeque, qui vel Antiochiae vel in Syria Rohas vel Palestina resederant, peregrinis, *quae Otto fortasse neglegentius expilans corrupit.* 3) *Ibid. p.* 219, 11: ante montem Calvariae in vestibulo Golgathanae ecclesiae. 4) *Ibid. a.* 1099, *p.* 214; *a.* 1101, *p.* 220, 5. 5) *Cf. supra p.* 306, *n.* * *ad VI,* 36. 6) *Ekkeh. a.* 1099, *p.* 211. 7) *Conradum patri rebellantem (Frut. a.* 1093*)* per quasdam Italiae partes et nomen et dignitatem regis *obtinuisse Ekkeh. a.* 1099, *p.* 211. *habet.* 8) *Ita etiam Donizo, Vita Math. II, v.* 928, *SS. XII, p.* 397; *Casus mon. Petrishus. II,* 45, *SS. XX, p.* 648; *cf. Meyer von Knonau l. c. V, p.* 147 *sq.* 9) *Anno fortasse* 1086. *puto; cf. Ann. August., SS. III, p.* 132, 1; *Meyer von Knonau l. c. IV, p.* 122 *sq.* 10) *A.* 1088. *Apr.* 12; *cf. Ann. August., l. l. p.* 133, *et Frut. p.* 207, 5. *(qui tamen Welfonis mentionem non faciunt), Lib. de unit. eccl. conserv. II,* 36, *Libelli de lite II, p.* 264; *Meyer von Knonau l. c. IV, p.* 204 *sq.*

chionissa, Leopaldi[a.*] marchionis[a*] orientalis mater[1], 1101. *Ekk.*
Guillelmus[b.2], Stephanus[3], Italici barones[4], cum multis ex Italia, Aquitania, Germania Hierosolimam per Ungariam et Greciam pergunt. Quos Alexius imperator in artis[c] locis fraudolenter expositos[d] pene omnes crudeliter extinxit, elegantioribus ex eis captis et Mempheorum[e] regi seu ammiraldo presentatis. Quam** hystoriam miserabiliter ac luculenter in modum tragediae[5] quidam ex his, qui se eidem expeditioni interfuisse testatur, executus est[6]. Comprehensus inter alios venerabilis presul Themo[f] ad ydolatriam, ut tradunt[g], angariatur[7]. Ille, inducias petens, fanum ingressus[h] animi et corporis viribus robustissimus ydola, quae adorare debuit, non deos, sed opera manuum ostendens in frusta[i] comminuit. Ob ea productus ac[k] exquisitis suppliciis et tormentorum generibus affectus glorioso martyrio coronatus est. Quod*** ob fidem Christi passus sit, fidelissima traditio habet[1.8]; quod autem[m] ydola comminuerit, ex hoc[n] credere difficile est[o], quia constat universitatem Sarracenorum unius Dei cultricem esse librosque[p] legis necnon[q] et[r] circumcisionem recipere, Christum etiam[s] et apostolos apostolicosque[t] viros non improbare, in hoc tantum[u] a salute longe esse, quod Iesum Christum humano generi salutem afferentem Deum vel Dei filium esse negant[v] Mahmet-

cf. 4. Reg. 19, 18.
cf. Deut. 9, 21. 2. Par. 15, 16.
(Aug.-Sept.).
cf. Deut. 12, 3.

*) sancti[9] *ante* Leopaldi *supra lin. manu recentiore, qua item super* Itha *(p.* 316, *l.* 21*) superscr.* Iutha, *add. B* 2.

**) Quam hystoriam — executus est *(l.* 9*) infra post* coronatus est *(l.* 16*) collocat C; Cusp. cum A. B facit.*

***) Quod — abluere solet *(in fine c.* 7, *p.* 318, *l.* 7*) om. C; habet Cusp.*

a) orientalis *add., sed expunct. et eras. B* 2. a*) march. *om. A* 3; orient. march. *A* 4; orient. *om. A* 1. b) *ita A* 1. 3. *B* 1. *C* 2. 3 *(corr. ex* guell.*)*; Willelmus *A* 2; Guuillihelmus *A* 4; Gwillehmus *B* 2; Guilhelmus *C* 4. c) arcis *B* 2. d) positos *A*. e) Memphorum *B* 1. 2, *corr.* Mempheorum *B* 2. f) Thiemo *A* 2; Themo *erasum A* 3; alios tyemo archiepiscopus *A* 4. g) ut traditur ad ydol. a rege *C*; ut trad. *om. A* 4. h) et *add. C* 4. i) frustra *B* 1. *C* 4; quae *(l.* 13*)* — frusta *om. A* 4. k) ac *om. C*. l) habet *B* 2. m) autem *om. A* 3. n) h̄ (= haec) *A* 1. o) diff. est cred. *A* 3; incredibile videtur *A* 4. p) libosque *A* 3. q) n̄cnon *A* 1. 3; necnon *om. A* 4; -e- *supra lin. B* 2. r) et *om. B* 2. s) etiam *om. B* 2. t) -que *om. B* 1. u) tn̄ (= tamen) *A* 2. v) negat *Cusp.*

1) *Avia Ottonis.* 2) *Comes Nivernensis.* 3) *Comes Blesensis aut Matisconensis.* 4) *Verba Ekkeh. p.* 221, 52: de Latinis vero principibus Willihelmum, Regimundum, Stephanum *fortasse Otto non bene intellexit.* 5) *Cf. supra VI,* 31, *p.* 297, *l.* 11. 6) *Ekkeh. p.* 220 *sq.* 7) *Immo, ut idolum Saracenorum truncatum repararet, postulatur secundum Passiones S. Thiemonis, quotquot typis mandatae exstant (SS. XI, p.* 29 *sq.* 59; *SS. XV, p.* 1237; *Migne, Patrol. Lat. CXLVIII, col.* 900*). Cf. etiam Meyer von Knonau l. c. V, p.* 143 *sqq.* 8) *Cf. Paul. Bernried., Vita Greg. VII. c.* 121. 9) *Demum a.* 1485. *Ian.* 6. *Leopoldus canonizatus est.*

que[a] seductorem[b], de quo supra dictum est[c·1], tanquam prophetam magnum summi Dei venerantur[d] et colunt. Cuius seductionis et, ut ipse mentitur, predicationis tale apud eos esse[e] traditur exordium[2]: *Inicium evangelii*
Is. 1,16. *Mahmet*[f] *filii Dei, prophetae altissimi: 'Lavamini, mundi estote'.* Quod preceptum predicta gens stolide servans secretiores corporis partes cottidie abluere solet[3].

Ekk. VIII.[f*] Anno ab[g] incarnatione Domini M°C°III°[g*] imperator
1102. Heinricus nativitatem[h] Domini Moguntiae celebravit ibique Hein-
Dec. 25.
1103. rico filio suo rege post se designato[4] sepulchrum Domini se
(Ian. 6). visitaturum publice denunciavit ac multos ex[h*] diversis partibus[i]
Dec. 25. regni ad idem accendit. Anno dehinc proximo natale Domini Ratisponae agens[k], orta seditione Sigehardus comes[5] a familia
1104. principum, qui ministeriales dicuntur[6], eo quod iusticiam[l] *p. 2
(Febr. 5). eorum infringere diceretur[7], occisus est. *Anno sequentem
Dec. 25. imperatore iterum[n] natale Domini Moguntiae celebrante, Heinricus filius eius rebellionem[o] contra patrem in Noricis partibus consilio Theobaldi marchionis[8] et Berengarii comitis[9] sub specie religionis[10], eo quod pater eius[p] a Romanis pontificibus excommunicatus esset*, molitur ascitisque[q] sibi quibusdam ex orientali Francia, Alemannia, Baioaria[r] principibus Saxoniam, terram et gentem contra regnum facile animandam[11], ingreditur. Ubi honorifice susceptus ac pascha

*) *A* 1*a manu saec. XIII. in marg. add.:* Hic legitur, quod iste Henr(icus) imperator excommunicatus fuerit, tamen de certo scire non possum.

a) Mahimâtque *B* 1. b) -rem *corr. ex* -rum *B* 1. c) est *om. A* 2; de quo — est *om. A* 4. d) veneratur et colit *Cusp.* e) esse *om. A* 4. f) Mahimet *B* 1. f*) *num. om. C*2; *cf. p.* 312, *n.* b* *et p.* 313, *n.* t*. g) ab inc. *om. C*4. g*) M°C°IIII° *A* 4. h) natat *A* 1; nat̃ *A* 4; natale *A* 2; natal' *A* 3. h*) div. ex *A* 3; ex div. part. regni *om. A* 4, *ubi* suorum *add.* i) regni part. *C.* k) agens, orta sed. *om. C* 3. l) iusticia *B* 1. m) sequente *mut.* sequenti *A* 1. n) iterum *om. A* 4. o) rebellationem *A* 1—3. *Ekk.;* patri rebellionem *A* 4, *omissis* contra — partibus. p) quod *add. B* 2. q) *ita B. C;* acscitisque *A* 1—3; et cum orientalis Franciae *pro* ascitisque — Baioaria *(l.* 21*) A* 4. r) Baiaria *B* 1.

1) *V*, 9, *p.* 241. 2) *Minime, et omnino in libro Alcorani iussu Petri abbatis Cluniacensis a.* 1143. *in Hispania in Latinum versi (Th. Bibliander, Machumetis Saracenorum principis eiusque successorum vitae, doctrina ac ipse Alcoran,* 1550*) haec verba frustra quaesivi.* 3) *Cf. Burch. l. c. p.* 241; *Alcorani Azoara* 12 *(Bibliander p.* 38*).* 4) *Iam a.* 1099. *Ian.* 6. *Heinricus rex coronatus est; Ekkeh. a.* 1103: filio suo Heinrico regi rerum summam dimissurum. 5) *De Burghausen et Schala ex nobilissima Aribonum gente.* 6) a militibus regis *Ann. Rosenveld., SS. XVI, p.* 102,25. 7) *Cf. Meyer von Knonau l. c. V, p.* 195 *sqq.* 8) *De Vohburg.* 9) *De Sulzbach.* 10) *Cf. ex. gr. Ekkeh. a.* 1125, *p.* 265: Hic . . . primo sub specie religionis patrem excommunicatum imperio privavit; *infra VIII,* 3 *fin.; cf. supra VII,* 2, *p.* 311, *l.* 21. 11) *Cf. supra VI,* 5 *fin., p.* 267, *n.* 4.

Domini Quitiliniburg[a] manens universos gentis illius pri- 1105.
mates ad voluntatem suam inclinavit. Habitoque in *Apr. 9.*
villa regia Northusen[b] episcoporum conventu, presidente *(Maii 21-27).*
Rothardo Moguntino[c] archiepiscopo, qui a sede propria
5 iam per multum temporis ab imperatore pulsus
fuerat[1], symoniam aliaque Romanae ecclesiae con-
traria condempnavit ac post pentecosten Martinopoli[d] *Maii 28.*
ferians Heinricum[e] Magdeburgensem[f] electum, sed a
patris sui fidelibus repulsum[g], consecrari fecit. Inde collecto *(Iun. 11).*
10 milite Mogontiam archiepiscopum restituturus[h] iter flectit,
sed patre cum multis adventum eius armata manu infra
muros prestolante votum[i] ad effectum perducere non
potuit. Dehinc Erbipolim petens Erlongo eiecto Robertum *(Iul.)*
eidem prefecit ecclesiae. Quo peracto, dimissis Saxonibus cum
15 Baioariis, castrum Noricum obsidione cingit ipsoque per duos
vel amplius menses expugnato Ratisponam, Norici ducatus
metropolim[2], adiit. Quem pater e vestigio subsequens Rûberto
fugato Erlongum restituit. Inde progressus Ratisponensium auxilio
filio urbe fugato ipse pontificem ibi[k] Ulricum quendam con-
20 stituit ac Theopaldi marchiam per Boemos vastavit.

VIIII.[k*] Igitur regno miserabiliter[1] in se ipso di- *Ekk. 1105.*
viso[3], ex omnibus eius viribus coadunato milite, ferro
flammaque crudeliter vastata terra in ripa[m] Reginin[n] fluminis
uterque, scilicet[o] pater et filius, consedit. Iam castra
25 disponuntur, iam acies ordinantur, iam ad parricidale scelus
pater in filium, filius in patrem a suis inflammantur,
sed fluminis alveo nefarii conatus impediebantur. Vide-
res[p] lacrimabiles ac miserabiles[q] apparatus, cerneres
mundum contemptum sui luce clarius effectibus suis
30 prodentem, quod[r] videlicet contra legem naturae filius
in patrem assurgeret[4], contra normam[s] iusticiae miles
regem, servus dominum impugnare pararet[t], frater

a) *ita B* 1'; Quitilincburg *A* 1. 2; Quitilinburg *A* 3; Quitilinburch *A* 4; Quitilineburge *B* 2; Quitelineburg *C* 2; Quitelinburg *C* 3. 4. b) horthusen *A* 3. c) *ita*
35 *A* 2. *Albr.;* mognī *A* 1. 3; magunī *A* 4. *C* 3. 4; Mogunī *B* 1. *C* 2; Mogontie *B* 2. d) Martionopoli *B* 2. *C* 3. 4; Marchionopoli *C* 2. e) Heinricus *A* 1—3. f) *ita A* 4. *C* 4. *Gotifr., Albr.;* Magdeburḡ *B* 1. *C* 2 (Madeb.). 3; Magdebg *A* 1. 3; Magdeburg *A* 2; Magdeberg *B* 2. g) rep. *om. A* 2; pulsum *A* 4. h) restiturus *B* 2. *C* 3. 4. i) *super* votum *posteriore manu superscr.* quod *C* 3. k) sibi *B* 1. k*) VIII. *A* 4; XIX.
40 *radendo corr.* IX. *C* 3. l) in se ipso miser. *A.* m) ripa *om. A.* n) *ita A* 1. 2. *C* 2; regmi *A* 3; Rheni *B* 1. *C* 4. *Albr.;* Regni, -g- *post delet. B* 2. *C* 3; terra iuxta rhenum ut. *A* 4; supra Renum fluvium *Gotifr.* o) pater scil. *A* 4. *B* 1. p) Videres — apparatus *om. A* 4. q) mirabiles *A* 1—3. r) quod *om. A* 2. s) nomam *A* 2. t) inpugnaret parare, parare *linea nigra perducta delet. C* 3.

45 1) *Frut. a.* 1098, *p.* 209, 10. 2) *Cf. supra VI,* 11, *p.* 272, *n.* 4; *'Kaiserchronik' v.* 16822. 3) *Luc.* 11, 17: regnum in se ipsum divisum. 4) *Cf. Sigeb. a.* 1106, *SS. VI, p.* 369, 31: Heinricus filius imperatoris contra ius naturae et fas legum in patrem insurgens, *sed Ottonem hoc loco aeque ac Sigebertum epistolam imperatoris ad Philippum I.*
50 *regem Franciae missum, cuius initium Otto infra VII,* 12, *integram Sigeb. l. c. operibus suis inseruerunt, in usum suum convertisse crediderim; cf. Jaffé, Bibl. V, p.* 242.

contra fratrem, consanguineus contra consanguineum staret[a] ac proprii sanguinis consortis sanguinem fundere cogitaret.

Nonne tam inauditum, tam inhumanum hoc[b] mundi factum ad contemptum sui solum nos provocare posset? Numquid non ipse mundus — vel potius iuxta Augustinum[1] inmundus — sic amatores suos falsis delectationibus pellectos decipit[c], huiusmodi[c*] commertia[d] inherentibus sibi tribuit ac ad ultimum transeundo in
2. *Tim.* 3, 1. 2. interitum trahit[e]? Haec sunt iuxta Paulum *tempora*
Philipp. 2, 21. *novissima* et ideo *periculosa,* in quibus *homines, quae sua,*
2. *Tim.* 3, 2. 3. *non quae Iesu Christi*[f], *quer*entes et ideo *se ipsos amantes, scelerati, sine*[g] *affectione*[h] *parentibus in obedientes* effecti, ad ausus nefarios factaque nefandissima per diversa voluptatum[i] suarum flagitia volutati[k] rapiuntur. Et nota, quod haec nostra tempora, quae utique novissima creduntur[2], tanquam prioribus sceleribus finem inpositura ac velut mundi terminum ex flagitiorum immanitate minantia et ex obposito regnum Christi appropinquaturum prodentia, sicut quosdam, ut dixi[l], sceleratissimos[m] ac mundi amatores avidissimos, sic alios zelo Dei ferventissimos ac caelesti desiderio plenissimos habent; ut,
Apoc. 12, 12. sicut hos[m*] nequiciae spiritus, iam[n] *modicum tempus hab*ens et ob hoc amplius inardescens, amplius ad vicia inflammat, sic istos dulcedo regni caelestis, quasi[o] iam in ianuis[p] posita[3], ad amorem suum magis alliciat. Unde circa haec tempora, dum[q] regnum Romanorum non solum civiliter, sed et parricidaliter libidine dominandi dividitur, alii contemptis suis pro Christo ac militiae cingulum se non sine causa gestare considerantes Hierusalem tendunt, ibique novum militiae[r] genus exorsi[4] sic arma contra inimicos crucis Christi gestant, ut crucis[s] *mortificationem iugiter in suo corpore portantes[5] vita *p. 25
et conversatione non milites, sed monachi[4] videantur.

a) staret *om.* *C* 3. 4. b) ħ (= haec) *A* 1; hc̄ (= hunc) *A* 2. c) decepit *C* *(alia manu corr.* decipit *C* 3*).* c*) hi⁹ *C* 3. d) commentia *A* 3. e) mittit *A* 3. f) Christi *versu exeunte om.* *C* 2. g) sunt *A* 1. 3; s̄ *A* 2. 4. h) afflictione *A.* i) voluntatum *A.* k) *ita B. Albr.;* voluntati *A. C.* l) ut dixi *om.* *A* 4; sicut ut quosdam dixi *A* 1—3. m) scel. *om.* *C* 3; scel. ac *om.* *A* 4. m*) nos *C* 3. n) mod. iam *C* 3. 4. o) q̃2 *A* 1; q̃ *A* 2; qꝛ *A* 3; quia *A* 4. *B* 2. p) rannis *A* 1; ramnis *A* 3; ianuis *om., spatio circiter* 7 *litterarum in fine versus vacuo relicto, verbis* iam in *et* posita *lineis subductis deletis A* 2. q) dum *om.* *B* 2. r) genus mil. *A* 2. *C* 3. 4; adorsi miliciam sic *A* 4. s) Christi *add.* *C* 2.

1) *Aug. Sermo* 105, 8 *(de verbis Luc.* 11, 8*). W.* 2) *Cf. supra I, Prol., p.* 7, *l.* 16. *II,* 13 *fin.* 3) *Cf. Matth.* 24, 33: scitote, quia prope est in ianuis. 4) *Cf. Bernh. Clar. De laude novae mil. ad mil. Templi* 1, 1. 4, 8. 5) *Cf.* 2. *Cor.* 4, 10: semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes.

Rigor etiam tam in monastico quam clericali ordine exhinc usque in presentem diem amplius cepit crescere, ut iusto Dei iudicio civibus mundi in sordibus magis sordescentibus[1] cives sui ad summam virtutum[a] per eius gratiam magis ac magis proficiant. Sed iam ad hystoriam[b] revertamur[c].

Igitur dum in ripa predicti fluminis uterque consedisset exercitus, ac[d] quibusdam in ipso flumine sibi invicem occurrentibus occisis, Heinricus iunior omnes vires patris in duce Boemiae Boroe[e.2] ac marchione Leopaldo[3], cuius* sororem[4] prefatus[f] dux habuit, fore considerans, ipsos multis modis, promissa sorore sua[5], quae tunc nuper a Friderico Suevorum duce viduata fuerat[6], in uxorem marchioni, inductos, ambobus, ut patrem relinquerent, persuasit[7]. Quibus recedentibus imperator[g] cedere compellitur, et exhinc vires eius imminui iuniorisque crescere ceperunt. Rothardus tunc *Ekkeh.* 1105. *ib.* Moguntinus archiepiscopus[h] sedi suae per iuniorem Heinricum[8] VIII[o], ex quo pulsus est, anno restituitur.

X.[i] Non[k] multo post filius patrem in oppido Rheni Binge alloquens ad obedientiam Romanae sedi de anathematis vinculo exhibendam hortatur. Pater vero conventum pro hac re principum coadunari[l] rogat, sicque ad peticionem suam curia Moguntiae in proximo natale Domini celebranda cunctis regni[m] primoribus indicitur[9]. *ib.*

*) cuius — habuit *om. C, habet Cusp.*

a) virtutem *C* 2. 3. b) hyst. *om. C* 3, *ubi alia manu supplet.* propositum. c) revertamus *A* 2; prof. Redeamus ad hist. *A* 4. d) a *add. A* 3. e) Beroe *A* 4. *C.* f) predictus *A* 4. *B* 1. g) i pr̄ *alia manu mut.* et pr̄ (= etiam pater) *C* 3. h) episcopus *B* 1. *C* 2. *Albr., corr.* archiepiscopus *C* 2. i) VIIII. *A* 1. 3; X. *in loco raso A* 4. k) Aon *A* 2. l) coadunandum *C. Albr.;* fieri *A* 4. m) mundi *B* 1; prim. regni *A* 2; rogat indiciturque curia in prox. nat Dom. Mug. (!) cel. *A* 4.

1) *Cf. Apoc.* 22, 11. 2) *Boriwoio II. a.* 1100—1107. 3) *Leopaldo III. marchione Austriae, a.* 1095—1136, *patre auctoris.* 4) *Gerbergam nomine; cf. Meyer von Knonau l. c. V, p.* 102. 5) *Agnete; cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 10. 6) *Fridericus dux a.* 1105. *ante diem* 21. *Iulii mortuus est.* 7) *Haec apud Ekkeh. Otto non invenit. Cf. Meyer von Knonau l. c. V, p.* 241 *sqq. Gerhohus Reichersperg., De invest. Antichr. I,* 22, *Lib. de lite III, p.* 332, 5, *Ottonis Chronica usus esse videtur.* 8) presidio catholicorum principum deductus *Ekkeh. p.* 229, 30, *cf. p.* 228, 1: (rex) expeditionem contra Mogontiam movit, expulsum inibi pontificem restituturus. 9) *Hic Otto rerum seriem turbavit, epistolam imperatoris ad Philippum I. regem Franciae datam (supra p.* 319, *n.* 3) *cum iis, quae apud Ekkeh. invenerat, non bene coniungens. Nam curiam Maguntinam ante colloquium filii cum patre habitum (Confluentiae recte epistola modo dicta, Bingae perperam Ekkeh.) indictam esse Ekkeh. patremque nihil nisi, ut sibi illic audientia secure concederetur, petivisse et epistola et Ekkeh. recte tradunt.*

Ekk. 1105. Circa idem tempus Balduinus rex Aschalonem obsidione cinctam[a] tributariam fecit. Commisso etiam cum[b] Sarracenis prelio cum paucis, id est[c] IIII[or] milibus, divina magis quam humana virtute, uno principe eorum[d] capto, altero occiso, L milia fudit. At Alexius imperator perfidissimus iam diu conceptam corde[e] malitiam celare amplius non valens[1] cum Turcis, qui iam pene desperati erant[f], turpissime federatur eisque Niceam multo nostrorum sanguine acquisitam impiissime tradidit. Vide tempora periculosa[2], duobus imperatoribus, orientis videlicet[g] et occidentis, Deo contrariis.

Ekk. 1106. 1105. *Dec.* 25. XI.[g*] Anno ab incarnatione Domini M°C°VI° in nativitate[h] Domini maximus principum[i] conventus Moguntiae factus est, ubi supervenientes apostolicae sedis legati anathema a Romanis pontificibus in imperatorem factum manifeste[k] omnibus qui aderant promulgabant. Eapropter, dum ipse in quodam castro[3] positus ac custodiae mancipatus[4] audientiam peteret, principes seditionem vulgi timentes ei apud Inglinhaim[l] occurrunt ibique multis modis commonitum vel iuxta alios circumventum[5] ac coactum[6] insignia regni resignare[6] ac filio[5] mittere[7], XL°III°[8] regni sui post mortem patris, imperii[m] vero[n] . . .[o] anno, ad quod tamen *Frut.* 1084. potenter magis quam iuste a Guiberto capta Urbe sublimatus fuerat, persuadent[p]. Quae omnia utrum licite an secus[9] acta sint, nos non discernimus. Sunt tamen[q], qui credant ei ad probationem, non ad dampnationem hanc temptationem circa finem suum contigisse[10], affir-

a) cunctam *A* 1. 3. *B* 2, *corr.* cinctam *B* 2; cinxit et *B* 1; obs. cinctam *om.* *A* 4. b) cum *om.* *C* 3. 4. c) cum *add.* *C.* d) eorum *om.* *B* 2. e) eo24 de *A* 1. 2, *corr.* corde *A* 2; eo24 dē, dē *alio atram. in marg. suppl.* *A* 3; corde *om.* *A* 4. f) desperauerant *A* 2; cum Turcis iam desperatis fed. *A* 4. g) scilicet *A* 4. *B* 1. g*) X. *A* 1. 3; XI. *e corr.* *A* 4. h) *ita* *B* 1. *C* 2. 4; nat *A.* *C* 3; natale *B* 2; natali *Cusp., Ekk.* i) conv. princ. *A* 1—3; principibus Maguntiae congregatis *A* 4. k) manif. *om.* *C.* l) Ingelenheim *B* 1; Inglinheim *C (alio atram. mut.* Ingilnheim *C* 3*).* m) imp. *om.* *C* 4. n) v̊, *sequente usque ad finem versus spatio circiter* 8 *litterarum vacuo* *B* 1; ŭ *A* 1 *(ubi manus multo recentior superscr.* 5to*).* 2. 3 (ů *radendo mut.* II° [secundo]). *B* 2; sedo *A* 4; V° *C* 2. 4; vo *C* 3. o) *ita* *B* 1, *cf. n.* n; *lacuna non indicata A. B* 2. *C.* p) persuadět *A* 1; persuaderet *A* 3; persuadut *C* 2. q) tm (= tantum) *A* 1.

1) Alexius diu tectam suae perfidiae toxicatam rabiem evaginat *Ekkeh. a.* 1105, *p.* 230, 21. *Ad verba cf. supra VI,* 34, *p.* 303, *l.* 15. 2) *Ad verba cf. supra V,* 25, *p.* 253, *l.* 28; *ad sententiam cf. V,* 2, *p.* 231, *l.* 3 *sq.* 3) *Ekkeh. a.* 1105, *p.* 230, 7. 4) *Ekkeh. a.* 1105, *p.* 230, 12 *sq.*: vulgaris inde stulticia patrem a filio dolo captum et custodiae mancipatum . . diffamavit. 5) *Vide quae Ekkeh. a.* 1106, *p.* 231, 2—8. *habet.* 6) *Epist. imperatoris supra p.* 319, *n.* 3. *allata, l. c. p.* 245: Et quia firmius et stabilius videbatur eis esse, si propria manu cogerent me regnum et omnia regalia exfestucare; *infra p.* 323, *l.* 24 *sq.* 7) coronam *etc.* misi Moguntiam *epist. imp. l. c. p.* 244. 8) *Nescio, num hunc numerum Otto sibi finxerit ex Frutolfi verbis a.* 1057, *p.* 198, 5: Heinricus quartus . . . quando haec conscriptio facta est, anno 42. regnavit; *cf. Ekkeh. a.* 1106, *p.* 231, 10. 9) *P.* 286, *l.* 10. *et n.* 1. 10) *Similia supra VI,* 9, *p.* 271, *l.* 10. *de Karolo III. ex Reginone.*

mantque[a] ipsum elemosinis ac multis misericordiae operibus a Domino meruisse, ut excessus[b] eius[c] lascivaque[d] ex fastigio regni conversatio hoc[e] modo in presenti[f] puniretur[1]. Reversi ad filium optimates imperialia de- *Ekk.* 1106.
ferunt eumque primo a patre electum per inpositionem manus apostolicae sedis legatorum cunctorumque electione XC^{um}II^{um}[g] ab Augusto regem creant anno, ut dixi, dominicae incarnationis[h] M^{o}C^{o}VI°. 1106.

Hucusque tam ex Orosii quam[i] Eusebii et eorum, qui post ipsos usque ad nos scripserunt, libris lecta posuimus. Ceterum quae secuntur, quia recentis memoriae sunt, a probabilibus viris tradita vel a nobis ipsis[k] visa et audita ponemus.

XII.[l] Resignatis[m] ab imperatore regalibus, ipse iam ex rege opulentissimo ac potentissimo* — miserabile mortalibus relinquens exemplum[2] — egens factus ad inferiores partes Rheni in Belgas se contulit ibique a Coloniensibus non ut exul, sed ut rex regio apparatu susceptus est. Haec civitas in Belgica[n] Gallia super Rhenum posita omnibus Galliae[o] ac Germaniae urbibus, ex quo Treveris labi cepit, tam divitiis quam edificiis, magnitudine ac decore sui preferenda cognoscitur. Inde
4. Leodium digressus ab eisque[p] fastigio regali *susceptus omnibus se[q] fraude[r] circumventum, se ad reddenda regalia vi coactum, quibus potuit, in regno suo seu aliis regnis positis declamavit[3]. Extat[s] de hoc[t] inter ceteras

*) ac potentissimo *om. C. Albr.*

a) quia ferunt id eum lacrimis et elemosinis pro peccatorum purgatione a Deo expetiisse *pro* affirmantque — puniretur *(l. 4) A* 4. b) excelsus *A* 1. c) eis, -is *in loco raso B* 2. d) *ita A* 1. 3. *C* 2. *Albr., alio atram. mut.* lasciviaque *A* 3; lasciviaque *A* 2. *B. C* 3. 4, *alio atram. corr.* lascivaque *C* 3. e) h̄ (= haec) *A* 1. f) punir. in pres. *A* 3. g) XVC.ū. *A* 4; 91. *recte Ann. S. Trudp.* 1106; *cf. VII,* 17, *p.* 333, *l.* 16. h) incarnatione *fortasse corr. alio atram.* -nis *B* 2. i) q̃ (= quem) *B* 2. k) ipsis *om. A. B* 2. *C* 4. l) XI. *A* 1. 3; XXI. *corr.* XII. *A* 4; *capitula* 12—34. *integra exscripta sunt manu saec. XIII. medii in codice Hermanni Altahensis, nunc Vindobonensi bibl. palatinae* 413 *(Hist. eccl.* 29*), nobis signato B* 4. m) Designatis *A* 1—3 *(corr.* Res. *A* 3*).* n) Begica *B* 2; Beica *mut.* Begica *B* 4. o) Galliae *om. C* 4, *in marg. manu coaeva suppl. C* 3. p) -que *om. B* 1; et ab eis *Albr.* q) s; (= sed) *B* 2. r) frude *A* 1. s) Errat *A* 1—3, *post corr.* Extat *A* 1. 2, *mut. alia fortasse manu* Narrat *A* 3; Erat *A* 4. t) h̄ (= haec) *A* 1. 2.

1) *Cf. ea, quae supra V,* 7, *p.* 239. *de Mauricio imperatore leguntur.* 2) 1. *Petr.* 2, 21: Vobis relinquens exemplum; *cf.* 2. *Mach.* 6, 28. 3) *Vide epistolas Heinrici IV.* 1. *ad archiepiscopos et ceteros Saxoniae principes et* 2. *ad archiepiscopos, episcopos, duces, comites ceterosque regni principes, MG. LL. Constit. I, p.* 130 *sq., nr.* 78 *sq.;* 3. *epistolam eiusdem ad Hugonem abbatem Cluniacensem apud D'Achery, Spicilegium, ed. secunda, t. III, p.* 440 *sqq.;* 4. *ad Heinricum V. filium, MG. LL. Constit. I, p.* 128 *sq., nr.* 77.

1106. eius epistolas ad regem[1] Celticae[2], qui Francorum dicitur, seu* Aquitaniae ducem[3] epistola missa, quae miseriarum eius tragediam[4] continens saxeas quoque mentes ad mutabilium rerum erumpnas contemplandas ac deplorandas emollire posset, quae[a] sic incipit[5]: *Princeps karissime*[b] *et omnium, in quibus post*[c] *Deum speramus, amicorum nostrorum fidissime*[d], *primum et precipuum vos*[e] *inter omnes excepi*[f], *cui conqueri et deplorare calamitates et*[g] *omnes miserias meas necessarium duxi et etiam genibus vestris advolvi, si liceret salva*[h] *maiestate*[i] *imperii*[6].

Filius itaque iam rex[k] collecto milite patrem subsequens circa Mosam consedit. Ubi a[l] Heinrico duce Belgarum aliisque patris sui fidelibus super pontem
(*Mart.* 22). Mosae in loco qui Guegesaz[m] dicitur[7] bello[n] temptatus cedere compellitur. Non multo post ipso ad superiores Rheni partes redeunte ac rursus[o] militem instaurante
(*Aug.* 7). pater Leodii moritur. Sicque intestino hoc malo terminato pacis negotia tractantur.

XIII.[o*] Heinricus V[us p] patre mortuo libere regnans Coloniam Agrippinam obsidione cingit eamque tandem multae pecuniae pactione accepta ad deditionem coegit, omnibusque[q] in Gallia seu Germania rite compositis episcopos[r] etiam, qui in scismate[s] propriis sedibus pulsi fuerant, restituit. Inter quos venerabilis Iuvaviensis[t] ecclesiae archiepiscopus Conradus, qui hactenus in ecclesia Dei[u] florere fructuoso labore noscitur[v·8], ad sedem,

*) seu Aquitaniae ducem *om. C.*

a) Qui *A* 1—3. b) clarissime *Jaffé, Sigeb.* c) sper. post Deum *A* 2. d) fidelissime *B* 4. *Jaffé, Sigeb.* e) *ita B* 1. *Jaffé;* inter uos omnes *A* 1. 3. 4. *B* 2. 4; inter nos omnes *A* 2; inter omnes nos *C* 2; inter omnes vos *C* 3. 4. *Sigeb.* f) accepti conq. (cui *om.*) *C* 2. g) et *om. C* 2. h) salva *om. C, supra lineam suppl. A* 4. i) maiestati *C* 3. 4. k) factus *add. Cusp.* l) ab *C* 2. m) Gnegesaz *B* 4; guegesaz *C* 2; suegesat *C* 3; Gwesegat *C* 4; Guegesar *Cusp.;* Wisatum *Albr.* n) bello *om. C.* o) rursum *A* 1—3; ac rursus *om. A* 4, *ubi* militemque. o*) XII. *A* 1. 3; XXII. *corr.* XIII. *A* 4. p) IIII9 *C* 3. 4. q) -que *om. A* 2; et iam in Gallia seu Germ. omnibus *A* 4. r) episcopis *C (corr. alia manu* -os *C* 3*).* s) scimate *A* 1—3 *(corr. alio atram.* scismate *A* 3*).* t) Iuuauensis *A* 1. 2. 4. *B* 4; Iuuensis *B* 2. u) Dei *om. A* 2. 4. v) cognoscitur *A* 2; floruit fruct. lab., *omisso* noscitur, *A* 4.

1) Philippum *recte Sigebertus a.* 1106, *SS. VI, p.* 369, 30; *cf. infra n.* 5. 2) *Cf. supra VI,* 30 *fin.* 3) *Wilhelmum IX, consobrinum suum. Id Otto solus, quod sciam, tradidit.* 4) *Cf. p.* 297, *l.* 11. *et n.* 4. 5) *Servatur cum alibi tum apud Sigebertum a.* 1106. *et in Codice Udalrici, Jaffé, Bibl. rerum German. V, p.* 241 *sqq., nr.* 129. 6) *Lucan. Phars. VII, v.* 378 *sq.:* Imperii salva si maiestate liceret, Volverer ante pedes. 7) *Cf. Ekkeh. Chron. a.* 1106, *SS. VI, p.* 235. 8) *Sedit a.* 1106. *Ian.* 7. *(consecratus Oct.* 21.*)* — 1147. *Obiit a.* 1147. *April.* 9 *(vel* 8*).*

quam post mortem felicis memoriae martyris Themonis[a·1] 1106.
Berhtoldus[b] quidam concessione senioris*·[2] invaserat,
missus est.

Eo tempore Colomannus[c] Ungarorum rex fratrem
5 suum Almum de consortio regni suspectum habens per-
sequitur. Qui profugus ad regem Heinricum veniens 1108.
iniuriamque suam deplorans[3] auxilium eius impetrat.
Itaque condicta rex expeditione Ungaros bello petit, sed
castro quod Bosan[d·4] vocatur inconsulte se occupans
10 parum proficere potuit, sicque infecto negotio[5] ad pro-
pria rediit[e].

XIIII.[f] Anno abhinc tercio ex omnibus regni visce- 1110.
ribus infinito contracto exercitu Romam iturus[6] per
montem Iovis Pyreneum transit ac in plano Italiae re- (Aug./Sept.).
15 sidens iuxta Padum[g·7] militem recensuit. In comitatu
eius XXX[a] milia equitum electorum, exceptis his qui
ex Italia ad eum confluxerant, tantumque castrorum
ambitum, qui adhuc superstites sunt, fuisse tradunt, ut[h]
visu vix penetrari potuisset[i]. In plano ergo Italiae
20 castra metantes, unusquisque militum ante papilionem[k]
suum noctu[l] lumen accendit[m]. Quod ad humanae osten-
tationem[n] gloriae factum quantum spectaculum indigenis

*) *A* 2 *manu fortasse paulo posteriore supra lineam et A* 3 *manu coaeva versu exeunte in marg. add.:* Heinrici, *quod Albr. in*
25 *textu habet.*

a) Tyemonis *A* 4; Thyemonis *B* 4. b) *ita A* 4. *B* 1. 4; Bertholdus *A* 2. 3; Bertoldus *A* 1; Bertaldus *B* 2. 3. *C* 2. 3; Berthaldus *C* 4; Berchtoldus, *et in marg.* al's Bertalfus *Cusp.* c) Folomannus *A* 2; Cholomannus *B* 4. d) *superscr. manu recentiore* posoniu *A* 1*a; superscr. manu recentiore* presbúrg *B* 2; *alia manu in marg.*
30 *add.* Bosonium *C* 4; Posoniū *in textu, et in marg. add.* al's Bosan *Cusp.;* castro quodam Bosan incons. *B* 1. e) redit *B* 1. f) XIII. *A* 1. 3; XXIII. *corr.* XIIII. *A* 4. g) Phadum *B* 1. h) in *add. C* 3. i) potuissent *B* 2. 3. *C* 3, *corr.* potuisset *B* 2; vix penetraretur *A* 4. k) herhuttū *manu recentiore superscr. B* 2. l) noctu *om. A.* m) *ita A* 4. *B* 1. 2. 4. *Albr.;* accenderet *A* 1—3 *(A* 2 *add. versu exeunte eadem manu*
35 suum, *quod ante* acc. *ponendum esse litteris* b a *indicatur);* accenderit *B* 3; accenderunt *C.* n) sustentationem *B* 4.

1) *Cf. supra VII,* 7. *Thiemo obiit a.* 1101, *mense, ut videtur, Augusto vel Septembri (Sept.* 28*?). Sed Bertoldus iam a.* 1085. *Maio pro Gebehardo Hildebrandino constitutus erat, neque multum Thiemo, qui*
40 *Gebehardo successit, contra eum potuit; Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III*[3], *p.* 863. 2) *Scilicet Heinrici IV. imperatoris.* 3) miserias suas deplorans *Ekkeh. Chron.* 1108, *SS. VI, p.* 242; *cf. infra VII,* 26, *p.* 351. 4) *Ubi a.* 1108. *Sept.* 29. *diploma dedit, Stumpf nr.* 3032. *Cf. Gesta Frid. I,* 31. 5) *Eadem verba Ekkeh. Chron. C,*
45 *SS. VI, p.* 242. 6) *Ea quae de Heinrici V. itinere Romano Otto tradidit, aliquo modo cum Davidis Scoti relatione cohaerere H. Guleke in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, p.* 412 *sqq. contendit, sed non evicit; cf. D. Schäfer, in 'Historische Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet'* (1886) *p.* 153 *sq.* 7) *Apud Roncaliam.*

1110. in tam amplo ambitu prebuerit, dicere non oportet. Inde castra movens Appenninum transcendit[a] oppidumque quod Pons-Tremulus vocatur, natura locorum ac altissimis turribus[b] munitissimum[c], transitum prohibens, expugnavit et cepit. Post haec per Tusciam iter agens Ariciam[1] in robore menium[d] ac altitudine turrium confidentem[2], eo quod cives eius urbis ecclesiam[e] sancti Donati extra muros, ne sedes episcopalis ibi haberetur,
(Dec.). destruxissent, ad solum usque prostravit[3]. Verum No-
(Sept./Oct.). variam Liguriae civitatem, dum per Longobardiam pergeret, ceperat ac igne cremaverat[f]. Multis ergo tam in ulteriore quam citeriore Italia, quae modo Longobardia et Tuscia vocantur[g·4], fortiter gestis ad Urbem usque[h] progreditur. Ibi a Paschali[i] papa cum clero et populo Romano in urbe Leonina ante[k] fores beati Petri cum crucibus ac[l] thuribulis aliisque ecclesiasticis seu forensibus ornamentis stante et adventum eius prestolante cum maximo tripudio suscipitur. Ipse autem prefatum pontificem consilio quorundam sceleratorum, cum
1111. magna tamen[m] reverentia, captivavit ac Ulrico Aquile-
(Febr. 12). iensium patriarchae custodiendum[n] commisit. Sicque tumultu orto ac omnibus preciosis rebus ad decorem et regale fastigium expositis inmaniter distractis[o] in luctum versum est gaudium[5].

Occasio autem huius sceleris haec[p] fuit, quod rege Romam tendente inter ipsum[q] et papam conventio facta[6]

a) transcendens *C.* b) turris *B* 2. c) munitissimis *corr.* -tissimu *A* 2. d) menium *alia manu mut.* meniorum *C* 3, *quod Urstisius in textum recepit;* moeniorum *Albr.* e) s. Donati eccl. *B* 1. f) concremaverat *A* 2. *Albr.;* cremarat *B* 2. g) vocatur *Cusp., Albr. pessime.* h) usque *om. A* 4. *C* 2. i) Paschali *om. C* 3. k) ante — prestolante, cum *(l.* 17/18*) om. A* 4. l) et *A* 1—3. m) tm̄ (= tantum) *A* 1. 3; cum — reverentia *om. A* 4. n) costod. *B* 2. o) destructis *C.* p) haec *om. C* 4. q) epm̄ (= episcopum) *A* 1—3 *(signa radendi A* 1*).*

1) *Arezzo. W. Ibi rex a.* 1110. *Dec.* 27. *et a.* 1111. *Ian.* 19. *diplomata dedit, Stumpf nr.* 3044. 3045. 2) *Cf. Vegetius, Epit. rei milit. IV,* 17 *fin.:* hi, qui de murorum altitudine sperabant. 3) *Cf. Meyer von Knonau l. l. VI, p.* 135; *testimonium Ranucini de la Valle, Ub. Pasqui, 'Documenti per la storia della città di Arezzo nel medio evo' I (Florenz* 1897*), nr.* 389, *p.* 538: (castrum s. Donati) fuit destructum a civibus prius, et similiter destructum fuit episcopium istud . . . Sed et castrum et episcopium rehedificatum fuit auctoritate imperatoris Henrici tempore quo incendit Aretium *(cf. ibidem p.* 537. 553*), quod Pasqui l. c. et Meyer von Knonau VII, p.* 364. *perperam ad Heinricum IV. et a.* 1084. *referunt.* 4) *Cf. Ottonis Gesta Frid. II,* 13, *(ed. Waitz) p.* 92. *II,* 27, *p.* 105. 5) *Cf. ex. gr. Thren.* 5, 15; *Baruch* 4, 34; *Amos* 8, 10; *Iac.* 4, 9. 6) *In ecclesia S. Mariae in Turri Romae,* 1111. *Febr.* 4, *MG. LL. Constit. I, p.* 137 *sqq., nr.* 83—86; *Sutrii Febr.* 9. *iuramentis firmata, ib. nr.* 87 *sq.*

ac[a] obsidibus firmata narratur, ut scilicet rex investi- 1111.
255. turas[b] episcoporum remitteret, et papa ipsi[c] regalia eorum resignaret. Itaque dum Romam venisset ac a[d] pontifice promissa sibi persolvi exegisset[1], papa, eo quod
5 reclamantibus[e] episcopis[2] ea[f] quae petebantur adimplere non posset, tamquam nocens, cum per omnia esset innocens, custodiae mancipatur. Videns haec venerabilis Iuvaviensis[g] ecclesiae archiepiscopus Conradus, qui cum rege[h] venerat, zelo equitatis vicem Dei dolens[3] factum
10 hoc improbavit. Cui dum quidam ex ministris regis Heinricus cognomento Caput evaginato gladio[i] mortem interminaretur, tanquam pro iusticia mori optans iugulum prebuit, malens, si minas ille ad effectum perducere voluisset, temporalem[k] vitam finire quam tanti
15 piaculi scelus dissimulare[4]. Populus etiam Romanus cum infinita erumpens[l] multitudine Tyberim transeunt ac regem pene ex inproviso, multis de exercitu in Urbe sive in agro manentibus, ante gradus ecclesiae sancti Petri invadunt[5]. Rex ergo, ut erat armis experientissi-
20 mus, cum paucis, quos ibi habebat, in hostem ruit diutissimeque[m] ac[n] acerrime suis iam adventantibus[o] pugnans, occisis multis, ceteros in fugam vertit. Romani fuga[p] in ponte iuxta castrum Crescentii coartati Tyberi se committunt, pluresque aquis quam gladiis periisse[q] nar-
25 rantur. Rex tam crudeli facto perpetrato angustias portarum suspectas[r] habens muros Urbis[s] rupit egressusque[t] papam captivum[u] secum duxit[6]. Huius* maximi

*) Huius — hactenus *(p. 328, l. 9) om. C.*

a) ab *Cusp.;* facta est et *B* 1. b) investuras *corr. manu recentiore* investi-
30 turas *B* 2. c) ipsius *A.* d) a *om. B* 2. e) reclamtibus *B* 1. f) ea *om. C.* g) Ivuauiensi *A* 2; Iuuauensis *A* 4. *B* 2. 4. h) imperatore *C.* i) gladio *om. C* 2. k) teporalem *B* 2; *om. A* 4. l) mult. er. *A* 2; cum — multitudine *om. A* 4. m) -que *om. A* 2. n) ac *om. C.* o) advenientibus *B* 4. p) in ponte fuga *C.* q) *ita B* 1. 2. *Albr.;* perisse *A* 1—3. *B* 4. *C;* periere. Rex *A* 4. r) suspectas *A* 1. s) urbi *A* 2.
35 t) -que *om. B* 4. u) duxit *add. A* 3.

1) *Cf. Relatio caesarea prima, MG. LL. Constit. I, p.* 150 *sq., nr.* 100, *quae Ottoni fortasse nota fuit.* 2) *Cf. Gerhohi Reichersperg. De invest. Ant. I,* 25, *MG. Libelli de lite III, p.* 333. 3) 1. *Reg.* 22, 8: Non est, qui vicem meam doleat ex vobis; *cf. ib.* 23, 21.
40 4) *Aliter et fortasse rectius Gerhohus l. c. p.* 333 *sq.; quocum Vita Chuonradi c.* 9, *SS. XI, p.* 68, *in universum congruit, nisi quod haec cum iis, quae mense Aprili fiebant, commiscet.* 5) *Haec die sequente, qui est* 13. *Febr., facta esse Ekheh. David Scotum secutus tradit, SS. VI, p.* 244. 6) Post triduum Roma *secessisse regem Ekkeh. l. c.*
45 *p.* 245. *tradit.*

sceleris auctor fuisse dicitur Albertus[1], natione Lotharingus[2], qui postmodum[3] factus est Moguntinus[a] archiepiscopus, tunc vero regis cancellarius[4] et primus inter primos eius precordialis consiliarius[5]. Quem tamen[b] post reditum rex captivatum[c] et in carcere positum[6] diversis tormentis et incredibili famis inedia afflixit[7] ipsumque de amicissimo inimicissimum ac regni sui pestiferum hostem divino iudicio usque ad vitae terminum sensit. Sed haec[d] hactenus.

1111. Igitur* per aliquid[e] temporis sacrilego ausu tento summo pontifice, conventione facta[8], rex a civibus revocatur[9] ac extorto ab eo per[f] vim de investitura episcoporum privilegio[10] et sic dimisso Urbem ingreditur[g]. Tunc quasi penitentia ductus cives[11] ac pontificem mu-
(Apr. 13). neribus conciliat, ab eoque coronatus[h] favore[i] omnium[12] imperatoris et augusti nomen sortitur anno ab[k] incarnatione Domini M⁰C⁰XI⁰, anno vero regni eius post resignata a patre[l] inperialia V⁰. Hoc privilegium, quod a Romano pontifice minis extorsit, postmodum synodo

*) *In C ea quae sequuntur mutata:* Non multo post conventione facta a civibus revocatur dimissoque per condicionem summo pontifice ac extorto ab eo per vim de investitura episcoporum privilegio in Urbem regreditur. Tunc *etc. sicut supra l.* 14.

a) Moguntiae *A* (Mag. *A* 4). b) tm̄ (= tantum) *A* 1. c) captiuaū *A* 2. d) hoc *B* 2. e) aliqd̄ (aliquod) *A* 3; aliquod *Albr.*; aliquot *Cusp.*; aliquamdiu *pro* per al. temp. *A* 4. f) per vim *om. A* 2. g) regreditur *A* 4. *C.* h) coronatur *B* 4. i) fav. omnium *om. A* 4. k) ab *om. C* 2. l) inperialia a patre *A* 3. 4 (imp.).

1) *Cf. Cas. mon. Petrishus. III,* 43, *SS. XX, p.* 659, 5: cuius consilio et auxilio, ut tunc ferebatur, omnia illa mala egerat, quae Romae perpetraverat. 2) *Sigehardi comitis de Saarbrücken filius.* 3) *A.* 1109. *designatus investituram a.* 1111. *Aug.* 15, *consecrationem a.* 1115. *Dec.* 25. *accepit.* 4) *A.* 1106—1111, *dehinc archicancellarius.* 5) *Cf. Ekkeh. C a.* 1112, *SS. VI, p.* 245, 45; *Ann. Hildesheim. a.* 1112, *ed. Waitz p.* 62. 6) *A.* 1112—1115. 7) *Cf. Cas. mon. Petrishus. l. c.* 8) *Apud Pontem Mammeum, a.* 1111. *Apr.* 11, *MG. LL. Constit. I, p.* 142 *sqq., nr.* 91—95. 9) *Ita solus Otto perperam.* 10) *MG. LL. Constit. I, p.* 144 *sq., nr.* 96. 11) *Papam solum vel papam et clerum Ekkehardus, Ann. Patherbrunn., Donizo, Cosmas habent, sed post coronationem peractam.* 12) *Ita Ekkeh. a.* 1111, *SS. VI, p.* 245; *Cosmas, Chron. Boem. III,* 38; *cf. Ann. Patherbr., Relat. caesar. alt., MG. LL. Constit. I, p.* 152, *nr.* 101. *Sed vide Meyer von Knonau VI, p.* 173—175.

congregata episcoporum auctoritas tanquam pravilegium[a] reprobavit*.[1]. 1112. *(Mart. 23).*

XV.[a*] Imperator ab Urbe regressus ad Transalpina revertitur. Ergo non tantum finitimis[b], sed et[c] exteris[d] gentibus ob eius metum trepidantibus, cunctis ad imperium et voluntatem suam inclinatis, Belgas[e] ingressus Reginaldum[e*] comitem hostem iudicans** bello petiit. Quem in castro Barra in termino regni sito obsidione clausum ad ultimum cum[f] expugnato castro in deditionem accepit et captivum[g] abduxit[2]. Post haec Moguntiae regio apparatu coniuncta sibi filia Heinrici regis Anglorum Mahtilda[h] magnifice nuptias celebravit[3]. In*** ipsa nuptiarum sollempnitate Lotharius dux Saxonum nudis pedibus sago indutus coram omnibus ad pedes eius venit seque sibi tradidit. Tantus enim usque[i] ad id temporis timor omnes regni[k] principes invaserat, ut nullus rebellare auderet vel rebellans cum maximo dampno sui vel etiam vitae detrimento in gratiam eius non rediret. 1111. 1113. 1114. *(Ian. 7).*

Verum in hac curia, quia[l] pene omnes regni principes confluxerant[m.4], conspirationes fiunt[n], ac exhinc non solum occulta consilia, sed et[o] publica contra[p] eum machinamenta disponuntur. Hinc iterum miserum imperium, quod per paucos vix quieverat annos, scinditur[5]

*) *B* 4 *in marg. manu alia fortasse, sed coaeva add.:* M⁰C⁰XV. Ordo[q] Premonstratensis sumit inicium in dyocesi[r] Laudunensi per virum bonum et religiosum de regali stirpe Francorum nomine Norbertum, postea Madburgensem arciepiscopum, *typis excusa SS. XVII, p.* 365.

**) hostem iudicans *om. C.*

***) In ipsa — non rediret *(l.* 19*) om. C.*

a) p̃uilegium *A (corr.* p̃uil. *A* 2*). C* 3; p̄uil. *C* 2; p̃uil. *C* 4. a*) XIIII. *A* 1. 3; XXIIII. *corr.* XV. *A* 4. b) finitissimis *B* 2. c) et *om. C* 3. d) ceteris *A. B* 2. 4. e) Belgas *om. C* 4; Belgus *C* 2. e*) Reinaldum *B* 1; Reginardum *B* 4; Belg. intravit Reinaldumque *A* 4. f) eum *B* 2. g) in captivitatem, in *alia fortasse manu supra lin. C* 3. h) Mathilda *A* 2; Mahtilde *A* 4. *C* 3; Mahthilda *B* 1: Matilde *C* 2; Mathilde *C* 4. i) timor usque ad id temp. *A* 2. 4. k) regni *om. A* 1—3; omnes regni *om. A* 4. l) q̃ (= que) *B* 2. m) et *add. C* 2. n) fiunt *A* 1—3. o) et *om. B* 2. p) contra eum *om. A* 2. q) Ordo Prem. in. sumit *etiam infra c.* 15 *fin., p.* 331, *l.* 5, *manu coaeva add. B* 4. r) dyc̄. *B* 4.

1) *MG. LL. Constit. I, p.* 571 *sq., nr.* 399. 2) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 11. 3) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 12. 4) *Cf. Ekkeh. C, SS. VI, p.* 248. 5) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 12. *Similem sententiam Ekkeh. a.* 1116, *SS. VI,* 252, 8 *sq. habet.*

ac tam in Transalpinis quam* in Cisalpinis regionibus intra se colliditur. Hinc iam[a] publica bella cum multa[b] sanguinis effusione, tam presente imperatore quam in Italiam migrante[1] rerumque summam[c] sororiis suis[2] Conrado et Friderico committente[3], peraguntur. Sen-
1119. (Oct. 30). tentia quoque anathematis[d] a Calixto[4], qui Pascali[5] et Gelasio[6] successit, suadente Alberto Moguntino[e], Friderico Coloniensi, Conrado Iuvaviensi[f], in eum datur, iterumque[g] *scismate renovato totum imperium pertur- *p. 25
batur[7]. Ipse autem procinctum[h] contra Urbem movens[8]
1118. (Mart. 8). Burdinum[9] Hyspanum episcopum Romanae sedi violenter imposuit[10]. Qui non multo post apud Sutrium, recedente
1121. (Apr.). imperatore[11], a Romanis captus apud Clavam[i] custodiae mancipatur.

1117. (Ian. 3). Circa idem tempus terrae motus horribilis oppida**, templa, villas montesque plurimos, sicut[k] usque hodie in[l] valle Tridentina apparet, subvertit[12]. Ea quoque
1118. tempestate Stephanus Ungarorum rex, Colomanni[m.13] filius, cum magna multitudine fines regni clanculo invasit ac vastatis terminis manubias abduxit[14]. Quem illustris vir

*) quam in Cisalpinis *om. C.*

**) oppida, templa, villas *om. C, ubi* montes plur. *(l.* 16*).*

a) etiam *A* 1—3. *B* 2. 4; colliditur, magneque sanguinum effusiones tam *A* 4. b) magna *A* 1—3. *B* 2. 4. *Albr.* 1115. c) in *add. C* 3. d) excommunicationis *C.* e) Moguntio *A* 3; Maguntino *A* 4. *C;* Mogontino *B* 1. f) Iuuauensi *A* 4. *B* 2. 4; archiepiscopis *in marg. alia manu add. C* 3. g) -que *om. B* 4. h) contra Urbem proc. *C.* i) *ita A. B. C. Albr.* 1118; Cavam *Wilmans.* k) sic *B* 2. l) in *om. C* 2. m) Cholomanni *B* 4.

1) *Eadem fere verba in Ottonis Gest. Frid. I,* 12. 2) *Filiis Agnetis, quos ex priore marito Friderico de Stouphe duce Sueviae susceperat. Vide Gesta Frid. I,* 8. *[et* 9*]. W.* 3) *Cf. Cas. mon. Petrishus. III,* 43, *SS. XX, p.* 659: Friderico duci Suevorum, filio sororis suae, summam rerum commendavit et ipse *(sc. Heinricus V.)* in Italiam secessit. 4) *In concilio Remensi a.* 1119. *Oct.* 30. *Sed iam a.* 1118. *Apr.* 7. *Gelasius II. imperatorem excommunicaverat.* 5) *Paschalis II. obiit die* 21. *Ianuarii* 1118. *W.* 6) *Gelasius obiit a.* 1119. *Ian.* 29. 7) *Cf. Cas. mon. Petrishus. l. c.* 8) *Rerum seriem Otto turbavit. Imperator iam a.* 1116. *in Italiam ingressus est.* 9) *Bracarensem episcopum, qui nomen Gregorii VIII. adeptus est. W.* 10) *A.* 1118. *Mart.* 8. 11) *A.* 1118. *post Aug. Heinricus V. in Germaniam rediit.* 12) *Cf. praeter alios Ekkeh. Chron. a.* 1117, *l. l. p.* 252, 45; *Cas. mon. Petrishus. IV,* 2, *l. l. p.* 661; *imprimis vero Ann. Patherbr. (Hild., Ann. Saxo, Chron. reg. Col.) a.* 1117, *Scheffer-Boichorst p.* 133; *Meyer von Knonau VII, p.* 27, *n.* 2. 13) *Qui a.* 1114. *Febr.* 3. *diem obierat.* 14) *Ann. Mellic. a.* 1112, *SS. IX, p.* 501: Rex Ungarorum de terra

Leopaldus* marchio adiuncto sibi duce Boemorum[a.1] subsecutus usque ad claustra terrae progreditur, captoque ac succenso castro quod Ferreum[b] vocatur et cuncta in circuitu ferro igneque vastata terra sine dampno ad propria revertitur[2].

XVI.[c] Igitur Romano imperio[d] multis modis in se attrito imperator propter anathema deficere a se regnum videns patrisque metuens exemplum congregato iuxta Wormatiam[e] maximo principum conventu[3] investituram episcoporum legato apostolicae sedis Lamberto[f.4], qui postmodum summus pontifex factus Honorius est dictus[5], resignavit**, per eumque ab[g] anathematis vinculo absolutus[h] est[i.6]. Privilegium ergo de hoc ecclesiae scribitur[7], ac ipsi rursum, ut electi tam Cisalpini quam Transalpini non prius ordinentur episcopi, quam regalia de manu eius per sceptrum suscipiant[8], scripto confirmatur[9]. Hoc pro bono pacis sibi soli et non successoribus datum dicunt Romani. Exhinc ecclesia libertati ad plenum restituta[10] paceque ad integrum reformata in 1122. (Sept. 23).

*) *B* 2 *manu recentiore supra* Leopaldus *add.:* formosus *(linea perducta delet.), et item supra* marchio *add.:* Orientalis, id est Austrie, *et item in marg. add.:* Leopaldus largus *(linea perducta delet.)* pius sanctus.

**) *B* 4 *in marg. manu paulo recentiore add.:* quam Karolo Magno Adrianus I.[k] papa quondam indulserat[11].

a) *ita B* 1. 4. *C* (Bohem. *C* 4); Boemiorum *A. B* 2. b) *manu recentiore superscr.* eyserenstat *B* 2. c) XV. *A* 1. 3; XXV. *corr.* XVI. *A* 4; *nulla capitum distinctio C.* d) multis modis imperio *A* 2; Ig. imp. in se miserabiliter contrito *A* 4. e) Warm. *A* (exempl. habita Warmatię curia invest. *A* 4). f) Lamb. *om. C* 2. g) ab *om. C* 3. 4. h) est absol. *A* 2. i) anno Domini M°CXX. *alia manu in marg. add. B* 4. k) I. *supra lineam B* 4.

sua egressus manubias ac predam magnam de nostra provincia abduxit, *cf. Cod. Zwetl. nr.* 102. *ad a.* 1118, *ibidem.* 1) *Wladislao I, fratre Boriwoi II. supra VII,* 9, *p.* 321. *memorati, qui ducatum tenebat a.* 1109—1125. 2) *Cf. Ann. Mellic. a.* 1112, *l. c.* 3) *In loco campestri iuxta Rhenum, qui Lobwise dicebatur; cf. W. Giesebrecht, 'Geschichte der Deutschen Kaiserzeit' III*[5], *p.* 1239. 4) *Cardinali episcopo Ostiensi.* 5) *A.* 1124—1130. 6) *Cf. Ekkeh. Chron. a.* 1122, *l. l. p.* 259 *sq.* 7) *Exstat in tabulario Vaticano, editum MG. LL. Constit. I, p.* 159 *sq., nr.* 107; *phototypice depictum curantibus Th. Sickel et H. Bresslau in 'Mitteil. des Inst. f. Oesterreich. Geschichtsf.' t. VI.* 8) *De hoc loco vide quae disputavi 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' XXIX* (1908), *p.* 71 *sqq. Cf. Ottonis Gesta Frid. II,* 6. 9) *MG. LL. Constit. I, p.* 160 *sq., nr.* 108. 10) *Cf. supra VI,* 34, *p.* 302 *sq.* 11) *Vide decretum spurium, MG. LL. Constit. I, p.* 657 *sqq., nr.* 446.

Dan. 2, 35. magnum montem crevisse[1] sub Kalixto papa secundo invenitur. Unde de ipso Romae scriptum est:

Ecce Kalixtus, honor patriae, decus imperiale,
Burdinum[a] *nequam dampnat pacemque reformat.**

Post haec[b] imperator in Celticam cum exercitu
1124. profecturus[2] Metis usque progreditur. Ibi dum Vangiones a se defecisse ac palatium suum extra muros positum comperit destruxisse, iter reflectit[c·3] urbemque obsidione cinxit. Dum autem cives incaute quadam die erumperent et cum augusto pugnare cogitarent, a muris callide provocati, plurimis occisis ac paucis per fugam elapsis, ceteri capiuntur. Qui ad refrenandam aliorum insolentiam, alii naribus mutilati, alii luminibus orbati dimittuntur, et sic demum infinitae pactione[d] pecuniae[4] in gratiam imperatoris redierunt. Omnibus itaque bene compositis consilio generi[e·5] sui regis Anglorum totum regnum[f] vectigale facere volens[6] multum in se opti-

*) *B* 4 *(Hermannus Altahensis) post* reformat *eadem manu eodemque atramento in textu ipso immediate pergit:* Usque
Herbord. III, 35. ad hec tempora investituras ecclesiarum imperatores dare solebant, et quociens episcopus vel regalis abbas decedebat, id moris erat, ut ecclesia illa baculum et anulum transmittens imperatori de curia sibi postularet episcopum vel abbatem. Unde multi nobiles et magni viri in regali curia degebant spe promotionis, vice cappellanorum imperatori obsequentes, donec Heinricus imperator V^us^ eandem in-
Otto Fris. VII, 16. vestituram episcoporum per Lambertum sedis apostolice legatum, qui postmodum summus pontifex factus Honorius II^us g^ est dictus, domino Kalixto pape liberaliter resignavit. Privilegium ergo de hoc ecclesie scribitur ac imperio e converso, videlicet ut electi a capitulis propriis non prius ordinentur episcopi vel abbates, quam de manu regis vel imperatoris regalia per sceptrum accipiant. *Ibidem*
A. Mell. 1121. *B* 4 *alia manu in marg. add.:* MCXXI. Ŏdalricus Patav(iensis) episcopus obiit, cui Reginmarus successit, *typis excusa SS. XVII, p.* 365.

a) Burdvnum *A* 2; *eandem formam habent Ann. S. Trudp.* 1122. *loco ex Ottonis c.* 15. *petito.* b) hunc *B* 2. c) reflexit *A. B* 2. 4. *C* 4. *Albr.* 1124. d) peccunie pact. *C* 3. 4. e) generis *B* 1. 2. *C* 4, *radendo corr.* generi *B* 2. f) totam terram *A* 2. g) II[9] *supra lineam B* 4.

1) *Cf. supra VI,* 36, *p.* 305, *l.* 23. 2) *A.* 1124. *W.* 3) *Aug.* 14, *Sigeberti Auct. Laudun., SS. VI, p.* 445. 4) quinque milibus talentorum *Ekkeh.;* bina marcarum milia *Ann. Patherbr.* 5) *Potius soceri, scilicet Heinrici I, cuius filiam Mathildem in matrimonium duxerat. W.* 6) *Cf. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgesch.' t. VIII, p.* 399 *sq.; Ann. Rod.* 1114, *SS. XVI, p.* 698; *Ann. Pegav.* 1115, *ib. p.* 251.

matum odium contraxit. Huius rei gratia dum in- 1125.
feriores[a] Rheni partes[1] circuire parat, in Traiecto[b] Fresiae urbe morbo correptus XVIIII[0] regni anno, imperii vero XIIII[0] diem ultimum clausit ac per Coloniam *(Maii 23).*
5 Agrippinam deportatus in civitate Galliae Spyra iuxta patrem, avum[b*], proavum, imperatores[c], cultu[d] regio sepelitur[2].

XVII.[d*] Anno ab incarnatione Domini M[0]C[0]XXV[0] defuncto absque herede Heinrico V[0e] principes Mogun-
10 tiae conveniunt, ibique habito de successore consilio *(Aug. 24).*
IIII[or] regni optimates[f], Lotharius dux Saxonum, Fridericus dux Suevorum, Leopaldus marchio Orientalis, Karolus comes Flandriae[3], ad regnum designantur[4]. Tandem Lotharius, natione Saxo, patre Gebehardo[5], *(Aug. 30).*
15 voto omnium[6] renitens valde ac[g] reclamans[7] ad regnum tractus sub presentia sedis apostolicae legati[8] XC[us]II[us h] ab Augusto regnavit. Hic per omnia progeniem imperatoris Heinrici[h*] humiliavit[9], ut plane iusto[i] Dei iudicio, sicut[k] in libro Regnorum[l] habes[m], ex peccatis ac 3. *Reg.* 11, 39.
20 prevaricatione patrum semen ipsorum[n] affligi videretur[o].
*p. 257. Unde gravis dissensio *regni[9] in multos annos protracta plurimos in anima et corpore periclitari fecit. Predicti enim Fridericus et Conradus iuvenes, sororii Heinrici imperatoris, dum se viderent[p] opprimi[10], in quantum

25 a) inferioris *A* 1—3. b) intiecto *A* 1—3; *supra* t- *locus rasus B* 2. b*) Anū *A* 1; anum *A* 2. 4, *corr.* auum *A* 2. c) *ita B* 4. *C. Albr.;* imperatoris *A. B* 1. 2, *corr.* -res *B* 1. 2. d) culto *C* 3. 4, *corr.* cultu *C* 3. d*) XVI. *A* 3. *C;* XXVI. *corr.* XVII. *A* 4. e) 4[0] *C* 3; IIII[0] *C* 4. f) primates *A* 2. g) ad *manu recentiore corr.* ac *B* 2. h) XC.III[9] *C* 3. 4; *cf. VII,* 11, *p.* 323, *l.* 6. h*) H. *C.* i) Dei iud. iusto *A* 1. 3;
30 Dei iusto iud. *A* 2; Dei iud., *omissis* iusto . . sicut — habes *(l.* 19*) A* 4; iusto iud. Dei *C.* k) si ē, *manu recentiore superscr.* sicut *B* 2. l) Regum *Cusp., Albr.* 1127. m) habēs *corr.* habes *B* 2; hns *C* 2. n) eorum *A* 2; illud *A* 4. o) videtur *C* 2. 4; vid'r *C* 3. p) viderunt *B* 4; dum opprimerentur pro posse reniti *A* 4.

1) *Ubi Lotharii soror ex matre Gertrudis, vidua Florentii co-*
35 *mitis Hollandiae, inde ab anno* 1123. *seditionem concitaverat. W.* 2) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 15, *etiam ibidem I,* 10, *ubi de Heinrico IV. eadem fere, quae hic de Heinrico V, verba leguntur.* 3) *Cf. Passio Caroli auct. Gualberto c.* 4, *SS. XII, p.* 563. *Alibi comitis Flandriae ad regnum designati mentio non fit, neque recte Otto eum*
40 *Moguntiae una cum tribus aliis nominatum esse dicit.* 4) *A quadraginta scilicet electoribus, qui ex singulis provinciis desumpti erant; cf. Narrat. de electione Lotharii, SS. XII, p.* 530 *sqq., et Ordericum Vitalem, SS. XX, p.* 76. *W.* 5) *Comite de Supplinburg; cf. supra VI,* 34 *fin.* 6) a cunctis qui aderant principibus *rectius Otto, Gesta Frid. I,* 17.
45 7) renitens ac reclamans *Narr. de el., p.* 511, 15. 8) *Duo sedis apostolicae legati Gerhardus et Romanus electioni intererant. W.* 9) *Cf. Gesta Frid. I,* 17. *W.* 10) *Fridericus enim in curia Argentinensi habita circa finem a.* 1125. *vel circa initium insequentis iudicio principum pro-*

poterant, reniti conabantur. Ob quam causam a summo
1128. (Apr. 22). pontifice Honorio, qui Kalixto successerat[1], excommunicantur. Porro Conradus a fratre ac[a] quibusdam aliis
1127. (Dec. 18). rex creatus Pyreneum per iugum Septimi montis, qua Rhenus et Enus[b] fluvii oriuntur, transcendit. Ubi a Mediolanensibus, qui tunc Cumanum[c] bellum[d] per X annos profligatione[e] populi utriusque civitatis miserrime protractum capta ac deleta urbe prospere consummarunt[f·2], honorifice suscipitur[g], ac ab eorum archiepiscopo
1128. (Iun. 29). Anshelmo Modoyci, sede Italici regni, in regem ungitur. Pro his aliisque prefatus archiepiscopus a summo pontifice deponitur, et alter in locum eius subrogatur*·[3].

1130. (Febr. 13). XVIII.[g*] Non[h] multo post Honorio mortuo gravissimum scisma in ecclesia Dei oritur, Innocentio[4] canonice electo, sed Petro[5] Petri Leonis filio violentia[i] amicorum suorum, qui fortissimi in Urbe erant, favente sibi Rogerio Siculo, intruso[6]. Cui dum Innocentius resistere non valeret, Urbe[k] cedit[7] transcensisque Alpibus Gallias ingreditur. Ubi in regno Gallici regis in civitate
(Nov. 18). Alverniae apud Clarummontem concilium celebrans nuntios Lotharii regis, Conradum Iuvaviensem[l], Ekibertum[m] Monasteriensem episcopos[n·8], obvios habuit. Indeque profectus apud Leodium Belgicae urbem synodum

*) *B* 4 *eadem manu in marg. add.:* Honorius papa II^us obiit.

a) et *B* 4; a *corr. alia manu* ac *C* 3. b) eius *C* 2; *manu recentiore superscr.* In *B* 2. c) Gumanum *A*. d) bellum *om. C* 2. e) pro afflictione *A;* pro flagicione *C*. f) consumarunt *A* 1—3. *B* 2. *C* 3. g) suspitur *A* 2. g*) XVII. *A* 3. *C;* XXVII. *corr.* XVIII. *A* 4. h) Aon *A* 2. i) uiolenti *A* 2. k) in urbe *A* 1—3 (in *supra lin. A* 1); Cui cedens Innocentius Gallias ingreditur, *reliquis omissis A* 4. l) Iuuauensem *A* 1. 2. 4. *B* 2. 4. m) *ita B* 2—4. *C* (Ekyb. *C* 3); Ekebertum *B* 1. *Albr.;* Eribertum *A* 1. 3. 4; *discerni non potest A* 2. n) opos *A* 2.

scriptus est. W. Contra quem non multo post Goslariae expeditio ab omnibus collaudatur. 1) *A.* 1124. *Dec.* 15/16 *(consecratus Dec.* 21*).* 2) *A.* 1127. *Aug.* 27. *civitas Cumana a Mediolanensibus capta est. De discordia inter Cumanos et Mediolanenses a.* 1118. *exorta vide Landulfi de S. Paulo Hist. Med. c.* 47, *SS. XX, p.* 41; *Bernhardi, 'Lothar' p.* 199, *n.* 4. 3) *Anselmus archiepiscopus a.* 1129. *a Papiensi synodo excommunicatus, a.* 1135. *demum sub Innocentio papa II. depositus est, pro quo Robaldus Albensis episcopus sedem s. Ambrosii accepit a.* 1135. 4) *Antea Gregorio cardinali diacono S. Angeli. W.* 5) *Cardinali presbytero tituli S. Calixti, qui Anacletus II. dictus est.* 6) *E contra Innocentium fraude ac vi sedi apostolicae impositum, Petrum a maiore parte cardinalium canonice electum esse recte exposuit Bernhardi, 'Lothar' p.* 281 *sqq. Decretum electionis Anacleti in Codice Udalrici servatum nuper plenius quam Jaffé divulgavit A. Chroust in 'Mitteil. des Inst. f. Oesterreich. Geschichtsf.' XXVIII, p.* 348 *sq.* 7) *Post diem* 11. *Maii et ante* 20. *Iun.* 1130. 8) *Et abbatem Gorziensem, Mansi, Coll. concil. ampliss. XXI, col.* 437.

episcoporum convocans regem Lotharium ad defensionem 1131.
sanctae Romanae ęcclesiae invitavit. Qui nil cunctatus, *(Mart. fin.).*
exposito tamen prius[a] modeste, in quantum regnum amore[b] ęcclesiarum attenuatum, investituram earum[c] quanto sui[d] dispendio remiserit[1], auxilium Romanae[d*] ęcclesiae promittit. Reversoque in Italiam summo pontifice, sequente anno militem instaurat exercitumque, sed propter discordiam regni parvum[2], per vallem Tri- 1132.
dentinam in Italiam duxit, in multis locis[e] tam amore *(Sept.).*
Conradi quam respectu paucitatis suae ab incolis terrae subsannatus et despectus. Verum paulo[f] ante Conradus, qui a[g] Mediolanensibus rex constitutus fuerat, pene omnibus suis amissis, periculose ad patriam repedaverat[3]. Rex autem plus mente quam milite confidentiam gerens 1133.
ad Urbem usque progreditur, ibique, qualibus[h] potuit *(Apr. 30).*
cum paucis, strennue peractis, in ecclesia sancti Salvatoris, quae Constantiniana[i] dicitur, a summo pontifice Innocentio coronatus imperatoris et augusti adeptus est *(Iun. 4).*
nomen[4]. Nempe ęcclesiam beati Petri, ubi coronari mos erat imperatoribus, Petrus[k] eo tempore occupaverat*.

XVIIII.[l] Imperator ab Urbe rediens Germaniam ingreditur[5]. Non multo post generalem curiam Babin- 1135.
berg[m] circa mediam quadragesimam celebrans Fridericum *(Mart. 18).*
et Conradum[6] duces interventu Clarevallensis abbatis

*) *B* 4 *in marg. superiore f.* 146[a]. *eadem manu eodemque atram. add.:* Millesimo CXXXV. constructum et dedicatum 1135.
est monasterium in Reichenbach[7], *typis excusa SS. XVII, p.* 365.

a) prius *om. B* 1. b) eccl. amore *C.* c) *ita B* 1. *Albr.;* eorum *C;* ecclesiarum *A. B* 2—4. d) sibi *C.* d*) romonę *A* 1. e) locū *B* 1. f) paulo *om. A* 3; desp. sed Conr. *A* 4. g) a *om. A* 1—3. *B* 2. 4; qui mediolani *A* 4. h) qualibet *B* 1; qualib; *B* 4; qualiter *Albr.* i) Constantiniani *B* 1. k) petitus *A* 1. 3. 4. l) XVIII. *A* 3. *C* 2. 3; XXVIII. *corr.* XVIIII. *A* 4; *nulla cap. distinctio C* 4. m) *ita A* 1. *B* 2. *C* 2. 4; Babemberg *A* 2; Babinberch *A* 3; Babenberg *A* 4; Babenberch *B* 1; Babinbg *B* 4; Babinberc *C* 3.

1) *Cui postulationi Bernhardus abbas Clarevallensis restitit; cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 360, *n.* 20. 2) *Scilicet* 1500 *armatorum, S. Petri Erphesfurt. contin. Ekkeh. a.* 1132, *Monum. Erphesfurt. ed. O. Holder-Egger (SS. rerum German.) p.* 38. 3) *Quo tempore Conradus in Germaniam redierit, non constat.* 4) *Cf. Vita Norb. A, c.* 21, *SS. XII, p.* 702. 5) *A.* 1133. *Aug.* 23. *Frisingae moratus est, Stumpf nr.* 3284. 6) *Conradum non in curia Bambergensi, sed circa finem Sept. in Mulehusen in gratiam imperatoris rediisse recte monuit Wilmans b. m.* 7) *Ab Heinrico episcopo Ratisponensi, Iun.* 15, *Notae mon. Reichenb., SS. XV,* 2, *p.* 1079.

1135. Bernhardi[a·1] in gratiam recepit, ac ita renovata pace omnibusque[b] in Gallia[c] et Germania bene compositis expeditionem rursus[d] in Italiam edixit. Inde in Saxo-
(Aug. 15). niam divertens[2] Polanorum[e] ducem[3] cum multis muneribus obvium habuit[4]. Quem tamen non ante dignatus[f] est suo conspectui presentari, quam tributum XII annorum, hoc est D libras ad singulos annos, persolveret et de Pomeranis et Rugis hominium[g] sibi faceret subiectionemque perpetuam sacramento firmaret[h]. Regem
1134. quoque Datiae[5] in signum subiectionis ad decorem im-
(Apr. 15). perialis reverentiae gladium sibi sub corona deferre fecit[6] ac ab Ungarorum rege[7] terrore perculso multa et magnifica munera[i] suscepit[8].

1136. *Post haec exercitum, non ut prius parvum, sed *p. 9
(Aug./Sept.). copiosum et electum, per vallem Tridentinam secundo in Italiam duxit, habens secum Conradum, qui, ut supra dixi[9], a quibusdam rex creatus postmodum resipuerat, captisque in artis[k] locis fortissimis castellis cum quodam capitaneo, qui ei aditum viae claudere moliebatur[10], in plano Italiae iuxta Gardam castra posuit[11]. Quo in deditionem accepto ad Padum[l] usque progrediens Garistallium[m] cepit[12]. Ibi Mediolanenses ac Cremonenses diuturnum inter[n] se bellum habentes obvios habuit, discussaque utriusque[o] urbis causa Cremonenses a prin-

a) Bernandi *A* 1. 2; Bernardi *C* 4. b) -que *om. B* 2. c) gra (= gratia) *A* 3. d) rursum *A*. e) polanorum *mut. eodem atram.* polonorum *C* 3. f) suo dign. est *C* 3. 4. g) *ita B* 1. 4. *C* 4. *Albr.;* hoīv *A* 2; hominum *A* 1. 3. *B* 2. *C* 2, *corr.* hominium, *et manu recentiore superscr.* homagium *B* 2; dniu (= dominium) *A* 4; hoīm *alia manu mut.* hoīm *C* 3. h) confirmaret *A* 1—3. *B* 2. 4. i) dona *A* 3; mun. *om. C* 3. k) locis artis *A* 2. l) Phadum *B* 1. m) Garistallum *A*. *C* 2. n) in *B* 1. o) utr. *om. A* 2.

1) *Ad Vitam s. Bernardi l. IV. auct. Gaufrido, c. (3).* 14, *SS. XXVI, p.* 113, *remisit Wilmans b. m.* 2) *Ubi pascha (April.* 7) *Quedlinburg celebravit.* 3) *Boleslaum III. W.* 4) *In curia Merseburgensi d.* 15. *Augusti* 1135. *W.* 5) *Magnum Nicolai regis filium.* 6) *Haec in curia Halberstadensi die* 15. *April.* 1134. *facta sunt. W. In curia Merseburgensi a.* 1135. *Polonorum dux gladium ante imperatorem portavit.* 7) *Bela II, de quo vide infra p.* 342. 8) *A.* 1134. *Aprili, ut videtur, ineunte Petrus Albae civitatis episcopus, Belae regis legatus, imperatori dona quam plurima apud Altenburg obtulit. Sed etiam a.* 1135. *et in curia Magdeburgensi Maii* 26. *et in curia Merseburgensi Aug.* 15. *eiusdem regis legati aderant.* 9) *VII,* 17, *p.* 334. 10) *Vide Annal. Sax. a.* 1136. *W.* 11) secus Mintam fluvium *Ann. Saxo* 1136. *Cf. Stumpf nr.* 3331 *(a.* 1136. *Sept.* 25). 12) *Cf. Hist. Welf. Weingart. c.* 23.

cipibus Italiae hostes iudicantur[a] proscriptique discedunt[1]. 1136.
Quos imperator subsecutus territoria eorum ac villas seu castella destruxit. Indeque Papiam[b] veniens cives illos *(Nov. 10).*
pactione pecuniae in gratiam suscepit. Bononienses
5 quoque ac Emilienses, qui eum priori expeditione despexerant, supplices ac multum servitium offerentes ultro occurrunt[2]. Post usque ad Taurinum progrediens[3] *(Nov.).*
totam citeriorem Italiam[c] in provinciam redegit. Inde 1137.
Appenninum[d] transiens[4] ac interiorem Italiam perlu-
10 strans[e] Anconam, Spoletum[5] cum aliis urbibus seu castellis in deditionem accepit[6]. Dehinc contra Rogerium aciem dirigens Campaniam et Apuliam peragravit[7]. Porro Heinricus Noricorum dux, gener[f] regis, per Tusciam exercitum ducens[8] summo pontifici usque ad impera-
15 torem conductum prebuit[9]. Augustus vero tam fortia in Apulia ac Campania gessit, ut nullus ex Francorum regibus a Karolo Magno usque ad id temporis tanta ibi fecisse inveniatur. Denique non solum civitates, utpote Capuam, Troiam[10], Salernum[11], Barletum[g.12], Barram[13],
20 cepit, verum etiam munitissima castra et arces inaccessibiles expugnavit[14]. At Heinricus dux cum milicia[h] Baioariorum Beneventum cepit ac papae restituit. Nam *(Maii 23).*
apud Albam suburbia civitatis sibi resistere nitentis[i] ante expugnaverat ac destruxerat[15].

25 a) indicantur *B* 1. b) Papiam *om. A* 1—3 *(manu s. XVI. suppl. A* 1*)*; destruxit postq; cives *A* 4. c) perlustrans *add. Cusp.* d) *manu recentiore superscr.* partn̄ pirg *B* 2. e) progrediens *C.* f) regis gener *C.* g) Barbetum *A.* h) multa *B* 1. i) nitentes *A* 2. *C* 2; resistentia cepit expugnataque destruxerat *(mut.* destruxit*) A* 4.

30 1) Ad nutum imperatoris *etiam ab archiepiscopo Mediolanensi excommunicati, quia captivos Mediolanensium imperatori non reddiderunt, Land. de S. Solo, Hist. Mediol. c.* 64, *SS. XX, p.* 47. 2) *Haec ineunte anno* 1137. *facta esse videntur; cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 670 *sqq. Neque vero sine ulla caede Bononia aliaeque Aemiliae civi-*
35 *tates Lothario se dediderunt; cf. Ann. Saxo* 1137. 3) *Terram Amedei III. comitis Mauriennensis sibi subiciens; Ann. Saxo* 1136. 4) *Errat Otto.* 5) *Cf. Falco Benev. a.* 1136, *Muratori, SS. rerum Ital. V, p.* 120. 6) *Cf. Ann. Saxo a.* 1137. *Pascha (April.* 11*) imperator in civitate Fermo celebravit.* 7) *Ineunte mense Maio* 1137. *W.*
40 8) *Mensibus Februario et Martio* 1137. 9) *Pentecosten (Maii* 30*) imperator et papa apud Barum simul celebraverunt.* 10) *Capua et Troia civitates non a Lothario, sed ab Heinrico duce captae sunt.* 11) *Salernum demum mense Augusto capta est. W.* 12) *Oppidum ipsum captum non est. Cf. Ann. Saxo a.* 1137, *SS. VI, p.* 773, 5.
45 13) *Quod infra VII,* 20, *p.* 338, *l.* 15 *sqq. pluribus narratur.* 14) *Cf. Ann. Saxo a.* 1137. 15) *Ineunte, ut videtur, mense Maio.*

1137. XX.[a] Morante in Apulia imperatore Rogerius, cum eum auri[a*] et argenti multo[b] pondere adtemptatum flectere non potuisset[1], exercitum longe copiosiorem congregat seque publico bello[2] conflicturum cum eo denuntiat[3]. Imperator ergo[c], ut erat armis strennuissimus et inperterritus, militem instaurat, aciem ordinat, eosque respectu genuinae[d] fortitudinis ac innatae hostium ignaviae nulla inimicorum multitudine frangendos denuntians, presertim cum in[e] extera et remota[f] regione positi ad patriam fugere nequeant ac contra tyrannum non solum regni, sed et[g] ecclesiae hostem et excommunicatum[4] iuste arma sumpserint[h], ad bellum[i] confortat. Cumque in occursum eius procederet, fractus animo Rogerius fugit ac ad montana se contulit[5]. Im-
(*Maii* 30). perator vero, occurrente sibi summo pontifice Innocentio[6], Barram usque progreditur. Ibique a civibus cum magno gaudio susceptus castrum quoddam[k] ibi positum, ubi pre-
(*Iun. ex.*) sidia Rogerii erant[l], artificiose valde expugnavit, militesque ibi repertos et precipue Sarracenos[7] patibulo suspendit[8]. Itaque augustus, eiecto de Campania ac[m] Apulia Rogerio, dum eum in Calabria[n] quoque seu Sycilia persequi intentat, a suis, qui iam[o] longo tempore extra patriam morati uxores, liberos et amicos visere cogita-
(*Iul. in.*). bant, revocatur[9]. Rogerio ergo hoste iudicato Reginaldo[p] viro forti ac nobili[10] ducatus Apuliae relicta sibi parte
(*Aug. ex.*). militum[11] traditur[12], et sic princeps[q] victor de reditu

a) XIX. *A* 3. *C* 2. 3; XX. *e corr. A* 4; 18. *C* 4. a*) auro et argento *A* 4. b) multo *om. C* 4; multo pond. adt. *om. A* 4. c) vero *A*. d) gemine *B* 1; germine *mut.* gemine *B* 2; genuine, *sed* -i- *erasum B* 4; gēne *C* 2. e) in *om. C*. f) reg. rem. *C*. g) etiam *A. Albr.*; et *om. B* 2 *et versu exeunte C* 2. h) sumerent *B* 1; sumpserit *C*. i) bella *A* 2. k) ibi quoddam *B* 4. l) f u e r a n t *B. C. Albr.* m) ac Ap. *om. A* 4. n) Galabria *A. B* 4. o) tam *A* 2. p) Reinaldo *B* 1. q) victor princ. *A* 3; princ. quoque reditum disponit ad patriam *A* 4.

1) *Cf. Ann. Saxo* 1137, *l. l. p.* 774, 10. 2) *Cf. p.* 304, *n.* 8. 3) *Haec et ea quae sequuntur rhetorice magis quam historice Otto posuit.* 4) *De hac prima Rogerii per Innocentium papam II. excommunicatione aliunde non constat. Sed Rogerius Anacleti II. fautor vel maximus quin iam ante concilium Lateranense a.* 1139. *ab Innocentio anathematis vinculo innodatus sit, dubitari non potest.* 5) *Imperator et Rogerius publico bello nunquam congressi sunt, neque id Otto hoc loco contendere mihi videtur. Cf. etiam Bernhardi, 'Lothar' p.* 717, *n.* 18. 6) *V. supra p.* 337, *n.* 9. *Lotharius iam ante papae adventum civitatem Barensem ingressus est.* 7) *De Sarracenis cf. 'Kaiserchronik' v.* 17149. 8) *Inter dies* 21. *et* 29. *mensis Iunii a.* 1137. 9) *Haec seditio mense Iulio ineunte castris super montana Melphiae positis orta esse videtur; cf. Ann. Saxo, p.* 774, 25. 10) *Rainulfo comiti de Alife, sororio Rogerii regis.* 11) 800 *Teutonicorum militum imperatore et papa hortantibus Rainulfus sibi adiunxit; Ann. Saxo, p.* 775, 5. 12) *Exeunte mense Augusto W., apud S. Severinum.*

disponit. Verum silentio preterire nolumus, quod in[a] 1137.
dando ducatu[b] inter ipsum et Romanum[c] pontificem
pene controversia orta fuit[d], utroque[e] ducatum Apuliae
sui fore iuris affirmante[1]. Quae lis consilio tandem hoc
5 modo decisa dicitur, ut in dando duci vexillo uterque
manum adhiberet[2].

Igitur Lotharius ex Italia rediens apud Tridentum[3]
morbo correptus in ipsis montibus[4], in vilissima casa[5]
259. imperator potentissimus, miseram humanae conditionis
10 relinquens *memoriam, XIII[0] regni sui, imperii vero VII[0][6] (Dec. 4).
anno, plenus dierum[7] obiit*, futurus, nisi morte[f] pre-
ventus foret, cuius virtute et industria corona[g] imperii
ad pristinam dignitatem reduceretur[8]. Regalia dux
Heinricus, gener eius, in cuius finibus obierat, accepit[9],
15 et ipse per Augustam ac orientalem Franciam[10] in Saxo-

*) anno diem obiit *C.* — *B* 4 *in marg. alio atram. add.:* VIII. Idus Dec., *et post hoc ea, quae in Auctario Ekkehardi Altahensi, SS. XVII, p.* 365, *ad a.* 1137. *typis excusa sunt:* Lotharius II[us] imperator obiit, *et alia manu:* Anno MCXXXVII.
20 Decesserunt etiam tunc Ludwicus Francorum et *Otto Fris. VII,* 21.
Heinricus Anglorum reges, Albertus Moguntinus, Bruno et Hugo Colonien(ses), Heinricus Frisingensis et Reginmarus Pataviensis[11] episcopi, cui Reginbertus successit.

25 a) in *erasum A* 1, *om. A* 3. 4. b) ducatus *A;* ducatū *B* 2. 4. c) summum *B* 1. d) fuerit *A* 2. 3. e) uīq; *A* 1. 2. f) morte *versu exeunte om. C* 2. g) et *add. C* 2.

1) *Cf. Romoaldi Ann., SS. XIX, p.* 422, *l.* 27 *sqq.* 2) *Romoald. l. c.:* apostolicus accepto vexillo a superiori parte, imperator ab inferiori
30 comitem Raidulfum de ducatu Apulie investierunt. *Cf. Ann. Saxo a.* 1137, *p.* 775, 1; *Falco Benev.* 1137, *l. c. p.* 122. 3) *Ubi festum s. Martini (Nov.* 11*) celebravit.* 4) *Eadem verba Gest. Frid. I,* 22. 5) *Apud Bredinam villam, Breitenwang inter Oenum et Licum. W.* 6) *Immo V[0].* 7) *Ann. S. Disibodi a.* 1075, *SS. XVII, p.* 7, *Lotharium paucis diebus*
35 *ante obitum patris sui Gebehardi (cf. supra VI,* 34 *fin.) natum esse asserunt. Cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 811. — *Gen.* 25, 8. 35, 29. *etc.:* plenus dierum. 8) *Cf. Gesta Frid. I,* 22; *Ann. Patherbr. a.* 1137, *Scheffer-Boichorst p.* 165 *(Ann. Saxo, Chron. regia Colon.); Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 342. 9) *Cf. Hist. Welf. Weing. c.* 24; *Epist.*
40 *princ. ad Conradum Salzburg. archiep., Jaffé, Bibl. rerum Germ. V, p.* 530. 10) *Ubi principes apud Wirzeburg eius adventum exspectabant; S. Petri Erphesf. cont. Ekk.* 1137, *Monum. Erphesf. p.* 44. 11) *A.* 1138. *Sept.* 30.

1137. niam ad monasterium Luter[a], quod ipse[b] construxerat[1],
(Dec. 31). deportatus honorifice sepelitur, [actusque* eius, ut nulla possent aboleri oblivione[c], in plumbeis laminis descripti iuxta eum reconduntur[2]].

XXI.[d] Circa illa tempora multi ex claris optimatibus mortem sui principis precesserunt et secuti sunt. Bruno Coloniensis archiepiscopus venerabilis et adprime
(Maii 29). eruditus in Apulia[3] decedens in ecclesia sancti Nycolai Barrae honorifice humatus est, eiusque successor Hugo[e]
(Iul. 1). infra duos[4] menses vita et sacerdotio functus item in Apulia apud Melpham quievit. Ex his vero, qui re-
(Iun. 23). manserant, Albertus Moguntinus vir ad seculum prudens
(Oct. 9). et potens locupletissimusque Heinricus Frisingensis[5] episcopi, abbas[f] Fuldensis[6], Leopaldus Orientalis marchio[7],
1136. vir[g] christianissimus ac** clericorum et pauperum
(Nov. 15). pater[8], cum aliis plurimis[h] nobilibus et illustribus viris[9]
1137. vivendi finem fecerunt. Rex etiam Francorum Lode-

*) actusque — reconduntur *(l. 4) om. B* 1. 2. 4, *sed manu saec. XIII, eadem qua Annales qui dicuntur Marbacenses exarati sunt, in margine addita B* 1 *(= C* 5*). De B* 3 *v. d. Engelhard nihil adnotavit; itaque dubium an ille haec verba habuerit.*

**) ac cler. et paup. pater *om. C.*

a) Liuter *B* 4; Luther *C.* b) ipse *om. A.* c) oblunone *A* 2; obliv. aboleri *C* 3. 4; ne ulla obliv. abolerentur *A* 4. d) XX. *A* 3. *C* 2. 3; XXI. *e corr. A* 4; 19. *C* 4. e) qui *add. C.* f) Arnulfus *add. Albr.* 1137. g) vir christ. ac *om. A* 4. h) plur. *hoc loco om., sed infra post* viris *add. A* 2.

1) quod in eius proprio fundo situm est *Gesta Frid. I,* 23. *Congregationem sanctimonialium canonicarum a Bernhardo comite de Haldensleben ibi institutam Lotharius et uxor sua a.* 1135. *in monachos regulae s. Benedicti commutaverunt; cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 571. 2) *Haec lamina plumbea a.* 1620. *sepulcro imperatoris aperto inventa hodie in museo Brunsvicensi servatur; Bernhardi, 'Lothar' p.* 789. 3) *Trani; Ann. Saxo a.* 1137, *p.* 773. 4) infra tricesimum diem *rectius Ann. Herbipol. a.* 1136, *SS. XVI, p.* 2; 27. die *Ann. Rodenses, SS. XVI, p.* 713. 5) *Cui a.* 1137. *Oct.* 9. *mortuo Otto noster successit.* 6) *Conradus abbas Fuldensis a Lothario imperatore a.* 1134. *constitutus, qui expeditioni in Apuliam interfuit, a. demum* 1140. *April.* 14. *mortuus est; cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 145. *Sed Volcmarus abbas Corbeiensis, qui imperatorem in hoc itinere secutus esse non videtur, a.* 1138. *Aug.* 2. *diem obiit; cf. Bernhardi l. c. p.* 74. 7) *Pater Ottonis nostri. W.* 8) *Cf. Contin. Claustroneob. I, SS. IX,* 610. 9) *Annis* 1137. *et* 1138. *ex. gr. Diethardus Osnabrugensis, Albero Basileensis, Meingotus Merseburgensis, Ludolfus et Lambertus Brandenburgenses, Reginmarus Pataviensis episcopi, Wolvoldus Admuntensis et Brun Lavantinus abbates, Hermannus Salzburgensis praepositus diem obierunt.*

wicus[1] et Anglorum Heinricus[2] et Remorum archi- 1135.
episcopus Reginaldus[a.3] comesque Pictaviensis Gau- 1138.
fridus[b.4] eodem tempore obierunt. Et exhinc Anglia, 1137.
terra hactenus habundantissima, tantis malis subiacere
5 cepit, quod multi ibidem fame et egestate attriti[5] vitam
etiam miserabiliter finisse[c] tradantur. Prefato enim rege
mortuo principes[d] Stephanum[6], sororis suae[7] filium, ex
Gallia invitaverunt ad regnum. Porro uxor comitis
Andegavensis[8] Mahtildis[e], quondam imperatoris Heinrici
10 quinti[f] coniux, illius vero Heinrici regis filia, hereditario
iure paternum regnum reposcens usque in presens illud
affligere non desistit, in* tantum quod in manus eius-
dem feminae predictus rex ante paucos annos incidens 1141.
captus sit[9]. Francia quoque occidentalis rege suo amisso
15 sub eius[g] filio Lodewico, qui adhuc superstes est, ob
ipsius ac Theobaldi Blesensis comitis[10] guerram tot predis[h] 1142—43.
et incendiis perpessa est discrimina, quod, nisi religio-
sorum[i], qui ibi morantur, meritis, orationibus et consilio
nuper pacata fuisset[11], usque ad internitionem deleta 1143. (Oct.)
20 putaretur.

At Pannonia non longe ante hoc tempus mortuo 1131.
rege suo Stephano, Cholomanni[k.12] filio, qui et ipse, dum
adviveret[l], cum Grecorum[m] imperatore diutinam dissen-
sionem habuerat, multis itidem incommodis oppressa

25 *) in tantum — captus sit *(l. 14) om. C.*

a) Reinaldus *A* 4. *B* 1. b) Guilelmus *Albr.* 1137. c) finiisse *B* 1. *Albr.* 1136; finsse *corr.* finisse *B* 2. d) Steph. princ. *A.* e) *ita A* 1. 3. *B* 1. *C* 3; Mathildis *A* 2. *B* 2 *(supra* t *littera* b *vel* h *erasa). C* 2. 4; Mahthildis *A* 4; Mæthildis *B* 4. f) quarti *C* 3. 4. g) illius *A. B* 2. h) predis *om. C* 3 *(ubi sequens* et *delet.);* pre-
30 diis *C* 2. i) religiosarum *A* 3. k) Colomanni *A* 4. *C.* l) *ita A* 1. 2. 4. *B* 2. 4. *C;* adhuc viveret *A* 3. *B* 1. *Albr.* 1135. m) imp. Grec. *A.*

1) *A.* 1137. *Aug.* 1. 2) *A.* 1135. *Dec.* 1. 3) *A.* 1138. *Ian.* 13. 4) *Qui et Wilhelmus VIII. (X. dux Aquitaniae), obiit a.* 1137. *April.* 9. 5) *Cf. Iob* 20, 10: Filii eius atterentur egestate. 6) *Comi-*
35 *tem Mortaniae et Bononiae, qui a.* 1135. *Dec.* 22. *in regem Angliae coronatus est.* 7) *Adelae, quae Stephano II. comiti Blesensi nupserat.* 8) *Gotfridi Plantagenet, Folconis V. comitis Andegavensis et Hierosolymorum regis filii.* 9) *Stephanus rex a.* 1141. *Febr.* 2. *apud Lincolniam ab hominibus imperatricis captus sequente mense Novembri e*
40 *custodia dimissus est. A.* 1154. *Oct.* 25. *mortuus secundum pactionem anno praecedente factam Heinricum II, Mathildis imperatricis ex secundo marito filium, successorem habuit.* 10) *IV. comes Blesensis, II. Campaniae* († 1152), *frater Stephani regis Angliae erat.* 11) *Apud S. Dionysium, maxime Bernhardo Clarevallensi et Sugerio S. Dionysii abbatibus*
45 *intervenientibus, a.* 1143. *Oct.* 12) *Qui a.* 1114. *obierat. W.*

1131. est. Substituto quippe in regno[1] Bela Almi[2] filio, a Colomanno[a] quondam pariter cum patre Almo luminibus orbato, Boricius, qui et ipse Colomanni[b], sed ex alia quam Stephanus matre, Rutenorum[c] seu Chyos[3] regis filia[4], natus dicebatur, regnum paternum requirit[d]·*. Proinde in Greciam transiens consanguineam[e] sibi imperatoris Kaloiohannis copulavit[5] ac post Poluniam[f] ingrediens ducem[6] terrae illius ad voluntatem suam inclinavit, sicque cum exercitu adiutorio[g] illius ex vocatione quorundam Ungarorum[h] comitum silvam[i], quae Polunios[k] et Ungaros seiungit, transiens Pannoniam in-
1132. greditur**. Verum Bela rex ascito sibi Alberto Leopaldi marchionis filio, qui eius sororem habebat[l], ac[m] quibusdam de regno nostro nobilibus Boricio occurrit. Ille vero audito[n] strepitu ac adhortantium voce ex linguae idiomate multitudinem Teutonicorum in acie fore co-
(Iul. 22). gnoscens, illorum[o] potius quam Ungarorum terrore perculsus, una cum Poluniorum[p] duce[q], amissis in fuga multis, terga vertit[7]. At in ipso[r] primo Ungarorum et

1136. *) *B* 4 *in marg. eadem manu eodemque atram. add.:* M⁰CXXXVI. Otto comes de Dizzen obiit[8].

1139. (Iun. 30). **) *B* 4 *in marg. superiore f.* 147*r*. *eadem manu eodemque atram. add.:* MCXXXVIIII⁰ Otto sanctus Babenbergensis[s] episcopus obiit, cui Engelbert[us][t·9] successit.

a) Cholomanno *B* 1. 4; Calomanno *C* 2. b) Cholomanni *A* 2. *B* 1. 4. c) Ruthenorum *B* 1. *C* 4. d) inquirit *B* 1. e) sibi imp. cons. *C*. f) *ita Wilmans;* Polimiam *A* 2—4. *B*. *C* 2. 4; Polimiam *vel* Poluniam *A* 1; Polimiam *alia manu mut.* Poloniam *C* 3; Poloniam *Cusp., Albr.* 1135. g) adiutori *A* 2. h) com. Ung. *C* 3. 4. i) silvas *A*. k) *ita Wilmans;* Polimios *A*. *B*. *C (mut. alia manu* Polonios *C* 3*);* Polonos *Cusp.;* Polinios *Albr.* 1135. l) habuerat *A*. m) a *A* 1—3; ac — nobilibus *(l.* 14*) om. A* 4. n) auditu *A* 4. *C* 3, *corr. alia manu* audito *C* 3. o) illiorum *A* 1. p) *ita Wilmans;* Polimiorum *A*. *B*. *C (alia manu mut.* Polonorum *C* 3*);* Polonorum *Cusp., Albr.* 1135. q) duce — Poluniorum *(p.* 343, *l.* 1*) om. C* 2. r) i- *corr. ex* p *A* 1; ppło *A* 2. s) bbongn. *B* 4. t) -9 *a bibliopego abscisum B* 4.

1) *A*. 1131. *W*. 2) *Fratris Colomanni regis; cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 529 *sq.* 3) *Kiew.* 4) *Predslava, filia Swjätopolki II; 'Chronique dite de Nestor, traduite par L. Leger', Paris* 1884, *p.* 220. 5) *Cf. Ioh. Cinnam. Hist. III,* 11; *Odonis de Deogilo Lib. de via s. sepulchri II, SS. XXVI, p.* 62 *sq.* 6) *Boleslaum III. W.* 7) *Cf. Canon. Wissegr. Contin. Cosmae* 1132, *SS. IX, p.* 138, 25. *Ubi etsi de Teutonicorum auxilio nihil invenitur, tamen de eodem congressu referri negari non poterit. Itaque perperam de iterata Polonorum in Ungariam incursione a.* 1133. *a plurimis cogitari mihi videtur, quam omnino non factam esse puto. Cf. I. von Hannenheim, 'Ungarn unter Bela II. und Geisa II. in seinen Beziehungen zu Deutschland', Dissert. Ien.* 1884, *p.* 8 *sq.* 8) *Otto IV. de Wolfratshausen in obsidione Papiae a.* 1136. *Nov.* 10. *interiit; E. Frhr. Oefele, 'Geschichte der Grafen von Andechs', Innsbr.* 1877, *p.* 27. 90 *sq.* 9) *Alibi Egilbertus.*

Poluniorum[a] congressu, antequam Teutonici superveni- 1132.
rent, ex utraque parte cesis plurimis quidam ex illis, qui ex parte Belae aderant, sed hostibus suos perfide tradiderant, iusto iudicio fraudis suae penas solventes occubuerunt.

Haec mala nostris diebus[b] in[c] vicinis regnis pullulare cognoscimus, quanta vero ex[d] remotis et transmarinis regnis in dies audiamus, pro fastidio vitando ad
. 260. presens subprimimus[1]. Tanta enim sunt, quod, nisi sanctorum, quorum per Dei gratiam *magna nunc copia est, meritis et suffragiis staret mundus, in brevi omnino eum periturum timere cogeremur[2].

XXII.[e] Anno[f] ab incarnatione Domini M⁰C⁰XXX⁰VIII⁰[g] 1138.
defuncto in autumpno sine filiis imperatore Lothario conventus generalis principum Moguntiae in proximo pentecosten[h] condicitur[i]. Quidam autem ex principibus[3] *Maii 22.*
timentes, ne forte in generali curia Heinricus dux[k], qui tunc precipui et[l] nominis et dignitatis in regno fuit[4], per potentiam prevaleret, circa mediam quadragesimam consilio habito in oppido Galliae[m] Confluentia conventum celebrant. Ibique Conradum imperatoris Heinrici sororium[n], de quo supra diximus[5], presente Theodewino episcopo cardinali[6] ac sanctae Romanae[o] ecclesiae legato, summi pontificis ac tocius Romani populi urbiumque Italiae assensum promittente[7], XC^umIII^um[p] ab Augusto *(Mart. 7).*
regem creant. Qui mox ad palatium Aquis[q] veniens a predicto cardinale[r] — nam Coloniensis[s], qui id iure[t] facere debuerat, noviter intronizatus pallio carebat[8] —

a) *ita scripsi;* Polimiorum *A. B. C (alia manu mut.* Polonorum *C 3);* Polonorum *Cusp., Albr.* 1135. b) temporibus *B* 4. c) in *om. B* 4. d) ex *om. A* 2. e) XXI. *A* 3. *C* 2. 3; 20. *C* 4. f) Anno — condicitur *(l.* 16*) habet C* 1. g) M⁰XXX⁰VIII⁰ *A* 1. h) pentecostes *A* 2; pentecos̄ *mut.* pentecos̄ *C* 1; pentecosī *C* 2—4; Pentecoste *Cusp.* i) indicitur *C* 4. k) Noricorum *versu exeunte alia manu add. C* 3, *quod in textum recepit Urst.* l) et *om. A* 2. 4. m) Galliae *om. A.* n) sorium *B* 1. o) eccl. Rom. *C* 3. 4. p) XCIIII^m, ^m *alia manu C* 3; XCIIII⁹ *C* 4. q) aquisgrani *A* 4. r) cardinali *A* 4. *B* 1. s) mogontiensis, mogonti- *subfusco atram. partim in loco raso partim versu exeunte in marg. scriptum A* 3; Colon. *(ut A* 3* *habet) eraso alia, ut videtur, manu* Maguntinus *suppl. B* 4. t) iure *om. A.*

1) *Vide infra VII,* 28. 30. 33. 2) *Cf. infra VII,* 34, *p.* 368, *l.* 17 *sq.* 3) *Id est Arnoldus et Albero archiepiscopi Coloniensis et Trevirensis, Bucco ep. Wormatiensis et Fridericus dux Sueviae. W. Cf. etiam Gesta Frid. I,* 23. 4) *Ipse enim, favente imperatore Lothario, Saxoniae ducatum et Tusciam Baioariae iunxerat. W.* 5) *VII,* 17—19. 6) *Portuensi et S. Rufinae episcopo.* 7) *Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 15 *sq., n.* 25. 26. 8) *Inter dies* 4. *et* 14. *Febr. a.* 1138. *Arnoldus I. in archiepiscopum Coloniensem electus est; R. Knipping, 'Regesten der Erzbischöfe von Köln' II, p.* 55, *n.* 348.

1138. (Mart. 13). cooperantibus Coloniense, Treverense archiepiscopis cum ceteris episcopis in regem ungitur*. Proximum dehinc
Apr. 3. pascha Coloniae celebrans Mogontiam, quae tunc forte
(Apr. 17-22). pastore carebat, adiit ibique Albertum, prioris Alberti fratruelem[1], per electionem cleri ac populi archiepiscopum constituit[2]. At Saxones et dux Heinricus aliique, qui electioni non interfuerant[3], regem non legitime, sed per surreptionem electum calumpniabantur. Quibus omnibus in proximo pentecosten[a] generalis curia Babin-
1137. berg[b] indicitur. Porro post regressum imperatoris Lotharii Rogerius Apuliam recipere gestiens congressu
(Oct. 30). cum Reginaldo[c] duce habito[d] in fugam versus[e] est[4].
1138. (Ian. 25). Petrus Leonis quoque moriens pessimum scisma terminavit[5].

Maii 22. XXIII.[f] Itaque Conradus rex in pentecosten[g] curiam in prefata civitate, ut condictum erat, cum maximo regni fastigio, maximo conventu principum habuit, ubi omnes[6] Saxones simul[h] cum viduata imperatrice Richiza[i] venientes ultro se suae ditioni subdidere. Solus ex prin-

*) *A* 3 *in marg. manu saec. XIII. ex. vel XIV., eadem qua supra VI,* 27, *p.* 290, *n.* **, *add.:* Illo tempore data est ecclesia Osterhovensis ordini Premonstratensi. *Similia paulo infra ad initium c.* 23. *alia manu in marg. adscripta invenis B* 4 *(typis excusa SS. XVII, p.* 365*):* M⁰C⁰XXII. Monasterium Osterhoven datur ordini Premonstratensi per s. Ottonem Babenbergensem episcopum exclusis secularibus canonicis, qui ibidem per centum annos steterunt[7]. *Cf. quae supra p.* 290, *n.* 9. *adnotavimus.*

a) pentecostī *C;* Pentecoste *Cusp.* b) *ita A* 1. 3. *B* 2; Babembg *A* 2; Babenbc *A* 4; Babenberch *B* 1; Babinbg̃ *B* 4; Bauenberge *C* 2; Babinberge *C* 3. 4; Babenberg *Cusp.* c) Reinaldo *B* 1. d) hab. *om. C.* e) conversus *C;* vertitur *Cusp.;* cum Reg. duce congressus fugatus est *A* 4. f) XXII. *A* 3; *nulla capitum distinctio C.* g) *ita A* 3; pentecostī *A* 1. 2. *C;* pentecoste *B* 1. 2. 4. *Albr. (hic semper);* condictam curiam (*om.* in pent. — erat, cum) *A* 4; rex Pentecosten et curiam *Cusp.* h) simul *om. A* 2. 4. i) Richinza *A* 2. *C;* Richenza *B* 1. *Vide quae Bernhardi, 'Lothar' p.* 799, *n.* 26. *de variis huius nominis formis congessit.*

1) *Friderici ducis Sueviae levirum. W.* 2) *Adeas Ottonis Gesta Frid. I,* 23. *W.* 3) *Ex. gr. Conradus archiep. Salzburg.; vide Jaffé, Bibl. rerum Germ. V, p.* 529 *sq.* 4) *Apud Ranianum (Rignano) prope Sipontum; cf. E. Caspar, 'Roger II', Innsbr.* 1904, *Reg. p.* 532. 5) *Nam Gregorius cardinalis Rogerio auctore mense Martio antipapa Victor IV. constitutus mense Maio resignavit.* 6) *Ita etiam Ann. S. Disib., SS. XVII, p.* 25, 40. 7) *Haec ex Fundatione monast. Osterhof., SS. XV,* 2, *p.* 1105 *sq., petita esse videntur, quae a.* 1128. *habet. Anno* 1127. *Ann. Osterhov., SS. XVII, p.* 540, *eadem adscribunt.*

cipibus Heinricus[a] dux regalia servans aberat[b], ad quae 1138.
reddenda in festivitate[c] apostolorum Petri et Pauli dies *Iun.* 29.
ei Ratisponae[d] prefigitur. Quo[e] veniens* regalia quidem
reddidit[f], sed tamen[g] ante[h] conspectum regis non ad-
5 missus[1] infecto pacis negotio sine gratia eius recessit.
Cumque multis modis homo prius[i] animosus et elatus,
sed nutu Dei humiliatus misericordiam peteret nec inpe-
traret[2], tandem iudicio principum apud Herbipolim pro-
scribitur[3], ac[k] proxima nativitate Domini in[l] palatio *Dec.* 25.
10 Goslariensi ducatus[4] ei abiudicatur[m]. Et mirum dictu,
princeps ante potentissimus et[n] cuius auctoritas, ut ipse
gloriabatur, *a mari usque ad mare,* id est a Dania usque *Ps.* 71, 8.
*p. 261. in Siciliam, extendebatur, in tantam in brevi *humili-
tatem venit, ut pene omnibus fidelibus et amicis suis in
15 Baioaria a se deficientibus clam** inde[o] egressus[p], IIII[or] [q]
tantum comitatus sociis[5], in Saxoniam veniret[6].

*) *C sequentia adulterata exhibet:* Quo veniens regalia quidem multis[r] illectus promissis[7] reddidit[s], sed tamen ea[t] minime consecutus infecto pacis negocio sine gratia eius[u]
20 recessit. Cumque multis modis homo prepotens et animosus, sed nutu Dei humiliatus misericordiam peteret nec impetraret, tandem iudicio quorundam[8] principum apud Herbipolim proscribitur *etc. sicut supra l.* 9.

**) clam et paucis comitatus[v] sociis[9] *C.*

25 a) dux Heinr. *B* 1. b) abierat *A* (-i- *erasum A* 3). c) festivitatem *C* 3. 4. d) prefig. Rat. *A.* e) Quo *mut., fortasse posteriore tempore,* Qui *B* 2. f) reddit *C* 2 *et A* 4 (-dit *versu exeunte suppl.*). g) tm (= tantum) *A* 1. 3; tamen *om. A* 4. h) in conspectu regis sine gratia eius recessit *A* 4; *cf. l.* 18 *sq.* i) primo *B* 2. k) ac — Goslariensi *(l.* 10*) om. A* 4. l) Gosl. in pal. *A* 1—3. m) obindicatur *A* 1—3; ob-
30 iudicatur *A* 4. n) et *om. C* 4. o) inde *in marg. suppl. manu fortasse alia, sed coaeva B* 2. p) ingressus *corr.* egressus *B* 2. q) . I . III[or] *corr.* . I . IIII[or] *A* 2. r) multis ill. prom. *supra lin. manu s. XIII. add. etiam B* 1 (= *C* 5). s) reddit *C* 2. t) ea *om. C* 3. 4. u) eis *C* 2. v) comitatis *C* 2.

1) *Cf. 'Kaiserchronik' v.* 17203: er gesach in ouch niemer mere.
35 2) *Cf. ea, quae Hist. Welf. Weingart. c.* 24. *de rebus apud Augustam inter regem et ducem gestis tradit.* 3) *Quo mense et quo die hic conventus celebratus sit, non constat. W. Albertus Ursus Iul.* 26. *vel paulo ante ducatum Saxoniae accepisse videtur; cf. Stumpf nr.* 3380. 3381; *H. Krabbo, 'Regesten d. Markgr. v. Brandenburg aus Askan.*
40 *Hause' I, Leipz.* 1910, *nr.* 62—64*a.* 4) *Scilicet Baioariae.* 5) latenter *Ann. Saxo* 1139; valida manu *Chron. regia Colon. a.* 1138. 6) *Circa initium mensis Ianuarii* 1139. *W; cf. Ann. Saxo.* 7) *Id etiam Hist. Welf. Weingart. c.* 24; Conradus regalia . . . callide acquisivit *Ann. Patherbr. a.* 1137, *Scheffer-Boichorst p.* 167 *(Ann. Saxo,*
45 *Chron. regia Colon.).* 8) *Id etiam Hist. Welf. Weing. c.* 24. 9) non multis comitatus *Hist. Welf. Weingart. c.* 24.

1139. (Apr. 30). Ea[a] tempestate Reginaldo[b] mortuo[1] Rogerius Apuliam rectore[c] destitutam ingreditur[2], expulsisque cum multis nobilibus Reginaldi[d] fratre[3] ac principe Capuano[4] tam ipsam quam Campaniam[e] recepit ac multis malis incolas eius afflixit et* usque hodie premit[f.5]. Beati etiam Benedicti monasterium in monte Cassino positum totique[g] orbi venerabile multis ecclesiasticis ornamentis inmaniter spoliavit[6]. Tradunt eum in prima irruptione ac Barrensis urbis expugnatione crudele et inhu-
(Oct.). manum piaculum[h] perpetrasse. Capta quippe urbe[i] non solum vivos diversis tormentorum generibus affecit[7], sed etiam in mortuos seviens Reginaldum[k.]** ducem effossum[1] per plateas trahi iussit[m.8]. Haec et alia crudelitatis opera ad antiquorum Siculorum formam tyrannorum[9], quae indesinenter de ipso audiuntur, quia pene

*) et usque hodie premit *om. C.*

**) *C et Albr.* 1139. *habent:* Reinaldum ducem ac Brunonem[10] archiepiscopum effossos; *B* 1 *manu saec. XIII, eadem qua supra p.* 345, *n.* r, *inserta:* et Brunonem archiepiscopum effossos, *cf. n.* l. *Quae, sine dubio ex codice quodam classis C addita, etiam in codicis B* 1 *archetypo extitisse, sed neglegentia scribae in B* 1 *omissa esse neque affirmo nec prorsus negaverim.*

a) *norum capitulum* XXII. *incipit C* 2; *signum* ☾ *minio pictum praemissum B* 4. b) Reinaldo *B* 1. 4. *C.* c) suo *add. C.* d) Reinaldi *A* 4. *B* 1. *C;* Regenaldi *B* 2. e) capuanā *A* 2. f) primit *A* 1; eam premens, *om.* et *A* 4. g) totoque *B* 1. h) piac. *om. A* 3. i) urbe *om. A* 2. 4, *ubi* Ea quippe capta. k) Reinaldum *B* 1. *C.* l) eff. *om. B* 1; R. mortuum effodi et *A* 4. m) iussit *in loco raso A* 3.

1) *Apud civitatem Troiam.* 2) *A.* 1139. *Maii* 25. *Salernum appulit. Sed iam anno praecedente denuo cum Rainulfo in terra firma acerrimum bellum gesserat; cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 151 *sqq.* 3) *Richardo de Rupecanina.* 4) *Roberto. W.* 5) *Rogerius II. a.* 1154. *Febr.* 26. *obiit.* 6) *Ad Montem Cassinum Rogerius rex a. demum a.* 1140. *accessit, Ann. Cassin., SS. XIX, p.* 310; *Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 176. *Sed iam a.* 1137. *post Lotharii imperatoris discessum homines eius possessiones monasterii vastaverant; Bernhardi, 'Lothar' p.* 774 *sq. A.* 1143. thesaurum huius loci omnem . . . tollit, *Ann. Cassin. l. c.* 7) *Vide Falco Benevent. a.* 1139; *Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 173 *sq.* 8) *Id non in Barensi, sed in Troiana civitate, ubi Rainulfus mortuus et tumulatus erat, factum est, mense Augusto a.* 1139; *Falco Benev., Muratori, SS. rerum Ital. V, p.* 129 *sq.* 9) *Supra II,* 19 *fin. Cf. Arn. Sag., In Gir. inv. c.* 8, *SS. XII, p.* 719, 40; *Ottonis Gesta Frid. II,* 49, *p.* 126. 10) *De hac re alibi non traditur. Brunonis corpus ad monasterium Altenberg translatum esse Aeg. Gelenius, De admiranda Coloniae magnitudine (*1645*) p.* 46, *contendit. Cf. A. Lauscher, 'Erzbischof Bruno II. von Köln', Köln [*1903*], p.* 76 *sqq.*

cunctis nota[a] sunt, omittimus. Sunt tamen, qui dicant[1] eum haec potius intuitu iusticiae quam tyrannidis exercere, aiuntque ipsum pre omnibus principibus pacem diligere, pro qua conservanda volunt eum tanta severitate rebelles cohibere. Alii vero amore pecuniae[2], qua[b] etiam[c] omnes[d] occidentales reges excessit, plus quam iusticiae pacem eum sectari dicunt.

Conradus rex Baioariam ingressus ducatum Leopaldo iuniori*, Leopaldi marchionis filio, fratri suo ex parte[e] matris, tradidit[3], et exhinc provincia nostra multis malis subiacere cepit. Proxima[f] media quadragesima synodus maxima circiter mille episcoporum Romae presidente summo pontifice Innocentio celebratur, ibique post multa salutifera decreta promulgata scismatici, qui parti[g] Petri Leonis faverant[h], dampnantur[4]. 1139. (Apr. in.)

XXIIII.[i] Considerare hoc loco Dei *consilia super*[k] *filios hominum terribilia* mundique volubilitatem libet. Ecce[l] enim Heinrico imperatore mortuo consanguinei eius, qui tunc in[m] regno precipui nominis et quasi[n] regii culminis per hoc securi erant, non solum ad regnum non eliguntur, sed et a posito[o] super se rege plurimum affliguntur et conculcantur. His ergo[p] in summa te- Ps. 65, 5.

*) *B* 2 *manu multo recentiore superscr.:* qui et largus.

a) sunt nota *C*. b) quam *corr.* qua *A* 3. *B* 2. c) etiam *om.* *A* 4; et *C* 2. d) omis *B* 4. e) patre *C* 2. f) Proxima — dampnantur *(l.* 15*) habet C* 1, *ubi* Inde *alio calamo praemissum.* g) Petri (pat' *C* 2) Leonis parti *C* 2—4. h) fuerant *B* 4. *C* 3, *corr.* fauerant *C* 3. i) XXIII. *A* 3. *C* 2; XXII. *C* 3: Capm̄ vicesimū primum *C* 4. k) super — terribilia *(l.* 17*) om. C* 3. l) Nec, N- *e corr. A* 2. m) prec. nom. in regno *A* 2; in regno *om. A* 4. n) et per hoc culminis quasi regii *C* (regni *C* 2). o) et apposito *C* 3 *(prius* -p- *supra lin.).* 4. p) ergo *om. A.*

1) *Ni fallor, Bernhardus abbas Clarevallensis, qui teste Wibaldo (ep.* 252*) Siciliae regem collaudabat [in litteris per Ottonem episcopum Frisingensem Conrado III. regi missis],* eo quod in multis utilis et necessarius fuisset catholicae ecclesiae. *W. Cf. Hugo Falcand., Lib. de regno Sicil., ed. G. B. Siragusa ('Fonti per la storia d'Italia') p.* 6; *Rogerium pacis et iustitiae sectatorem efferunt etiam Alexander Teles. I,* 21. *IV,* 4, *Muratori, SS. rerum Ital. V, p.* 620. 642, *et Petrus Venerabilis abbas Cluniac., lib. III, ep.* 3. *et lib. IV, ep.* 37, *Migne, Patrol. Lat. CLXXXIX, col.* 280 *sq.* 369. *Ad Chron. S. Mariae de Ferraria, ed. A. Gaudenzi ('Società napoletana di storia patria, Monumenti storici, serie I, Cronache', Neap.* 1888*) p.* 29. *remisit F. Chalandon, 'Histoire de la domination normande en Italie et en Sicile', Paris* 1907, *II, p.* 101, *n.* 2. 2) *Cf. Romoaldi Ann., SS. XIX, p.* 427: In acquirenda peccunia multum sollicitus, in expendenda non plurimum largus. 3) *Ante diem* 25. *Iul.* 1139; *cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 81. 88. 110 *sq.* 4) *Concil. Lateran. II, can.* 30, *Mansi, Coll. concil. ampliss. XXI, col.* 533; *Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 154 *sqq.*

nuitate positis, cum dux Heinricus auctoritate soceri sui imperatoris propriisque viribus[a] in tantum excrevisset, ut omnes despiciens[1] nulli pro regno supplicare dignaretur, *Dominus*, qui *humilia respicit et alta*[b] *a longe cognoscit, deponit potentes et exaltat humiles*[c], illum humiliatum et pene desperatum ad fastigium regni provexit, hunc de alto *in gloria*[d] *et potentia* sua *glori*antem[e] deiecit. Quid hic aliud dicere possumus, nisi quod prius Conradum magnum in oculis suis humiliavit, humiliatum[f] respectu pietatis suae exaltavit? Quae varietas humanarum rerum ex ubertate gratiae Dei descendens ad vitandam[g] superbiam ac humilitatem appetendam nos incitare debet[2]. Et quid aliud tam misera mortalium conditio, nunc de inopia ad regnum, nunc ad inopiam de regno trahens et crucians hominem, quam[h] contemptum presentium[3] parit et[i] ad eternorum stabilitatem, quae nec mutatur[k] nec transit, nos mittit?

Ps. 137, 6. *Luc.* 1, 52. *Iudith* 1, 4. *cf. Eccl.* 4, 14.

Quanta vero mala toti regno et precipue miserae Baioariae ex hoc evenerint, nos cottidie experimur[4]. Saxones exhinc regi rebellantes plus mansuetudine ipsius quam armis inclinantur[5]. At Rogerius Innocentium papam in Apuliam[l] cum militia Romanorum venire volentem flagitiose in christum Domini[m] manum mittens[6] ex insidiis cepit et regii nominis[7] in Sicilia[8] ab eo auc-

1139. (*Iul.* 22).

a) in uiribus (*mut.* iuribus) *C* 2. b) alta *om. B* 1. c) humilies *B* 2. d) gloriam *A* 3. e) gloriante *C* 2. 4. f) hum. *om. C* 2. g) sup. vit. *B* 1. h) ad *add. C* 2. i) et *om. C* 3. k) mutantur nec transeunt *Cusp.* l) Apulia *B* 2. *Albr.* 1140. m) dm̄ *C* 4.

1) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I*, 23: Heinricus . . . pro nota superbiae pene omnium . . . odium contraxerat, *et Bertholdi libell. de construct. mon. Zwifalt. c.* 35, *SS. X, p.* 114: Heinricus . . . propter superbiam a cunctis abominatus. *W. Cf. etiam Bernhardi, 'Lothar' p.* 241, *n.* 23. 2) *Cf. supra III*, 4. 3) *Cf. supra II*, 34, *p.* 108, *l.* 1. 4) *Cf. supra II, Prol., p.* 68, *et VII*, 23 *fin., p.* 347, *l.* 10 *sq.; infra VII*, 25 (*p.* 350, *l.* 22). 26 (*p.* 352). 34. 5) *Interveniente archiepiscopo Trevirensi Adalberone circa medium Augustum indutiae datae sunt usque ad pentecosten anni* 1140. *W. Cf. etiam infra VII*, 26, *p.* 351. 6) 1. *Reg.* 26, 9: extendet manum suam in christum Domini, *et eadem fere verba ibid. v.* 11. 23. 7) *Quod Anacletus papa II. a.* 1130. *Sept.* 27. *ei contulerat; Caspar, 'Roger II', Reg. nr.* 65; *Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 8411. *Cf. Gesta Frid. I*, 3 *fin.* 8) *Ita optime; nam Rogerio cum Anacletus* coronam regni Siciliae et Calabriae et Apuliae *concessisset, Innocentius diplomate die* 27. *Iul.* 1139. *dato nihil nisi* regnum Siciliae, ducatum Apuliae et principatum Capuae *confirmavit, Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 8043; *cf. F. Chalandon in 'Moyen-Age' VII, p.* 306 *sq.; Caspar, 'Roger II.' p.* 229 *sq.*

toritatem et absolutionem anathematis[1] extorsit[a] cum ducatu Apuliae, Calabriae ac principatu Capuae. 1139. (Iul. 25).

XXV.[b] Dum[c] haec aguntur in Italia, Leopaldus marchio suscepto a rege ducatu Norico, omnibus pene baronibus ad eum pertinentibus amore[d] seu terrore ultro *p. 262. ad eum[e] con*fluentibus, primo metropolim ac sedem ducatus Ratisponam ditioni suae subdidit. Post collecto milite copioso totam Baioariam pertransiens in ipso eius termino iuxta Licum fluvium contra urbem Augustensem negotia terrae per triduum tractans strennui iudicis officium exercuit.

Ea tempestate Heinricus dux* iam[f] Baioaria pulsus in Saxonia[2] moritur ac iuxta socerum humatur[g·3]. Quo mortuo Saxones amore filii sui parvuli[4], quem eis adhuc vivens commendaverat, regi denuo rebellant. Leopaldus** vero ducatum Noricum exhinc potenter habuit (Oct. 20).

*) *C habet:* Heinricus dux, dum in Saxonia Albertum marchionem sibi rebellantem in tantum humiliasset, ut castris eius dirutis, terris circumquaque vastatis, ad regem auxilii gratia ire compulisset[5], omnibusque suis ibidem rite dispositis iam in Baioariam redire proposuisset, morbo correptus diem clausit extremum ac in monasterio Luther[6] iuxta socerum humatur.

**) *C ea quae sequuntur adulterata exhibet in hunc modum, verbis cum textu supra l.* 16. *et p.* 350, *l.* 1—9. *congruentibus minoribus typis expressis:* Leopaldus vero ducatum Noricum exhinc potenter se habere confidens, dum in obsidione castri Phaleia duorum fratrum, qui in parte ducis Heinrici steterant[h], incaute moraretur, Welfo ducis Heinrici frater collecto milite superveniens fortissime pugnando, cesis ex utraque parte pluribus, multis captivatis, ducem fugere[6] coegit. His elatus[i] successibus dum regem quoque non multo post in obsidione castri Winesberge[k] morantem pugna[6] aggredi attemptat, amissis multis cum paucis fugit e prelio.

a) extorsit *post* Capuae *(l. 2) C.* b) XXIIII. *A* 3; *nulla capitum distinctio C.* c) Cum *A* 2. 4. *B* 2. 4. d) *ita C. Hist. Welf. Weingart. c.* 25; amoreque *A* 1—3. *B. Albr.* 1139; tam terr. quam amore *A* 4. e) *ita A* 1—3. *B. Albr.;* ipsum *C;* se *Hist. Welf. Weingart. c.* 25; ultro — confl. *om. A* 4. f) a *A* 3; iam *om. A* 4. g) *multo recentiore manu in marg. add. B* 2: obitus Henrici superbi. h) steterat *C* 2. i) elatis *C* 2. k) *ultimum* -e *erasum C* 3; Winesberg *C* 2.

1) *Quo brevi ante in concilio Lateranensi a.* 1139. *Aprili ineunte papa cum alligaverat; cf. etiam supra p.* 338, *n.* 4. 2) *Quedelinburgi. W.* 3) *Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 117, *n.* 35. 4) *Decem annos nati. W.* 5) *Cf. Ann. Saxo a.* 1139; *Krabbo l. c. nr.* 70. 6) *Haec iisdem fere verbis in Hist. Welf. Weingart. c.* 25.

1140. ac[a] fortiter rexit. Dum autem in obsidione castri Phalaia[b] duorum fratrum[1], qui soli ex Noricis baronibus in parte ducis[c] Heinrici steterant, incaute moraretur[d], Welfo[e] ducis Heinrici frater ex inproviso superveniens
(Aug. 13). fortissime pugnando, cesis ex utraque parte pluribus, ducem cedere coegit. His elatus[f] successibus[2], dum regem quoque non multo post in obsidione castri Winisperg[g]
(Dec. 21). morantem aggredi attemptat, amissis multis cum paucis
1141. fugit[h] e prelio. Non* multo post duce Leopaldo in urbe Ratispona civilia iura disponente ex palatini comitis Ottonis inportunitate[3] seditio oritur. Dux cum suis, populo circumquaque concurrente, arma corripuit[i], succensisque aliquibus urbis vicis, civibus tam armorum quam incendii metu discurrentibus, periculum evadens[k] urbe recessit, ac vastatis in circuitu agris ad tempus inde divertens, collecto milite non longe a civitate castra posuit tandemque terrore perculsos peccuniae pactione in deditionem accepit. Dehinc dedecus a Guelfone[l] sibi apud Phalaia[m] illatum ulcisci statuens armata manu ad[n] Licum usque progreditur, ibique destructis quorundam inimicorum suorum munitionibus cunctisque circumquaque vastatis per fines nostros cum multo ecclesiae nostrae detrimento revertitur. Ipse vero non multo post** Ratis-
(Oct. 18). ponae infirmatus in territorio Pataviensi[4] diem obiit***

*) Non multo — Ipse vero *(l. 23) om. C. Hist. Welf. Weingart. c.* 25.

**) Leopaldus *add. C*[5].

***) *B* 4 *in textu eadem manu eodemque atram. add.*: XII.[6] Kalend. Novembr. anno Domini M⁰CXLI⁰.

a) et *B* 3. *Albr.* b) Phaleida *B* 1; Phaleia *C.* c) dueis *B* 1. d) moratur *B* 1. e) Gvelfo *B* 1. f) succ. elatus, el. *supra lin. B* 4. g) Winisperch *A* 3; Winesberch *B* 1; *manu recentiore superscr.* Weinsperg *B* 2; *cf. supra p.* 349, *n.* **. h) e prelio fugit *A* 2; aufugit, *om.* e prelio *A* 4. i) arripuit *Cusp., Albr.* k) evadis, -i- *mut. ex* -a- *B* 2. l) Welfone *A* 2. 4. m) Phalaia *A* 4; Phaleidā *B* 1. n) usque ad Licum *A* 2; ad — ibique *(l. 20) om. A* 4, *ubi* apud Licum *post* destructis *add.*

1) *Conradi et Gebhardi, filiorum Ottonis I. comitis ex gente Wittelsbachica; cf. S. Riezler, 'Geschichte Baierns' I, p.* 633; *J. F. Huschberg, 'Aelteste Geschichte des Hauses Scheiern-Wittelsbach', München* 1834, *p.* 403 *sqq.* 2) *Eadem verba ex. gr. supra IV,* 9, *p.* 195, *IV,* 27, *p.* 219, *VII,* 2, *p.* 312. 3) *In eundem Ottonem, Frisingensis ecclesiae advocatum, supra libro VI, c.* 20. *acerbam scripsit invectivam. W.* 4) *Apud Altaham inferiorem; cf. A. von Meiller, 'Regesten z. Gesch. der Markgrafen und Herzoge Oesterreichs a. d. Hause Babenberg' p.* 29. 5) *Ita etiam Hist. Welf. Weingart. c.* 25. 6) *Immo* XV. *(= Oct.* 18*); cf. Meiller l. c.; Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 233, *n.* 25.

et in monasterio sanctae Crucis, quod a patre suo fundatum[1] ipse plurimum ditaverat, humatur[2], eique in[a] marchia[b] successit frater suus Heinricus*. 1141.

XXVI.[c] Eo tempore Conradus Maraviensis[d] comes[3] conspiratione cum[e] Boemis facta ducatum terrae illius affectans[4] de Maravia[f] in Boemiam[g] exercitum ducit[h]. Cui cum[i] dux Labezlaus[5] cum copiis occurrere parat, a suis proditus[6] fugae presidio vix periculum mortis evasit. Sicque profugus ad regem veniens casum suum deplorat[7]. Quem rex misericordia motus cum exercitu in Boemiam reduxit ac pentecosten[k] in urbe Braga[l] provinciae illius metropoli celebrato[8], Conrado fugato, in ducatum restituit. 1142. (Apr. 25). Iun. 7.

Non multo post Saxoniam ingressus[9] data[m] in uxorem[n]·** vidua[10] ducis Heinrici, Lotharii imperatoris filia, fratri suo Heinrico[o] marchioni pacem cum Saxonibus fecit[11], eidemque marchioni Noricum ducatum, quem*** (Maii c. 10).

*) *B* 2 *manu recentiore superscr.:* Iosamirgot.

**) *B* 4 *add.:* Gerdruda; *B* 2 *manu recentiore in marg. add.:* Gerdrude, *quod etiam Albrici editio Leibniziana in textu habet.*

***) quem — abdicaverat *(p.* 352, *l.* 1*) om. C. Hist. Welf. Weingart. c.* 25.

a) -que in *om. B* 1. b) marchiam *C (corr.* marchia *C* 3*). Hist. Welf. Weingart. c.* 25. c) XXV. *A* 3; *nulla capitum distinctio C (sed* ℭ *praemittit C* 2*).* d) Morau. *B* 4. e) facta cum Boemis *A.* f) Morauia *B* 4. *C* 2. g) in Boem. *om. A* 3. h) duxit *B* 1; ducit *om. A* 4, *ubi alio atram. in marg. inferiore suppl.* movit. i) cum *om. A* 2; dum *A* 4. *C; manu recentiore superscr.* autem *B* 2. k) *ita A* 4; pentecost̄ *A* 1—3. *C;* pentecoste *B* 1. 2. 4. *Albr.* 1141, *Cusp.* l) Praga *B* 4. *Albr., Cusp.* m) ducta *A* 3. n) uxore *C* 3. 4, *corr. alio atram.* uxorem *C* 3. o) Hainrico *A* 1. 3. *B* 2.

1) *A.* 1135, *Contin. Claustroneob. I, SS. IX, p.* 613; *Ann. Zwetl., ib. p.* 679; *cf. cartam fundationis vel dotationis, Fontes rerum Austr., Dipl. XI, p.* 1, *nr.* 1. 2) *Cf. additamentum Contin. Claustroneob. I, l. l. p.* 610, 40; *Auct. Sancruc.* 1142, *SS. IX, p.* 732. 3) *de Znaim.* 4) *Ad verborum concinnationem cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 21 *in.* 5) *Alias Wladizlaus, qui, Gertrude, Ottonis et Conradi regis sorore, in matrimonium ducta, anno* 1140. *patruo suo Sobeslao in ducatu successerat; cf. infra c.* 34. *W.* 6) *Cf. Vincent. Prag., SS. XVII, p.* 660, 25; *prope Kuttenberg, in monte qui Vizoca dicitur, haec pugna facta est.* 7) *Eadem fere verba supra VII,* 13, *p.* 325, *l.* 7. 8) Rex autem Conradus Wissegrad veniens cum processione in die sancto pentecostes honeste suscipitur, *Vincent. Prag., SS. XVII, p.* 661, 18. 19. 9) *Saxoniam rex a.* 1143. *incunte ingressus ibidem Heinrico fratri suo Baioariae ducatum concessit, cum pacem cum Saxonibus et nuptias Gertrudis cum marchione iam a.* 1142. *ineunte Maio Frankenfurt factas esse constet.* 10) *Gertrude. W. Iam a.* 1143. *Apr.* 18. *mortua est.* 11) *Haec circa*

1143. consilio matris ducis Heinrici filius[1] iam abdicaverat[2], concessit[3]. Quae res in terra nostra maximae discordiae seminarium fuit. Guelfo[a] enim *princeps prefatum ducatum se iure hereditatis contigisse calumpnians[4] armata manu in presentia ducis Baioariam ingreditur[5] parteque[b] provinciae vastata regreditur. Ob ea dux inflammatus inmenso coadunato milite fines nostros ingreditur, multisque ecclesiarum reditibus direptis tandem etiam ipsius nostrae civitatis*·[6] munitiones propter quosdam ex ipsa, qui fautores Guelfonis[c] dicebantur, destruxit[7]. Cui dum Guelfo[d] cum copiis occurreret**, audito, quod rex superventurus erat, cessit. Porro dux simul cum
1143. (Maio-Iun.). rege castrum[8] comitis Conradi[9], qui ex parte Guelfonis[e] erat, obsidione clausit vastatisque in circuitu universis adiutorio regis ad[f] deditionem coegit ac igne succendit.

XXVII.[g] Dum[h] haec aguntur in Gallia et Germania, Romanus pontifex Innocentius, qui iam per multum temporis Tyburtinos excommunicaverat[10] ac aliis modis presserat, coangustatos ad deditionem acceptis ob-
1142. sidibus ac iureiurando interposito coegit[11]. Populus vero

*p. 1

*) Frisingn̄ *alia, ut videtur, manu in marg. add. B* 4; Frisingensis *add. Albr.* 1142.

**) occurrere parat *C. Hist. Welf. Weingart. c.* 25.

a) Welfo *A* 3; Welpho *A* 4; vvelfo *B* 1; Gwelfo *C* 4. b) parteque — regreditur *om. C* 4. c) Welphonis *A* 4; vvelfonis *B* 1; gwelfonis *C* 4. d) Welpho *A* 4; vvelfo *B* 1; gwelfo *C* 4. e) Welponis *A* 4; vvelfonis *B* 1; gwelfonis *C* 4. f) in *A. B* 2. g) *nulla capitum distinctio C.* h) Cum *A* 1. 2. 4. *B* 2—4.

diem 10. *mensis Maii* 1142, *ante expeditionem in Boemiam susceptam, non post ipsam, ut Otto perperam tradit, facta esse ostendit Jaffé, ['Geschichte d. Deutschen Reiches unter Conrad III.'] p.* 43. 44. *Mirum est, quod noster neque supra c.* 23. *ducatum Saxoniae Adelberto a.* 1138. *concessum neque hoc loco eundem ducatum eidem abiudicatum memorat. W.* 1) *Heinricus Leo. W.* 2) *Hoc quamquam alibi non traditur, tamen, quin verum sit, non dubitaverim.* 3) *Vide p.* 351, *n.* 9. 4) *Cf. Hist. Welf. Weingart. c.* 25. *Eadem fere verba supra VI,* 31, *p.* 295, *l.* 19 *sq.* 5) *Sueviam quoque una cum Friderico nepote suo, postea imperatore, vastasse dicitur, Chron. regia Colon. a.* 1143. 6) *Frisingae.* 7) *Cf. Prologum libri secundi. W.* 8) Tachouwe *addit Hist. Welf. Weingart. c.* 25; *cf. Ann. Reichersperg., SS. XVII, p.* 457, *l.* 49 *sq.* 9) *De Conrado comite plura refert noster in Gestis Frid. I,* 26. *W. Cf. Rahew. G. Fr. IV,* 18. *Hic Conradus fratruelis comitum de Vallei, supra p.* 350, *l.* 2, *fuit.* 10) *Quod a.* 1139. *factum esse videtur; Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 349. 11) *Post Iun.* 12. *a.* 1142. *Iuramentum Tiburtinorum edidit Muratori, Antiquit. Ital. VI, col.* 251 *sqq. Cf. Bernhardi l. l. p.* 350.

Romanus volens, ut eos per obsides et sacramentum ad durissima precepta, id est ut muris ruptis omnes provincia cederent, cogeret[a], dum nobilissimus ac liberalissimus sacerdos tam irrationabili et inhumanae peticioni annuere nollet, seditionem movent ac in ipso impetu in 1143.
Capitolio[1] venientes[b], antiquam[c] Urbis dignitatem renovare cupientes[d] ordinem senatorum, qui iam per multa curricula temporum deperierat[2], constituunt et rursum cum Tyburtinis bellum innovant[e·3]. Causa vero tantae inmanitatis fuit, quod in priori[f] anno, dum cum pontifice suo in obsidione prefatae civitatis morarentur, civibus egressis et cum ipsis manum conserentibus[g], multis 1142. (Iun. 12).
amissis spoliis[h] turpiter in fugam conversi erant[i·4]. Idcirco nulla, nisi qua[k] diximus, conventione usque hodie[5] se posse placari asserunt. Verum sapientissimus antistes previdens, ne forte ecclesia Dei, quae per[l] multos annos secularem Urbis honorem a Constantino sibi traditum[6] potentissime habuit, hac occasione quandoque perderet, multis modis, tam minis quam muneribus, ne ad effectum res procedat, impedire conatur. Sed invalescente populo, dum proficere non posset, lecto cubans, iuxta quosdam de futuris visione sibi monstrata, in pace 1143.
quievit, eique Celestinus, vir religione et litterarum[m] (Sept. 24).
scientia preditus, cum magna unanimitate electus suc- (Sept. 26).
cessit.

Circa idem tempus Veronenses, qui longo tempore 1143/4.
cum Paduanis dissensionem habuerant amnemque, qui

a) coegeret *B* 2. *C* 2. b) convenientes *C. Albr.* 1144; tamquam *in marg. add.* *A* 4. c) antiquamque *B* 2 (-que *delet.*). 4. *C* 3. 4; antequam *corr.* antiquam *C* 2. d) dign. revocatum *A* 4. e) instaurant *C.* f) prio24 *B* 2. g) conferentibus *C.* h) sploliis *B* 1. i) *ita B* 1. 2. *Albr.* 1144; sunt *A* 1—3. *B* 4. *C;* turp. aufugerant *A* 4. k) quam *A. Albr.* l) per *om. C* 4. m) sc. liter. (liter. *in loco raso, ubi antea* preditus *scriptum erat*) *A* 2.

1) *Cf. Boso, Vita Innocentii II, Liber pontif. ed. L. Duchesne II, p.* 385. *In Gestis Frid. II,* 28. *Otto haec perperam Arnoldo Brixiensi instigante* circa principia pontificatus Eugenii *facta esse dicit. Cf. etiam ib. I,* 28. 2) *Cf. Gotifr. Viterb. Panth. XXIII,* 48, *SS. XXII, p.* 261, 5; *C. Hegel, 'Geschichte der Städteverfassung von Italien' I, p.* 267 *sqq.; F. Gregorovius, 'Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter' IV*[3], *p.* 422 *sqq.; L. Halphen, 'Études sur l'administration de Rome au moyen âge', Paris* 1907. 3) *Huc et ad a.* 1143. *fortasse ea, quae de clade Tiburtinorum die* 7. *Iulii facta Cron. pont. et imp. Tiburt., SS. XXXI, p.* 262, *tradit, referenda sunt, nisi a.* 1145. *praeferas (cf. infra VII,* 31 *fin., p.* 360*).* 4) *Cron. pont. et imp. Tiburt. a.* 1135, *l. l. p.* 262; *cf. Sicard. Cremon., ib. p.* 164, *l.* 20 *sq.* 5) *A.* 1146. *Romani voti sui compotes facti sunt; cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 464. 6) *Cf. supra IV,* 3.

civitatem eorum preterfluit, ab alveo derivaverant, congressu cum eis habito, plurimis[a] captis, cruentissima potiuntur victoria[1].

1142. XXVIII.[a*] Anno ab incarnatione Domini M⁰C⁰XL⁰III⁰ Kaloiohannes Constantinopolitanus imperator[2], qui filio suo Manuel sororem[3] reginae Gerdrudis desponsando cum Romano[b] rege Conrado amiciciae fedus inierat[4], ab Antiocheno principe Reimundo[c], qui ei provinciam illam pro pecunia cum ipsa[d] urbe iuraverat[5], Syriam cum maximo ingressus[e] exercitu promisso frustratur. Cui venerabilis Gabulensis episcopus N.[f·6] viriliter in faciem restitit[g·7] eumque ex parte Romani pontificis et imperatoris[8], eo quod prefata civitas a Latinis possideatur, ut ab eius inpugnatione desistat, intrepide commonuit. Ille autem[h], eo quod a principe delusus esset, civitati[i] quidem pepercit, sed totam ferro flammaque depascens provinciam[9] heremitas quoque, quorum grandis ibi copia est[10], de cellulis suis eductos, non kalo, id est boni, Iohannis officium agens, crudelissime[k] tractavit. Ipse vero non multo post sagittis toxicatis[l] venationi inserviens ab una earum ex inproviso vulneratus miserrime
1143. (Apr. 8). rex opulentissimus in ipso procinctu[11] diem obiit[m] ac[n] Manuel filio suo regnum reliquit. Per idem tempus

a) plurunis *B* 1. a*) XXVII. *A* 3; XXIIII. *C* 2; XXIII. *C* 3; 21. *C* 4. b) rege Romanorum *C*. c) Remundo *A* 4; Raimundo *B* 2. *C* 3; Ræimundo *B* 4; Raymundo *C* 2. 4. d) ex *add. C* 2. e) exerc. iugr. *A* 2. f) N. *om. B* 1 *(habet Albr.* 1143*)*; eni *radendo mut.* e i *B* 2. g) restit *A* 1. *C* 3, *alia manu corr.* restitit *C* 3; resistit *corr.* restitit *B* 2; resistit *Albr.* 1143. h) ex *add. C* 4. i) civitatē *corr.* -ti *A* 2. *C* 3 *(corr. alia manu)*. k) eruditissime, *manu recentiore superscr.* crudelissime *B* 2. l) intoxicatis *C* 4. m) ob *C* 2. 3; obit *C* 4. n) ac *om. A* 2.

1) *Simile aliquid Andreas Dandulus, Chron. IX,* 13, 9 *(Muratori, SS. rerum Italic. XII, col.* 280*) de Venetis et Paduanis refert. Otto memoria lapsus haec turbasse videtur. Cf. Bernhardi l. l. p.* 365; *Kretschmayr, 'Geschichte von Venedig' I, p.* 462. 2) *Iohannes II. Comnenus, Alexii I. filius.* 3) *Bertham filiam Berengarii comitis de Sulzbach. W.* 4) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 24 *sq. W. A. fere* 1140. *prima Iohannis legatio in Germaniam venisse videtur.* 5) *A.* 1137. *Iohannes imperator ad Antiochiam cum exercitu accedens a principe hanc pactionem vi extorserat.* 6) *Hugo; de quo cf. R. Röhricht in 'Zeitschr. des deutschen Palaestina-Vereins' X, p.* 27 *et 'Mitteil. des Instit. f. Oesterr. Geschichtsf.' XI, p.* 394. *Otto haec ab ipso Gabulensi episcopo a.* 1145. *audivisse putandus est; cf. infra VII,* 33. 7) *Gal.* 2, 11: in faciem ei restiti. 8) *Aliter Guil. Tyr. XV,* 20. 9) *Cf. Nicet. Choniat. ed. I. Bekker p.* 53 *(Corp. script. hist. Byzant.).* 10) *Cf. Guil. Tyr. XV,* 14. *De crudelitate imperatoris in eremitas Otto solus tradit.* 11) *In Cilicia.*

Folcho Hierosolimorum rex[1] moriens filio suo Folchoni[a.2] 1143.
adolescentulo regni gubernacula dimisit. At Manuel (Nov. 10).
ad regnum sublimatus nuncios ad regem Conradum cum
preciosis[b] muneribus, sicut et prius pater eius fecerat,
5 dirigens[c] fedus renovavit[3]. Et sicut frequenter inter 1145.
hos duos imperatores a translato ad Francos imperio
pro[d] diversis oportunitatibus mos iste servatus est[4], sic[e]
et[f] nunc inter Iohannem, patrem huius, et Conradum
contra Rogerium, utriusque imperii invasorem[5], hec
10 facta est confederatio.

.264. *XXVIIII.[g] His[h] diebus propter absentiam regis[6]
Italiae urbibus in insolentiam decidentibus[i] Veneti cum
Ravennatensibus, Veronenses et[k] Vincentini[l] cum Padua-
nis et Tarvisiensibus[m], Pisani, Florentini cum Lucen-
15 sibus et Senensibus atrociter debellantes totam pene
Italiam cruore, predis et incendiis permiscuere[7]. Preter[n]
ea enim, quae[o] supra diximus, Paduanis priori anno
illata incommoda[8] Veronenses et Vincentini[p] sequenti[q]
castella, vicos et[r] agros Tarvisiensium ferro flammaque 1144?
20 vastavere. Veneti etiam ac Ravennatenses plurima mala
terra marique alterutrum intulere. At Pisani et Lu-
censes propter nimiam[s] viciniae oportunitatem indefesso

a) Folconi *A* 1. *C; posteriore manu superscr.* al' b a l u i n o *B* 2. b) precibus *A* 3.
c) dir. *om. A* 2; dir. sicut et pater eius fec. *A* 4. d) mos iste pro div. opport. *C.*
25 e) sicut *A* 4. *C* 4. f) et *om. C* 2. g) XXVIII. *A* 3; XXV. *C* 2; XXIIII. *C* 3; 22. *C* 4.
h) Hiis *A* 2. 3. *B* 4; Hiisdem *C* 2; Hisdem *C* 3. 4. i) decedentibus *C. Albr.* 1142.
k) et *om. A* 2. l) Vicentini *A* 2; Vinnentini *B* 4; Vincetini *C* 3. m) tharuisien-
sibus *B* 1. *C* 4. n) Propter *C* 4. *Cusp. (om.* ea*).* o) q̃ *B* 4. p) Vicentini *A* 2. *B* 2. 4;
Vincetini *C* 3. q) anno *add. Cusp., Albr.* 1142, *qui paulo ante (l.* 17*)* priori anno
30 *omisit.* r) et *om. B* 1. *Albr.* s) nimiam *om. A.*

1) *Cf. supra p.* 341, *n.* 8. 2) *Immo Balduino III, qui tunc* 13 *annos habebat; Guil. Tyr. XVI,* 1. *Cui Fulconis nomen etiam Gest. Frid. I,* 35 *init. et ab Gisleberto, Chron. Hanon. c.* 48, *ed. L. Vanderkindere, Brux.* 1904, *p.* 82, *tribuitur.* 3) *Cf. epistolam*
35 *Conradi ad Manuelem datam, Gesta Frid. I,* 25. *Tunc demum sponsa Manuelis, sorore Gertrudis reginae, in Graeciam ducta nuptiae a.* 1146. *mense Ian. celebratae sunt; cf. ibidem I,* 24. *et Bernhardi l. l. p.* 415 *sq.* 4) *Cf. supra V,* 31 *sq. VI,* 24, *p.* 288. *De legatis a.* 1135.—1137. *inter Iohannem et Lotharium imperatores missis et remissis Ottonem tacere*
40 *mirum est.* 5) *Eadem verba de Wilhelmo I. Otto, Gesta Frid. II,* 11, *p.* 89, *habet; cf. Wibaldi epist. nr.* 243, *Jaffé, Bibl. I, p.* 365; *Bernh. Clar. epist. nr.* 183. *Graeciam ipsam Rogerius postea demum temporibus secundae quae dicitur sacrae expeditionis invasit; cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 34; *Caspar, 'Roger II.' p.* 376 *sqq.* 6) *Cf. epist. Frid. ad Ottonem*
45 *p.* 1; *Ott. Gesta Frid. II,* 13, *p.* 93. *II,* 43. 51. 7) *Cf. Bernhardi l. l. p.* 362 *sqq. Nota Ottonem de discordiis Bononiensium et Mutinensium aliarumque Ravennatensis regionis civitatum tacere.* 8) *Vide supra p.* 354, *n.* 1.

furore bellantes[1] ruinae suae omnes Tusciae vires implicuere. Nam et Florentini una cum marchione terrae
1141. Ulrico[2] usque ad ipsas portas Senensium procedentes
(Iun. 3—6). suburbia eius cremaverunt[3]. Senenses vero, numero et viribus impares se[a] cognoscentes Florentinis, Lucensium auxilium flagitant. Lucenses tam pro ipsis quam pro comite Guidone Guerra[b.4], qui et ipse[c] cum Florentinis atrox bellum gerens eos adierat, Florentinos hostes pronunciant[d]. Illi autem Pisanis adiuncti non solum Lu-
1143. censes[e] bello[f] attemptant[5], sed et castella, oppida, agros prefati comitis incendio et rapina[g] devastant; Senenses[h] etiam, qui[i] ad vastandos agros eorum egressi fuerant,
1145. insidiis a tergo positis, vix paucis fuga elapsis, capti-
(Iul. 13). vant[6]. Porro ex Pisanis et Lucensibus non tantum[k] plurimi ferro cesi compendio mortis miseriam[l] miserabiliter terminavere, sed et innumerabiles utrovis[m] comprehensi ac longa, ut ipse vidi, carceris inedia et squalore[n] macerati[7] omnibus pretereuntibus lacrimabile humani casus in se spectaculum prebent[8].

1144. XXX.[o] Anno[p] dominicae incarnationis M[0]C[0]XL[0]V[0q]
Dec. 25. incipiente, in ipsa[r] sacrosanctae nativitatis Christi[s] sollempnitate lugubre et miserabile ex peccato Christiani populi accidit in oriente piaculum[9]. Sanguinus[10] enim[t] Halapensis Syriae ac Mesopotamiae, excepta Antiochia

a) esse *add. A* 2; se cogn. *om. A* 4. b) vverra *B* 1; gwerra *C* 4. c) ipsi *A* 1—3. d) pronunciat *A* 4. e) Luc. *om. C* 4. f) bellum *C* 4. g) rapinis *B* 1. h) Senenses *manu coaeva mut.* Senonenses *A* 2. i) quia *C* 2. 3. k) urbe *add. C* 3. l) sub comp. moriebantur, verum *(pro* comp. — comprehensi ac*) A* 4; als. miserā vitam *in marg. add. Cusp.* m) utrobique *A* 1—3. *Albr.* 1143. n) svalore *A* 2; inedia utrorumque captivi mac. *A* 4. o) XXVIIII. *A* 3; XXVI. *C* 2; XXVII. *C* 3; 25. *C* 4; *c.* 30. *exstat C* 1, *de C* 3. 4 *vide infra p.* 357, *n.* **. p) Eodem dominice inc. anno *C* 3. 4. q) MCXLV. incip. *om. C* 3. 4. r) ipso *C* 2. s) Christi *om. C* 3. 4. t) quidam *add. C* 3. 4. *Cusp.*

1) *Cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 648; *R. Davidsohn, 'Geschichte von Florenz' I, p.* 430 *sqq.* 2) *De Attems, qui Tusciam a.* 1139—1152. *tenuit. Cf. I. Ficker, 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' II, p.* 226. 3) *Ann. Senens.* 1141, *SS. XIX, p.* 226; *Ann. Florent.* 1141, *ib. p.* 223. 4) *Cf. Davidsohn l. c. p.* 433 *sqq. et 'Forschungen zur älteren Geschichte von Florenz' [I], p.* 95 *sqq.* 5) *A.* 1143. incepta est guerra inter Pisanos et Lucenses *secundum Ann. Pisan.* 1144, *SS. XIX, p.* 241. 6) *Ann. Senens. l. l. p.* 226: 3. Idus Iul. a. D. 1145. afflicti sunt Senenses in monte Maio; *anno sequente, Maii* 8. Florentini sunt afflicti . . a Senensibus *ib.* 7) *A.* 1144. *Iun.* 19. *et paulo post iterum Lucenses Pisanos, eodem anno Oct.* 16. *Pisani Lucenses pugna vicerunt, Ann. Pisan.* 1145, *l. l. p.* 241. *A.* 1145. *autumno Otto curiam Romanam Viterbii morantem adiit; cf. infra VII,* 32. 8) *Sallust. Iug. c.* 14, 23: rerum humanarum spectaculum praebeo. 9) *Cf. Eugenii papae III. epistolam datam a.* 1145. *Dec.* 1, *Ottonis Gesta Frid. I,* 36; *Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 8796. 10) *Imadeddin Zenki, tutor (atabeg) emiri Mosulensis.*

et[a] Damasco[b·1], princeps, Persarum vero et Medorum regis seu soltani[c·2] vassallus[d], Edyssam, quae nunc Rohas[e] dicitur[3], unicum[f] Hierosolimitanae[g] ecclesiae pro magnitudine ac[h] habundantia sui refugium, cum infinita Sarracenorum[i] multitudine circumdedit ac[k] in ipsa, ut[l] dixi, nativitate[m] Domini irrupit[4], cunctis ibidem cum[n] episcopo[5] urbis Christianis in ore gladii[6] occisis vel miserabili[o] captivitate in servitutem redactis. Ecclesias[p] Christi[q] et precipue beatae Mariae semper virginis basilicam et eam, in qua corpus[r] Thomae apostoli reconditum[s] est[7], ad salvatoris nostri ignominiam *introferens* 2. *Mach.* 6, 4. *ea, quae non licebat*[t], fede polluit nostrisque[u] penitus exterminatis vel[v] tributo subactis Sarracenos ibi[w] ad[x] habitandum locavit[y·*].

XXXI.[z] Per** idem tempus Lucius papa, vir pro

*) *Cusp. add.:* Ob hoc mota[a] est expeditio maxima contra paganos et regem Persarum a Conrado rege Romanorum et Ludouico rege Francorum cum summis et pluribus utriusque regni principibus et innumerabili multitudine populi, qui absque omni effectu reversi sunt.

**) *C* 3. 4, *ubi c.* 31. *et* 32. *ante c.* 30. *collocatum, (cf. p.* 363, *l.* 34*), pro* Per — optimum et cetera *(p.* 358, *l.* 10*):* His diebus

a) et *om. C* 2. b) Damaso *manu recentiore corr.* Damasco *B* 2. c) *ita B* 2. 4. *C* 1; soltā *A;* soltan9 *B* 1; soldani *C* 2—4. *Cusp., Albr.* 1145. d) subditus *C. Cusp.* e) *ita B* 1. *C* 1. 2. 4; Rochas *A;* Rohahs *B* 2; Rōahs *B* 3; Rohahos *B* 4; Robas *C* 3; Rohaiz *Albr.* f) unico *B* 2. g) Hirl'mitate *A* 2; hyerosolimitanorum *A* 4; iherosolimitanae *B* 1. *C* 4; hieroso | mitane, -eroso- *supra lin.,* 5 *vel* 6 *litteris erasis C* 1. h) et *C* 3. 4. i) mult. Sarr. *C* 3. 4; cum Sarracenis circ. *A* 4. k) et *C* 3. 4; ac — irrupit *(l.* 6*) om. A* 4, *ubi solum* et *supra lin. add.* l) ut dixi *om. C* 3. 4. m) nat̄ *A* 1. 2. *B* 4; natale *B* 2; die nativitatis *C* 3. 4; *post* Domini *supra lin. alia fortasse manu* die *add. B* 4. n) christ. cum episc. urbis *A* 4. *C* 3. 4; episc. *om. C* 1. o) miserabil'i *C* 1; vel captivatis *(om.* miser. — redactis*) C* 3. 4. p) Ecclesia *B* 1. q) etiam *C* 3. r) corpus *hoc loco om., infra post* apostoli *alio atram. supra lin. suppl. C* 1; reliquie *C* 2—4. *Cusp.;* sancti *add. C* 3. 4. *Cusp.* s) recondite sunt *C* 2—4. *Cusp.* t) licebat *post mut.* licebāt *B* 2. u) Christianisque *C* 3. 4. v) vel trib. subactis *om. A* 4. *C* 1; trib. *om. C* 3. 4. w) ibidem *C* 3. 4. x) ad hab. *om. A* 4. y) collocavit *C.* z) *c.* 31—35. *om. C* 2, *ubi sequitur catalogus regum et pontificum; c.* 31. *non habet C* 1, *ubi sequitur c.* 32; XXX. *A* 3; XXV. *C* 3; Capitulum Vicesimū sedm *C* 4. a) *sic Pith.;* nota *Cusp.*

1) *Ubi alii Seldschukorum vasalli dominabantur, qui a.* 1154. *a Sanguini filio Nureddino superati sunt.* 2) *E gente Seldschukorum; cf. infra VII,* 33, *p.* 365, *n.* 4. 3) *Hodie Urfa.* 4) *Hac die castellum urbe ipsa biduo ante expugnata captum esse videtur; cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 514, *n.* 25. 5) *Archiepiscopo Hugone;* biscof *etiam 'Kaiserchronik' v.* 17254. 17258. 6) in ore gladii *saepissime legitur in Biblia Vulgata, ex. gr. Num.* 21, 24. *Deut.* 13, 15. 20, 13. 17 *etc.* 7) *Cf. Guil. Tyr. XVI,* 5; *de Thomae ap. reliquiis Edessae sepultis iam Rufin., Hist. eccl. XI,* 5 *init., tradidit; cf. Lipsius, 'Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden' I* (1883), *p.* 225.

1144. mansuetudine et humilitate sui[1] officio sacerdotali dignus,
(Mart. 12). Celestini, qui non plene VI mensibus sederat, successor, gravem a civibus persecutionem passus humiles ad regem Conradum tam[a] suam oppressionem continentes quam de incolomitate et prosperitate eius Deo gratias agentes ipsumque ad patrocinium Romanae ecclesiae invitantes litteras[2] mittit in[b] hunc modum[c]: *Lucius episcopus, servus servorum Dei, karissimo filio Conrado, Romanorum regi illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Omne datum optimum*[d.3] et cetera. Populus[e.*] enim Romanus

---

Celestinus papa Innocencio succedens Lucio sedem reliquit. Qui gravem a civibus persecutionem passus humiles ad regem Cŏnradum litteras suam et tocius Italie obpressionem continentes misit ipsumque ad patrocinium Romane ecclesie, quamvis frustra, invitavit.

*) *C* 3. 4 *pro reliqua parte capituli* 31: Populus itaque Romanus senatoribus, quos ante instituerat, patricium adiciunt Iordanemque Petri Leonis[f] filium ad hoc eligentes ipsi omnes tamquam principi subiciuntur. Dehinc pontificem suum adeunt ac omnia regalia eius, tam in Urbe quam extra Urbem posita, ad ius sui patricii reposcunt eumque more antiquorum sacerdotum primiciis et oblationibus et decimis sustentari debere dicentes animam iusti affligunt. Ipse vero infra anni spacium pontificatus sui diem obiit et Eugenium communi voto cleri et populi successorem reliquit. Eugenius itaque in principio dignitatis suscepte pro sollicitatione reddendorum patricio regalium Urbe[g] cedit ac proxima dominica in monasterio Pharfensi[h] consecratione pontificali persecutionis immanitate[i] morem mutans sublimatur. Ad[k] hunc papam Eugenium venerabilis Clarevallensis[l] abbas Bernardus librum de consideratione sui IIII[or] distinctionibus ordinatum conscripsit[4], in quo perfecte vite ac subtilissimi ingenii perspicuitatem evidentissime demonstravit. Nam idem apostolicus prius Bernhardus[m] dictus et primum vicedomnus Pisanus[n] ac demum in Claravalle, omnibus

a) tam — agentes *(l. 5) om. A* 4. b) in — et cetera *(l. 10) om. A* 4. *C* 3. 4 *(cf. l.* 15 *sq.).* c) *manu recentiore in marg. add. B* 2: Epistola Lucii pape ad Conradum secundum regem Romanorum pro subsidio Terre Sancte. d) *plura verba ex Iac.* 1, 17. *add. Albr.* 1144. e) Cum pop. enim *B* 4. f) Leonē *C* 4. g) Urbe *om. C* 3. h) paruēsi *C* 4; *cf. p.* 360, *n.* b. i) immanitatē *radendo corr.* immanitate *C* 3. k) Ad — consecrationem *(p.* 359, *l.* 16 *sq.) habet etiam Cusp.* l) Bern. abbas Clar. *C* 4. *Cusp.* m) Bernardus *C* 4. *Cusp.* n) pysanis *C* 3.

1) *Cf. Gerhohi De investig. Antichristi l. I,* 51, *Libelli de lite III, p.* 358. 2) *Non exstant; Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 8684. 3) *Iac.* 1, 17. 4) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 65 *fin.*

nullas insaniae suae metas ponere volens senatoribus, 1144.
quos ante instituerant[1], patricium adiciunt atque[a] ad
hanc dignitatem Iordanem Petri Leonis filium[2] eligentes
omnes[b] ei[c] tamquam principi subiciuntur. Deinde ponti-
5 ficem suum adeunt ac omnia regalia[d] eius, tam in Urbe
quam extra[e] posita, ad ius patricii sui reposcunt eum-
que more antiquorum sacerdotum de decimis tantum et
oblationibus sustentari oportere[f] dicentes[3] de die in
diem *animam iusti affligere* non timuerunt[g]. Ipse autem[h] *Prov.* 10, 3.
10 cottidianis cruciatibus ac tedio vitae affectus infra
anni spacium pontificatus sui diem obiit ac Eugenium, 1145. *(Febr.* 15*)*.

---

mundanis pro Christo spretis, eiusdem venerabilis
Bernhardi[i] abbatis discipulus effectus ac ab eo post-
modum monasterio beati Anastasii Cisterciensis or-
15 dinis in urbe Roma abbas prelatus[4], summus ponti-
fex, ut prelibavimus, constituitur ac[k] post consecra-
tionem furorem populi Romani declinans ad munita se loca
transtulit, postque[l] Biterbium[m] veniens ibi aliquamdiu
mansit. At populus Romanus cum patricio suo Iordane
20 in furorem versus prefecture que dignitatem abolentes omnes
principes ac nobiles ex civibus ad subiectionem patricii com-
pellunt et cardinalium et clericorum et quorundam illustrium
laicorum subruentes domus[n] predam inmensam diripiunt
ac multa mala committentes ecclesiam beati Petri, om-
25 nium caput ecclesiarum, incastellare sacrilege ac[o] profanis-
sime non metuunt. Peregrinos causa orationis advenientes
ad oblationem questus gratia plagis et verberibus afficiunt
ac quosdam ex ipsis offerre nolentes in ipso templi porticu
occiderunt. Quos venerabilis pontifex, percusso prius cum
30 quibusdam fautoribus suis anathematis gladio Iordane[p] pa-
tricio, adiuncta Tyburtinis, Romanorum antiquis hostibus,
militia coercuit tandemque pacem petere coegit. Quam[q] pacem *Otto VII*, 34.
eo tenore dedit, ut patriciatus dignitatem exfestucarent[r]
et prefectum[s] in pristinam dignitatem[t] reciperent, sena-
35 tores vero[u] ex eius auctoritate tenerent. Sicque in Urbem[v]
rediens nativitatem Domini ibidem celebravit.

a) acque *A* 1. 2, *corr.* atque *A* 2; patr. Iord. scilicet Petri L. filium adicientes omnes *A* 4. b) omnesque *A* 3. c) ei *delet. A* 2. d) rega *versu exeunte, mut. manu recentiore* regna *B* 2. e) urbem *add. A* 4, *ubi* posita *om.* f) debere *A* 4. g) an. iusti de die in diem afflixerunt *A* 4. h) quoque *A* 4. i) Bernardi *C* 4. *Cusp.* k) Inde *Cusp., cf. p.* 360, *l.* 8. l) Postq̃ *C* 4. m) biterbū *alia manu, sed coaeva mut.* viterbiu *C* 3; viterbium *C* 4. n) domos *C* 4. o) at *C* 4. p) Iordanis *C* 4. q) Quam — celebravit *(l.* 36*) habet Urst., nondum Cusp. nec Pith.* r) efestucarent *C* 4. s) praefatum *Urst.* t) dign. *bis C* 4. u) autem *Urst.* v) urbe *C* 3.

1) *Supra VII*, 27, *p.* 353. 2) *Anacleti papae II. fratrem.* 3) *Cf. Gesta Frid. II*, 28, *p.* 107. *de Arnoldo Brixiensi. Aliter Boso, Vita Lucii II, Lib. pont. ed. L. Duchesne II, p.* 386. 4) *A.* 1140. *Cf. supra V*, 9, *p.* 241, *n.* 3.

1145. virum religione ac sanctitate perspicuum, communi voto cleri et populi electum successorem reliquit. Hic in principio dignitatis *susceptae, eo quod totus populus *p 6
ad tradenda Urbi regalia ipsum sicut et antecessorem[a] suum sollicitare vellet[1], cum episcopis et cardinalibus 5
(Febr. 18). Urbe cedit ac proxima dominica in monasterio Pharfensi[b] consecratione pontificali, ob persecutionis inmanitatem morem mutans, sublimatur. Inde[c] furorem populi Romani declinans ad munita loca[d] se transtulit[2] postque
(Apr.-Nov.). Biterbium[e] veniens ibi[f] per aliquod[g] tempus moram 10
fecit[3]. At populus[h] Romanus cum patricio suo Iordane in furorem versus[4] prefecturae dignitatem abolentes omnes principes ac nobiles ex civibus ad subiectionem patricii compellunt et non solum quorundam illustrium laicorum turres, sed et cardinalium et clericorum domus[i] 15
subruentes predam inmensam diripiunt[5]. Ecclesiam etiam beati Petri, omnium ecclesiarum caput, incastellare sacrilege ac profanissime non metuunt. Peregrinos causa orationis advenientes ad oblationem questus gratia plagis et verberibus cogunt ac quosdam ex ipsis offerre no- 20
lentes in ipsa[k] porticu et vestibulo templi nefario ausu occidere non verentur[l·6]. Quos venerabilis pontifex, percusso prius cum quibusdam fautoribus suis anathematis gladio Iordane, adiuncta Tyburtinis, Romanorum antiquis hostibus, milicia[m] cohercuit tandemque pacem 25
petere coegit[7].

1145. XXXII.[n] Ea tempestate Armeniorum[o] episcoporum eorumque metropolitani[8], quem ipsi katholicon[9], id

a) antecessores suos *A* 1*a*. *Cusp.* (*ubi* sicut ant. s. ipsum). b) al's. Paruēsi *in marg. add. Cusp.; cf. p.* 358, *n.* h. c) Inde *om. A* 4, *ubi* populique Rom. fur. d) se 30
loca *A* 4. e) biterbum *B* 1; biterbrium *mut.* biterbium *B* 2. f) ibique *A* 2; veniens — per *om. A* 4. g) aliquot *A* 3. *B* 4; aliquandiu moram *A* 4. h) Rom. pop. *A* 1—3; At Romani cum *A* 4. i) domos *B* 1; *cf. p.* 359, *n.* n. k) ipsa port. et *om. A* 4. l) templi occidunt *A* 4. m) militia *mut. postea* militiā *B* 2. n) XXXI. *A* 3; XXVI. *C* 3; 24. *C* 4; *capitula* 32. *et* 33. *habet C* 1. o) armto24 *corr. alio atram.* 35
armenio24 *C* 1.

1) *Cf. Boso, Vita Eugenii III, l. l. II, p.* 386. 2) *A.* 1145. *Mart.* 2. *ex civitate Narniensi summum pontificatum se suscepisse denuntiavit; cf. Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 8714. 3) *Viterbii pascha (Apr.* 15*) celebravit. Cf. etiam VII,* 32. 4) *Marc.* 3, 21: in 40
furorem versus est. 5) *Cf. Ottonis Gesta Frid. II,* 28. *W.; Bernhardi Clarevall. epist. nr.* 243, 3: en rebus et domibus suis vestris manibus spoliati sunt cardinales atque episcopi. 6) *Haec omnia a.* 1145. *a Romanis Arnoldo Brixiensi nondum urbem ingresso facta sunt.* 7) *Cf. Boso l. c. p.* 387; *Gerhoh. Reichersperg. epist. ad Alex. papam III, Pez, Thes. anecdot. noviss. VI,* 1, *col.* 540. 8) *Gregorius IV. Bahlawuni tunc temporis patriarcha ecclesiae Armeniacae erat.* 9) *Cf. Guil. Tyr. XV,* 18; *Wilbrandi de Oldenborg Peregrinatio I, c.* 17, *ed.*

est universalem, propter infinitum[a.*] episcoporum sub 1145.
se habentem numerum vocant, legati ab ultimo pene oriente summum pontificem Biterbi laboriosum iter per annum et VI menses complentes adeunt, eique ex parte illius[b] ecclesiae subiectionem[c] omnimodam consalutando[d] offerentes causas viae, nobis cum aliis multis presentibus[1], apud Veterem Aulam[2] aperiunt, quae tales erant: Inter ipsos et Grecos quaedam de ritu sacrificii habitudo est in quibusdam, in aliis vero discrepantia. Ponunt enim fermentatum panem sicut[e] illi, aquam autem

*) propter inmensum, id est amplius quam mille *C* 1. 3. 4 *(cessante iam C* 2*)*; id est amplius quam mille *post* inf. *add. Cusp.*

C 3. 4 *priorem capituli* 32. *partem mutatam praebent:* Anno dominice incarnationis M⁰CLXV.[f] legati Armeniorum episcoporum eorumque metropolitani, quem ipsi catholicon, id est universalem, propter inmensum, id est amplius quam mille, episcoporum sub se habentem numerum denominant, ad summum pontificem Eugenium Biterbis[g] venerunt, laboriosum iter a summo pene oriente per annum et VI menses complentes eique ex parte illius ecclesie subiectionem omnimodam consalutando offerentes causam vie apud Veterem Aulam multis presentibus taliter aperuerunt. Inter ipsos enim et Grecos quedam de ritu sacrificii habitudo[h] est in quibusdam, in aliis vero discrepancia. Ponunt enim fermentatum sicut et illi panem, aquam vero non admiscent, sicut nos et illi. Preterea nativitatem Domini epiphanie continuantes duas illas festivitates unam faciunt antiquo more orientalium, sicut in Collationibus patrum, in secunda scilicet abbatis Ysaac de Oratione, invenitur[3]. Pro hiis aliisque Romanam ecclesiam iudicem eligentes consultum venerunt formamque sacrificii iuxta consuetudinem eius sibi dari deposcunt *(p.* 362, *l.* 6*)*. *cf. Otto VII,* 30 *in.*

a) inf. num. episc. sub se hab. *A* 2; innumerabilem ep. sub se hab. collegium *A* 4. b) ecclesie ill. *A* 2. c) subiectione *B* 2. d) eum salutando *A* 1—3; eique subiect. et salutationem ill. eccl. off. *A* 4. e) et *add. A* 2. *C* 3. 4. f) *ita C* 3. 4; *legendum est* M⁰CXLV. g) biterbi *alia manu mut.* viterbii *C* 3; viterbi *C* 4. h) hitudo *postera manu mut.* similitudo *C* 3.

I. C. M. Laurent, Peregrinatores medii aevi quatuor, Lips. 1864, *p.* 174; *Burchardi de Monte Sion Descriptio Terrae Sanctae* 13, 9, *ib. p.* 91. 1) *De hoc Ottonis in Italiam itinere nihil, nisi quod ipse hoc loco et supra VII,* 29 *fin. et infra VII,* 33. *scripsit, constat.* 2) *Vetralla, a Viterbio* 12 *km e meridie, ubi papa a.* 1145. *Dec.* 1—16. *morabatur; Jaffé-Löwenfeld, Reg. pont. nr.* 8796—8804. *Sed eum iam antea, ineunte fere mense Novembri, ibi fuisse ex hoc loco patet.* 3) *Ioh. Cassianus, Collat. X,* 2 *init.*

vino non admiscent sicut nos et illi[1]. Preterea[a] nativitatem Domini epiphaniae continuantes duas illas festivitates unam faciunt[2]. Pro his et aliis dum inter se dissentirent, Romanam ecclesiam iudicem eligentes consultum veniunt formamque sacrificii iuxta consuetudinem eius sibi tradi deposcunt[3]. Quos Romanus antistes[b] gratanter suscipiens missarum sollempniis ac sacrificii[c] secretis adhibuit diligenterque ea, quae fiebant[d] ibidem, eos animadvertere[e] monuit. Quod dum facerent intentique[f] sacro altari astarent, unus ex eis pontificali dignitate preditus, sicut[g] postmodum in plena curia retulit[h],
1145. in beati Martini octava, quando dedicatio ecclesiae beati
Nov. 18. Petri celebrari solet, summo pontifice divina misteria agente splendido[i] fulgore radium solis super caput eius coruscare et in ipso[k] duas columbas ascendentes[l] et[m] descendentes videt[n]. Cumque diligentius[o] hac illacque oculos circumferret nullumque[p] aditum, per quem lux illa transfunderetur[q], inveniret[r], deificum hoc[s] esse cognoscens ac ad obedientiam Romanae[t] sedis amplius[u] accensus cunctis[v] quae viderat aperuit. At venerabilis pater[w] non suis hoc[x] meritis attribuens ipsius potius fide caelitus hoc[y] sibi monstratum affirmabat, ut videlicet ecclesia, a qua ipse[z] missus erat[a], sacramentorum virtutem

a) Propterea *A* 2. b) pontifex *A* 4. *B* 1. c) sacrificiis *B* 2. d) ibi. fieb. *C* 3. 4. e) advertere *C* 3. 4. f) intenti *C* 3. g) sic *C* 3. h) rettulit *B* 2. *C* 1. i) splendore *mut.* splendidore, *mut. alia manu* splendidiore *C* 3. k) radio *add. C* 3. 4. l) asc. *om. C* 3. m) et *erasum C* 3. n) vidit *A* 4. o) diligentes *A* 3. p) nullum *C* 4. q) transfuderetur *A* 1; infunderetur *C* 3. 4. r) videret *C* 3. 4. s) h̄ (= haec) *A* 1; hoc *om. C* 3. 4. t) apostolice *C* 3. 4. u) magis *C* 3. 4. v) que vid. cunctis *A* 2; cunctis visum ap. *A* 4. w) Eugenius *add. C* 3. 4. x) h̄ (= haec) *A* 1; pater h̄ non sibi sed fidei illius attribuit, ut *A* 4. y) hoc *om. C* 3. 4. z) missus ipse *C* 3. 4; cuius missus *A* 4. a) fuerat *A* 1—3. *B* 2. 4.

1) *Cf. Reg. Gregorii VII. papae VIII,* 1, *Jaffé, Bibl. rerum Germ. II, p.* 423 *sqq., ubi tamen rectius Armenii azyma cum Romana ecclesia, non cum Graecis fermentatum sacrificare dicuntur; cf. Mansi, Concil. ampliss. coll. XXII, col.* 200. 202 *(ex actis synodi Tarsi a.* 1177. *habitae).* 2) *Id est ipso epiphaniae die festum dominicae nativitatis agunt; cf. quae Wilbrandus de Oldenborg I,* 22. *anno* 1212. *praesens hac de re scripserit l. c. p.* 177 *sq.; syn. Tars. a.* 1177, *Mansi XXII, col.* 199. 3) De fidei articulis, in quibus a nobis dissentire videtur populus *Catholici Armeniorum, iam a.* 1142. *Hierosolymis praesidente Romanae ecclesiae legato* habitus est tractatus, et ex parte eius promissa est in multis correctio, *teste Guil. Tyr. XV,* 18. *Cf. W. Heyd, 'Die Kolonieen der römischen Kirche in den Kreuzfahrer-Staaten', 'Zeitschrift für die histor. Theologie, herausg. von Niedner'* 1856. *p.* 291 *sqq.*

veritatis luce perfusa cognosceret ac deinceps, quali ea reverentia et forma[a] tractare deberet, addisceret[b].

Retulit etiam prefatus episcopus, quod in confinio Armeniae quaedam gentes[c] essent, quae fetus suos fetentes generarent eosque statim ad aquas Armeniorum lavandos transmitterent; quos[d] illi baptismatis unda tinguentes innatum eis fetorem propellerent, mox tamen[e] remissi[f] ad paganismi[g] ritum et spurciciam redirent[h]. Quod utrum faciendum esset[i], item Romanam ecclesiam consuluerunt*.

266. *XXXIII.[k.]** Vidimus etiam ibi[l] tunc pretaxatum[m] 1145.
de Syria Gabulensem episcopum[1], cuius precipue opere[n]

*) *Hoc loco C* 3. 4 *addunt partim ex initio capituli* 26. *et ex secunda capituli* 21. *parte repetita, partim ex capitulo* 34. *omisso desumpta:* Circa hec tempora Cŏnradus Maraviensis comes conspiratione cum Boemis facta ducatum terre illius affectans de Maravia in Boemiam exercitum duxit. Cui dum Labezelaus dux cum copiis occurrere pararet, a suis proditus fuge presidio vix periculum mortis evasit. Sicque profugus ad regem Cůnradum veniens casum suum deplorat. Quem rex misericordia motus cum exercitu in Boemiam reduxit ac pentecosten[o] in urbe Braga, regionis ipsius metropoli, celebrato, Cŏnrado fugato, in ducatum restituit. Qui post discessum regis modico supervivens tempore Lauzlaum[p] successorem habuit, qui sororem regis Cŏnradi nomine Gerdrudem in matrimonium accepit[2]. Hic Boricium fratrem Stephani regis Ungarorum, filium Colomanni, sed ex alia matre quam Stephanus, videlicet Rutenorum sive[q] Chios regis filia, a Bela Almi filio, ut superius relatum est, regno paterno expulsum ad regem Chŏnradum flebili voce conquerentem paterni[r] privationem regni deduxit, interventuque ipsius auxilium regis impetravit. *Post haec C* 3. 4 *habent capitulum* 30. *prius omissum ac tum demum c.* 33.

Otto Fris. VII, 26. *ib. VII,* 34. *ib. VII,* 21. *ib. VII,* 34.

**) *C* 3. 4 *capitulum* 33. *mutatum ampliatumque praebent:* Capta itaque Edissa, que et Rhoas[3], episcopus Gabulensis

a) et forma *om. C* 3. 4. b) addiceret *C* 4. c) gentis *C* 4. d) dum *add. C* 3. 4; cum *add. Cusp.* e) inde *C* 3. 4. f) reversi *A* 4. *C* 3. 4; *in marg.* al's. inde reuersi *add. Cusp.* g) paganos. iniritū (= iniritum?) *A* 4; paganos in ritum *B* 4; ad paganismi ritum, -mi *supra locum rasum B* 2. h) redibant *Cusp.* i) facere deberent *C* 3. 4. k) XXXII. *A* 3; XXVIII. *C* 3; 26. *C* 4. l) tunc ibi *A* 2. 4. m) pretexatum *A* 2. 4. *B* 2 *(secundum* -e- *mut. ex* a*)*. n) opera *Cusp.* o) pentecost *C* 3; penthecost *C* 4. p) lauzlaus *corr.* lauzlaū *C* 3; Lauzelaus *C* 4. q) sive *om. C* 4. r) pat. *om. C* 4.

1) *Hugonem; cf. supra VII,* 28, *p.* 354. 2) *Wladislaus iste, qui ante a.* 1142. *Conradi III. regis sororem uterinam uxorem duxit, ipse idem est, qui a.* 1142. *a Conrado Maraviensi expulsus a leviro suo rege restitutus est.* 3) *Supra VII,* 30, *p.* 357, *l.* 2.

ad plenum Antiochia Romanae sedi subesse cepit[1], tam de patriarcha suo Antiocheno[2] et de principis matre[3], Balduini[a] Hierosolimitani[b] quondam[c] regis filia[4], querimoniam facientem, quam de spoliis Sarracenis ablatis

---

Otto Fris. VII, 33. de Siria, cuius precipue opere ad plenum Antiochia Romane sedi subesse cepit, summum pontificem adiit et in Romana curia periculum transmarine ecclesie lacrimabiliter conquerendo exposuit, cupiens Alpes transcendere ad[d] regem Romanorum et Francorum pro flagitando
ib. VII, 28. auxilio. Hic idem venerabilis episcopus Kaloiohannem Constantinopolitanum[e] imperatorem totam Syriam ferro flammaque vastantem ab impugnatione urbis Antiochie sub interminatione Romani pontificis atque Romani imperatoris ante aliquot[f] annos[5] intrepide prohibuerat, asserens eam Latinorum esse et a Francis et Romanis inhabitari debere, et ob hoc ad Romanam curiam veniens domino apostolico et omnibus Romanis acceptus erat. Habuit
ib. VII, 33.
etiam idem episcopus querimoniam de matre principis
ib. VII, 28. Antiochie Raimundi, qui prefato imperatori Kaloiohanni provinciam illam pro peccunia cum ipsa urbe Antiochia iuraverat et ad hoc inductum illudens ad predictam illius[g] provincie vastitatem in-
ib. VII, 33. citaverat. Huius Raimundi mater, Baldewini Hierusalem quondam regis filia, de spoliis Sarracenis ablatis prefato Gabulensi episcopo decimas dare detrectavit, ipso iure antiquitatis exemplo Abraheh[h], qui eas Deo recognoscens de suis spoliis Melchisedech obtulit, exigentem[i] ac super hoc auctoritatem apostolice sedis requirentem[i]. Narravit idem episcopus in curia Romana de Iohanne presbitero, qui ultra Persidem et Armeniam in extremo oriente habitans in India[6] rex et sacerdos cum sua gente Christianus est, sed Nestorianus, quomodo Persarum et Medorum reges fratres, Saniardos dictos[k], bello pecierit atque Egbatani sedem regni eorum expugnaverit. Cui dum prefati reges cum copiis Persarum et Medorum occurrerent,

a) Balduuini *A* 4; Baldevvini *B* 1; Baldwini *B* 4. b) hirl'im, *et alio atram. supra lin.* tani *C* 1. c) quondam *om. A* 4; regis quondam *C* 1. d) et *C* 4. e) Constantinopolitano *corr. alia manu* -tanū *C* 3. f) aliquod *C* 3. g) ipsius *C* 3. h) habrae *C* 4. i) exigente .... requirente *C* 4; *sed vide p.* 365, *l.* 4. 5. k) dictos *om. C* 4.

1) *Hugo inter adversarios Radulfi patriarchae Antiocheni, qui sedem suam Romanae ecclesiae subiacere dedignabatur, nominatur a Guil. Tyr. XV,* 16. 2) *A.* 1142. *vel* 1140. *Aimericus Radulfo deposito subrogatus erat; cf. R. Röhricht, Syria sacra, 'Zeitschr. des deutschen Palaestina-Vereins' X, p.* 3; *idem, 'Geschichte des Königreichs Jerusalem' p.* 225. 3) *Immo socru, Boemundi II. principis vidua, Constantiae Raimundo principi nuptae matre.* 4) *Elisa.* 5) *V. supra VII,* 28. 6) *Epist. Iohannis presb. §* 12, *ed. F. Zarncke, 'Abhandl. d. Kön. Sächs. Ges. d. Wissensch.' XVII, 'philol.-hist. Cl.' VII (*1879*), p.* 910: In tribus Indiis dominatur magnificentia nostra.

iure antiquitatis exemplo Abrahae[a] decimas, qui eas, Deo recognoscens victoriam, de suis spoliis Melchisedech dedit, exigentem ac super hoc apostolicae sedis auctoritatem requirentem. Audivimus eum periculum transmarinae ecclesiae post captam Edissam lacrimabiliter conquerentem et ob[b] hoc Alpes transcendere ad regem Romanorum et Francorum pro flagitando auxilio volentem[1]. *Gen. 14, 20.*

Narrabat[c] etiam*, quod ante non[d] multos annos Iohannes quidam[2], qui ultra Persidem[e] et Armeniam[f] in extremo[g] oriente habitans rex et sacerdos cum gente sua Christianus est, sed Nestorianus[h·3], Persarum et Medorum reges fratres, Samiardos[i] dictos[4], bello petierit atque Ebactani[k], cuius[l] supra mentio habita[m] est[5], sedem regni eorum expugnaverit[n·6]. Cui dum prefati reges cum Persarum[o], Medorum, Assyriorum copiis occurrerent[p], triduo utrisque[q] mori magis quam fugere

---

triduo utrisque[q] mori quam fugere malentibus dimicatum est. Presbiter Iohannes tandem versis in fugam Persis cruentissima cede victor extitit. Post hanc victoriam narravit predictum Iohannem ad auxilium Hierosolimitane ecclesie procinctum movisse, sed cum ad Tigrim venisset, *etc. ut p.* 366, *l.* 6.

*) *A* 1*a manu s. XIII. in marg. add.:* Hic narrat de Iohanne prespitero, qui rex et sacerdos Indie dicitur.

a) habere *A;* habrahe *B* 2. b) ab *C* 1. c) Hic retulit non ante multos annos Iohannem quendam ultra Persidem in extremo oriente regem et sacerdotem cum gente sua Christianum, sed Nestorianum, quod Pers. — bello petierit *A* 4. d) non *om. B* 2. e) Persidam *B* 4. f) armemiam *C* 1. g) *in verbo* extremo *desinit exeunte folio* 103[v]. *antiqua manus saec. XII. in B* 1; *ea quae sequuntur ibi manu saec. XIII, eadem qua Annales qui dicuntur Marbacenses, adiecta, sed usque ad finem libri VII. ex vetere ipsius codicis textu rescripta sunt, nobis signata B* 1′. *Aliud veteris textus B* 1 *exemplar exstat in B* 1*a, priori interdum praeferendum.* h) Nestorianos *A* 1—3. i) Sâinardos *B* 1′; sainar | dictos bello *corr.* sainar | dos bello *B* 1*a*; san iardos *C* 1; *cf. p.* 364, *l.* 34. k) ecbactani *B* 1*a*; *cf. p.* 366, *l.* 35. l) cuius — habita est *om. A* 4. *C* 3. 4. m) *ita B* 1′. 1*a. C* 1; facta *A* 1—3. *B* 2. 4. *Albr.* 1145; *cf. n.* l. 4 n) expugnavit *B* 1*a.* o) et *add. B* 4. *C* 3. 4; Pers., Med., Ass. *om. A* 4. p) occuret *B* 1*a.* q) utriusque *B* 2. *C* 4.

1) *Cf. Hist. Mauriniac. monast. l. III, SS. XXVI, p.* 45, 20: Venerunt ergo ab Antiochia et Hierusalem in nostram regionem legati a primoribus partium illarum missi *etc.* 2) *Cf. F. Zarncke, 'Der Priester Johannes' in 'Abhandl. der Königl. Sächsischen Gesellsch. der Wissensch., philol.-hist. Cl.' VII (*1879*), p.* 827 *sqq.; cf. VIII (*1876*), p.* 1 *sqq.* 3) *Apud Ibn-el-Athîr p.* 112 *(v. p.* 366, *n.* 1*) Manichaeus dicitur. Cf. Zarncke l. c. VII, p.* 868. 4) *His regionibus tunc Seldschuki imperabant, quorum sultanatum Sandschar († 1157), qui orienti praeerat, eiusque fratris Mohammedi († 1118) filius Masud (*1131—1152*), qui in occidentis partibus sedem habebat, tenebant.* 5) *VII,* 3, *p.* 313. 6) *Cf. Zarncke l. c. VII, p.* 862.

1141. (Sept. 9). volentibus[a], dimicatum est. Presbyter Iohannes — sic enim eum[b] nominare[c] solent[d] — tandem[e] versis in fugam Persis cruentissima[f] cede victor extitit[1]. Post hanc victoriam dicebat predictum Iohannem ad auxilium Hierosolimitanae[g] ecclesiae procinctum movisse[2], sed, dum ad Tygrim venisset ibique nullo vehiculo traducere exercitum potuisset, ad septentrionalem plagam, ubi eundem amnem hiemali glacie congelari didicerat[3], iter flexisse. Ibi dum per aliquot[h] annos moratus[i] gelu exspectaret, sed minime hoc[k] impediente aeris temperie obtineret, multos ex insueto caelo de exercitu amittens ad propria redire compulsus est[l]. Fertur enim iste de antiqua progenie illorum, quorum[m] in Evangelio mentio fit[n.4], esse magorum eisdemque[o], quibus et illi[p], gentibus imperans tanta gloria et habundantia[q] frui, ut non[r] nisi sceptro smaragdino[5] uti dicatur. Patrum * itaque suo-

*) *C* 3. 4 *sequentia ampliata exhibent:* Patrum itaque suorum accensus exemplo, qui in cunabulis Christum adorare venerunt, Hierosolimam ire proposuerat, sed pretaxata causa impeditus est. Extat huius Iohannis epistola presbiteri ad Manuel Constantinopolitanum[s] imperatorem tam multa de sua gloria et diviciis et Indice regionis opulentia continens, ut pleraque incredibilia videantur[6]. Sed[t] hec hactenus.

Sequitur Ottonis de S. Blasio continuatio, nulla nisi capitum solum distinctione facta — at C 4 *hoc loco eadem manu eodemque atramento in marg. add.:* Hactenus Otto Frisingensis episcopus. Abinde Otto de Sancto Blasio —, *et post eam catalogus regum et pontificum, omissis Ottonis Frising. capitulis* 34. *et* 35.

a) cupientibus *A* 4; magis volentes quam fugere *A* 2. b) c̄ (= cum) *B* 1*a*. c) noiare *A* 2; sic enim appellari solet, cruenta cede Persas fugavit, dicebatque eundem Ioh. *A* 4. d) soleret *B* 1*a;* solēt, -et *e corr. B* 4. e) tandemque *B* 4. f) crudelissima *B* 1*a*. g) hisrahelimitane *corr.* hierosolim. *C* 1. h) *ita A* 2. *B* 1′. 1*a*. 4. *C* 1. 4. *Albr.;* aliquod *A* 1. 3. 4. *B* 2. *C* 3. i) moraretur et *B* 1*a*; mor. *om. A* 4. k) imp. hoc *B* 1′; imp. *om. A* 4. l) compellitur *C* 1; propria rediit *A* 4. m) quorum — fit *(l.* 14*) om. A* 4. n) sit *C* 1. o) -que *om. A* 2. *C* 3. 4. p) isti *A*. q) habundia *C* 4. r) non *om. B* 1′. s) Constantinopolitano *corr.* -tanū *C* 3. t) Sed hec hact. *om. C* 4.

1) *A.* 1141. *Sept.* 9. *Sandschar inter Oxum et Iaxartem fluvios a Yeliu-tasche kukhano usque ad internitionem victus est; cf. 'Ibn-el Athirs Chrönika. Elfte delen öfv. af C. I. Tornberg, Häftet I', Lund* 1851, *p.* 108 *sqq.; Zarncke l. c. A.* 1141. *recte etiam Contin. Admunt., SS. IX, p.* 580, *habet.* 2) *De hac re tacet epist. Iohannis presb. §* 11, *ed. Zarncke l. l. VII (*1879*), p.* 910. 3) *Ad fabulas de Alexandro Magno medio aevo tritas remisit Zarncke l. c. VII, p.* 871. 4) *Matth.* 2, 1 *sqq.* 5) mensa est de pretioso smaragdo *epist. Ioh. presb. §* 66, *l. c. p.* 918. 6) *Vide epist. Iohannis presb. a Zarncke loco supra p.* 364, *n.* 6. *citato editam.*

rum, qui in cunabulis Christum adorare venerunt, accensus exemplo Hierosolimam[a] ire proposuerat, sed pretaxata[b] causa impeditum[c] fuisse asserunt. Sed hec hactenus[d].

XXXIIII.[e] At[f] Eugenius cum Romanis hoc tenore[g] 1145. (Dec.). pacem fecit, ut patriciatus dignitatem exfestucarent et prefectum in pristinam dignitatem reciperent, senatores vero ex eius auctoritate tenerent[1]; sicque in Urbem[h] rediens[2] nativitatem[i] Domini ibidem celebravit incipiente Dec. 25. anno dominicae incarnationis M⁰C⁰XL⁰VI⁰. Ubi rursum a populo Romano pro excidio Tyburtinorum in tantum de die in diem sollicitatur, ut a Lateranensi palatio, in- 1146. (Ian.). probitatem eorum non sustinens, ad Transtyberinam regionem migrans[3] *animam* suam *vitae* suae *tede*re con- Iob 10, 1. fiteatur.

Rex quoque eadem nativitate[k] in palatio Aquis 1145. Dec. 25. celebrata Baioariam[l] ingreditur. Ibi eum Boemorum[m] 1146. dux Labezlaus supra nominatum Boricium[n.4] secum ducens adiit[5]. Is flebili ac miserabili voce querimoniam suam de privatione paterni regni depromens, quatinus auctoritate imperiali, ad quam tocius orbis spectat patrocinium[6], ei subveniatur, deposcit eiusque super hoc promissum interventu predicti Boemorum[m] ducis eiusque consortis Gerdrudis, sororis regis[7], honesto intercedente placito[8] impetravit[9]. Exhinc non solum inpresentiarum perturbationes sentimus[10], sed et maiores superventuras

a) hierl'ima *A* 2. b) pretexata *A* 3; pretexata *corr.* pretaxata *A* 4; *manu recentiore superscr.* pretacta *B* 2. c) eum *add. B* 1'; impeditus est. Sed *A* 4. d) *hoc loco desinit C* 1; *cf. p.* 366, *n.* *. e) XXXIII. *A* 3. f) Et *A* 1. 4. g) tempore *Cusp., Albr.* 1146. h) urbe *B* 1*a*. i) *ita B* 1'. 1*a*. *Albr.*; nat *A*. *B* 4; natale *B* 2. k) ciuitate *A* 1—3 (c- *erasum A* 1); festiuitate *A* 4; nat *B* 1*a*. l) Banwar. *B* 1'. m) Boemiorum *B* 1*a*. n) Boericium *B* 1'; Boricū *B* 1*a*.

1) *Annuatim in Capitolio constituendos; cf. L. Halphen, 'Études sur l'administration de Rome au moyen âge' p.* 54 *sq.* 2) *Iam die* 21. *Dec. Laterani erat, Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 8808. 3) *Inter dies* 24. *et* 28. *Ian.* 1146; *cf. Jaffé-Loewenfeld nr.* 8849. *et* 8850. *Die* 25. *Mart. in Sutrina civitate,* 23. *Maii Viterbii moratus est, ubi usque ad finem a.* 1146. *permansit; cf. Jaffé-Loewenfeld nr.* 8895. 8923 *sqq.* 4) *Supra VII,* 21, *p.* 342. 5) *Hoc ante tempus paschale (Mart.* 31) *loco incerto factum est.* 6) *Cic. De off. II,* 8, 27, *cuius verba supra II,* 44, *p.* 120, *l.* 4. *allata sunt. Cf. Rahew. Gesta Frid. III,* 13. 7) *Filiae Leopoldi III. marchionis Austriae.* 8) pecunia *Contin. Admunt., SS. IX, p.* 581. 9) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 31. 10) *A.* 1146. in paschali ebdomada *(Mart.* 31. — *April.* 6, *Contin. Admunt. l. c.)*

ex his aliisque argumentis formidando conicimus[a·1]. Ecce enim inter nostrum et Ungarorum regnum[2], non solum isto militem[b] instaurante[c], sed et illo multos ex nostris[3] peccunia corrumpente, valida expectatur[4] commotio. In Polunia[d] inter tres[5] fratres terrae principes miserabilis auditur tumultuatio, in Belgica[e] Gallia virorum potentum[f·6] indefessa conflictatio. *Apud nos vero *p. 7
tam tetra iam[g] videtur confusio, ut[h] non solum reliquo
1146. anni circulo preda et incendio cuncta permisceant, sed
(Febr.-Mart.). et in ipso quadragesimali et penitentiali tempore contra divinas et humanas leges desevire[i] non[k] pertimescant[7]. Tanta[l] postremo preteritorum memoria, presentium in-
2. Cor. 1, 9. 8. cursu[m], futurorum metu discriminum urgemur, *ut responsum mortis in nobis* accipientes *etiam tedeat nos vivere,* presertim cum tam ex peccatorum nostrorum multitudine quam tumultuosissimi temporis[n] feculenta improbitate haut diu stare posse[o] mundum[8] putaremus, nisi sanctorum meritis vere[p] civitatis Dei civium, quo-

a) -ci- *supra lin. B* 2; concinimus *B* 4. b) milite *B* 1*a*. 2. c) instaurantē *B* 4. d) *ita scripsi;* Polimia *A. B (forsitan interdum* polunia *legere tibi videaris A* 1*);* Polonia *Cusp., Albr.;* etiam *add. Cusp.* e) Bellica *B* 1′. f) potentium *A* 2. 4, *corr.* potentum *A* 2; fortium *B* 1′. g) iam *om. A* 2. h) uti *B* 2. i) deservire *corr.* desevire *A* 2. *B* 2. k) non *om. B* 1*a*. l) Tanto *B* 1′. m) *ita B* 1′; incursum *A. B* 2; incursus *B* 1*a*. n) imperatoris *A. Cusp., ubi in marg.* als. tēporis. o) mundum put. non posse *B* 1*a*. p) verae *Cusp.*

quidam comites de Orientali marchia *(Ottonis Gesta Frid. I,* 31*) castrum Pressburg fraude ingressi a Geisa rege pecuniae pactione redire compulsi sunt.* 1) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 31. 2) *Quod tunc temporis Belae II. (†* 1141*) filius Geisa II. tenebat.* 3) *Inter quos Welfo comes fuisse videtur; cf. Hist. Welf. Weingart. c.* 26. 4) *Haec ante diem* 11. *Sept.* 1146. *scripta sunt, quo Teutonicos Ungari in fugam verterunt. W. Cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 33; *Contin. Zwetl. I. ad a.* 1147, *SS. IX, p.* 538. 5) quatuor *rectius Otto, Gesta Frid. I,* 30. *Wladislaus II, Boleslai III. (†* 1138*) filius natu maximus, qui Ottonis sororem nomine Agnetem in matrimonium duxerat, fratres suos suo dominio subicere vel etiam patria pellere moliebatur. A.* 1146. *mense Aprili regem in curia Kainae habita adiit, qui sequente mense Augusto in eius auxilium frustra Poloniam ingressus est. Cf. etiam Rahewini Gesta Frid. III,* 2. 6) *Alberonis archiep. Treverensis et Heinrici Namurcensis comitis, advocati S. Maximini; cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 30. *Qui inde ab a.* 1141. *indesinenter inter se bellantes a. demum* 1147. *Ian.* 2. *reconciliati sunt.* 7) *Heinrico Baioariae duce, fratre Ottonis, et Heinrico Ratisponensi episcopo invicem discordantibus Bohemi a duce in auxilium adsciti* omnem pene regionem circa Ratisponam incendiis ecclesiarum et villarum devastaverunt, *Contin. Cremifan., SS. IX, p.* 544 *sq.; cf. Ottonis Gesta Frid. I,* 30 *sq.; Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 480 *sqq.* 8) *Cf. Gregor. Magni* 40 *homil. in evang. lib. I,* 1, 5: Nolite ergo, fratres mei, diligere, quem videtis diu stare non posse.

rum in toto orbe copiosa varie et pulchre distincta florent collegia[a], sustentaretur*.[1].

Sed quia mutabilium rerum ab Adam usque ad[b] presentem[c] annum, qui ab incarnatione Domini M^{us}C^{us}XL^{us}VI^{us}[d], ab Urbe condita M^{us}DCCCC^{us}XVIII^{us}.[e] [2], Conradi nonagesimi tercii ab Augusto nonus[f].[3], Eugenii tercii summi pontificis secundus[4] est, seriem qualitercumque percensui multiplicesque mortalium miserias involvi, diversos religiosorum ordines[g], quorum, ut dixi, sanctitate a misericordissimo iudice malignitas mundi subportatur, silentio preterire incongruum arbitramur, ut tantorum malorum turbulentiae clarorum[h] virorum gesta insignia[i] metam et articulum ponamus[k].

XXXV.[1] Igitur exceptis his, qui *sobrie, pie*[m] *et iuste* *Tit. 2, 12.* ex clericis et laicis sua *tamquam non* sua *possidentes* *1. Cor. 7, 30.* fratrum necessitatibus misericorditer deserviunt, diversa sunt sanctorum agmina, qui propriis desideriis, facultatibus, parentibus iuxta mandatum evangelicum abrenuntiantes[5] *Luc. 14, 33.* crucemque per mortificationem carnis[n] iugiter portantes caelesti desiderio pleni Christum secuntur. Quorum alii in urbibus, castellis et[o] vicis et agris commorantes proximis normam recte vivendi verbo et exemplo tribuunt; alii non[p] quidem commanentiam hominum aspernantes, sed quieti suae amplius providentes frequentiam fugiunt solique Deo vacantes ad silvarum abditorumque[q] locorum[r] latibula se conferunt. Illi lucem suam lucere coram hominibus[6] ad gloriam Dei non abnuunt; isti mortuos se mundo cognoscentes vitam

*) *A* 4 *post* sustentaretur *ex Ottonis Gestis Friderici I. imperatoris habet sub numeris* XXXV. — XXXVIIII. *libri primi capitula* 24. 28. 30. 31. 33—35. 37. 40 (— faciendo miracula). 42. 44—47 *in.* (— relinquimus).

a) collegio *A*. b) in *A*. c) presetem *A* 3. d) M^{o}C^{o}XL°VI° *A* 1. e) M^{o}DCCCC^{o}XVIII° *A* 1; M^{9}DCCCC^{9}XVIII^{9} *mut.* M^{9}DCCC^{9}XCVIII^{9} *B* 2. f) X^{9} *A* 4. g) episcoporum et aliorum *add. B* 1*a*. h) clalorum *manu recentiore corr.* clarorum *B* 2. i) infignia *A* 2. k) *hoc loco desinunt ea, quae ex Ottonis Chronica exscripta sunt B* 4, *ubi in marg. super. f.* 150*a*. *alio atram.:* Huc usque Otto Frisingū epc chronicā suā pduxit. l) XL. *e corr. A* 4. m) pie *om. B* 1*a*. n) cr. mortificationis in carne *Cusp.* o) et *om. B* 1′. p) non *om. A*. q) -que *om. A*. r) lat. loc. *B* 1*a*.

1) *Cf. supra VII,* 21 *fin.* 2) MDCCCXCVIII. *Otto scribere voluisse videtur, cf. supra III,* 6, *p.* 141, *l.* 21. 3) 13. (7.) *Mart.* 1146—1147. 4) 18. (15.) *Febr.* 1146—1147. 5) *Cf. Reg. S. Benedicti, Prol.; supra II,* 34, *p.* 108. 6) *Matth.* 5, 16: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem.

Col. 3, 3. suam *cum Christo in Deo* in presenti abscondunt[1] gloriamque suam, donec Christus[a] vita eorum gloriosus appareat, enitescere non cupiunt. Eque tamen omnes vitae et[b] conscientiae puritate ac[c] sanctimonia caelesti et[d] ange-
Act. 4, 32. lica in terris vita degunt. Commanent autem *cor unum et animam unam* habentes in unum in cenobiis vel ecclesiis, somnum[e] simul capiunt[2], unanimiter ad orationem surgunt, in una domo pariter[f] reficiuntur, orationi[g], lectioni, operi[h] die noctuque ita indefessa incumbunt vigilantia, ut excepto illo[i], quo lassa[k] quieti membra vilibus et vimineis stramentis[l] seu sago tradunt, momento aliquod horarum spacium sine divina occupatione nefas arbitrentur effluere, in tantum ut in ipsa naturali refectione divinae scripturae iugiter intenti[3] spiritum malint[m] saginare quam corpus. Abstinent vero omnes[n] communiter a carnibus[3]. Alii autem ab[o] omnibus delicatioribus cibis vinoque se cohibentes legumine interdum[p], interdum pane tantum utuntur et aqua[q]. Quid de celibatu ipsorum[r] dicam? cum ita communem et indultam humano generi nuptiarum[s] legem transcenderint, ut quidam ex eis non solum interna, sed et externa claustra tanta[t] cum diligentia observent, quod nulli umquam qualibet de causa, sed nec orationis obtentu introeundi aditus pateat feminarum. Omnibus enim diversorum opificum officinis, id est pistorum, fabrorum, textorum aliorumque, ne foras ullus eorum evagandi occasionem habeat, intro[u] positis[4] hisque[v] studiosissime septis, porta in exteriori atrio posita est. Ubi[w] religiosus et timoratus frater iugiter manens[4] omnes[x] supervenientes hospites, peregrinos[y], pauperes alacriter et benigne tamquam ipsum Christum suscipiens, primo ad oratorium ductos[z] in cellam hospitalem, lotis ante[a]

a) x̊ *A* 1; x. *A* 3. b) et *om. B* 1*a*. c) a *B* 2. d) etiam *Cusp.* e) omnes *add. B* 1′. f) ref. par. *A* (reficiantur *corr.* reficiuntur *A* 1; reficuntur *A* 2). g) et *add. Cusp.* h) operique *Cusp.* i) momento *hoc loco add. B* 1′. 1*a*, *mox (l.* 12*) post* tradunt *omisso.* k) lapsa *B* 1*a*. l) stamentis *B* 1*a*. m) malunt *A* 2. *B* 1′. 1*a*. n) comm. omnes *B* 1′. o) ab *om. B* 1′. p) interdum *delet. B* 2. q) *ita B* 1′. 2. 3; tm pane et aqua ut. *A* 2. 4; tm̄ (= tamen) pane ut. et aqua *A* 1. 3; cum pane ut. et aqua *Cusp.*; pane et aqua tm̄ ut. *B* 1*a*. r) ips. *om. B* 1*a*. s) nuptiarum *B* 2. t) tanta *om. A*, *post* cum *colloc. B* 1*a*. u) intro pos. *om. B* 1*a*. v) bisque *A* 2. w) Ubi — ostendunt *(p.* 372, *l.* 13. 14*) om. B* 1*a*. x) omnesque *B* 1′. y) paup. peregr. *A* 2. z) ductus *A* 1—3. *B* 2. a) prius *B* 1′.

1) *Col.* 3, 3: Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. 2) *Cf. Reg. S. Benedicti c.* 22. 3) *Cf. ib. c.* 38. 4) *Cf. ib. c.* 66.

eorum pedibus ac deinde[a] omnibus humanitatis officiis devote exhibitis, collocat[1]. At femina, si exhortationis seu alterius officii causa supervenerit[b], extra dimittitur, eamque monasterii pater vel aliquis ex fratribus non in domo nec solus, sed sub divali et patenti loco solum et rarum tectum propter pluvias habente alloquitur. Alii vero, etsi eas orationis gratia ab oratorio non se-
268. cludant, ad interiora *tamen[c] fratrum receptacula introire non permittunt. Porro se ipsos tanta sollicitudine custodiunt, ut non solum maiora delicta abhorreant, sed et[d] a minimis ac levissimis et quae nobis ex ipso usu[e] viluerunt[2] ita sensus suos cohibeant, ut rarissime[3], nisi soli Deo patrique[f] congregationis colloquentes[3], nutibus magis ac signis quam lingua ea quae necessaria sunt ab invicem requirant[4]. Si vero in aliquibus vel minutissimis ex humana infirmitate, negligentia[g], surreptione[h] quis eorum offenderit, ad locum ad hoc deputatum circa primam vel terciam horam concurrunt ibique divino prius adiutorio invocato culpas suas humiliter recognoscunt ac cum[i] karitate mutuo[k] se corrigunt. Ibi sedens senior mansueta severitate *sine ira et disceptatione* 1. *Tim.* 2, 8.
eos diiudicat frequenterque[l] divinarum scripturarum[m] sereno vultu, mellifluo ore informans eloquiis ita defecatos et ad unguem purificatos ad caelestis miliciae contubernium dignos tyrones in presentis vitae stadio preparat.

Sed quia in ipso vestibulo speciosa domus agnoscitur, qualiter interior eorum homo coram *discretore* *Hebr.* 4, 12.
cordium Deo intus fulgeat, habitus exterior apud homines foris[n] declarat. Sicut enim intus variis rutilant virtutum fulgoribus, ita foris diversorum utuntur colorum vestibus, iuxta illud psalmigraphi: *Omnis gloria eius*[o] *filiae regis* *Ps.* 44, 14 sq.
ab intus in fimbriis aureis circumamicta[p] *varietate.* Alii quippe apostolicam vitam ducentes, in ipsoque habitu innocentiae puritatem pretendentes munda et linea toga

a) inde *A* 2. b) superv. *om. A.* c) tm (= tantum) *A* 1. 2. d) et *om. B* 2. e) uisu *B* 1'. f) vel patri *B* 1'. g) negiligtia *B* 2; vel *add. Cusp.* h) surreptione *A* 2. i) cum *om. B* 1'. k) -o *supra lin. B* 2. l) -que *om. B* 1'. m) scriptuarum *A* 1. n) furis *A* 2. o) eius *om. A* 1. 3. *B* 2. p) circuamicta *A* 3.

1) *Cf. Regula S. Benedicti c.* 53. 2) *Cf. ex. gr. Vegetius, Epit. rei milit. III,* 26: usitata vilescunt; *cf. infra VIII,* 33, *p.* 452, *l.* 20. *et n.* 5. 3) *Cf. Reg. S. Benedicti c.* 6. 4) *Cf. ib. c.* 38.

utuntur, alii eiusdem ordinis viri[a] ob mortificationem carnis tunica lanea[b] asperius vestiuntur, alii omnibus exterioribus occupationibus liberi angelicam vitam in veste pretendentes eius suavitatem forma pocius ipsa quam sui mollicie typice figurant. Ponunt enim ad carnem tunicas asperrimas superque eas alias cum
cf. Is. 6, 2. caputiis[c] latiores, ex senis partibus tamquam totidem alis ad instar Seraphim constantes[1]. E quibus duabus, id est caputio, caput tegentes, duabus, id est manicis, omnem actionem suam velud manus ad Deum dirigendo ad superna volantes, duabus reliquum corpus ante et[d] retro velantes, divina se gratia preveniente et subsequente, contra omnia seva temptatoris iacula se munitos ostendunt[e]. Differunt autem[f] in hoc, quod alii ob contemptum mundi exprimendum eandem vestem nigram tantum[g] gerunt, alii vero de colore vel grossitudine[h] nichil causantes albam vel griseam aliamve, abiectam tamen[i] et asperam, ferre consueverunt. Taliter[k] intus et foris instructi ac per totum terrarum ambitum fertili copiosaque propagine[l] merito et numero in inmensum in brevi multiplicati signis radiant, virtutibus coruscant, divina revelatione sepius sublevantur, angelica et dominica visione in exitu vitae crebro consolantur. Infirmos
cf. Matth. 10, 8. curant, demones fugant caelestisque patriae dulcedinem, quantum in presenti licet, per contemplacionem interdum pregustant atque ob hoc, quamvis laboribus attriti, vigiliis exinaniti, ieiuniis attenuati sint, more cicadarum, quae famelicae plus grillire[m] solent, totam[n] pene noctem in psalmis, ymnis et canticis[o] spiritalibus pervigilem ducunt[p]. Manent[q] autem, sicut olim in Egypti[r·2], sic et nunc in Galliae Germaniaeque partibus habundantius, ut in hoc haut mireris potentiae seu sapientiae ab oriente ad[s] occidentem translationem[3], cum de religione itidem factum eniteat.

a) viri *om. B* 1′. b) linea *A* 1 — 3 *(post corr.* lanea *A* 3*)*. c) capitiis *A* 2. d) et *om. B* 2. e) *vide p.* 370, *n.* w. f) hoc modo viventes *add. B* 1*a*. g) tn̄ (= tamen) *A*. h) cross. *A* 2. i) tm̄ (= tantum) *A*. k) Taliter — eniteat *(l.* 34*) om. B* 1*a*. l) progenie *A*. m) grillare *A*. n) noctem pene totam *B* 1′. o) ymnis canticisque *B* 1′. p) *hoc loco sequuntur in B* 1′: Est preterea *(p.* 373, *l.* 1*)* — eminentius *(p.* 373, *l.* 5*); cf. n.* k *et p.* 373, *n.* b. q) Manet *B* 1′. r) Aegypto *Cusp.* s) in *A* 2.

1) *Haec et ea quae sequuntur similibus fere verbis leguntur in Cas. monast. Petrishus., Praef. c.* 2 *sq., SS. XX, p.* 624. 2) *Supra IV,* 14. 3) *Supra I, Prol., p.* 8; *V, Prol., p.* 227.

Est preterea diversis in locis ad singulare certamen spiritaliter instructum anachoretarum et solitariorum in genere optimo pugnae sanctum[a] collegium, numero quidem rarius, vitae vero austeritate superioribus vel equale vel eminentius. Quorum[b] alii sub priore degentes in remotis et abditis locis singuli singulas cellulas[c] velut sepulchra inhabitant, operibus manuum sustentantur, modico contenti pabulo annonam tocius ebdomadae sabbato accipiunt ac omnimode humanae consolationis expertes a colloquiis tantum[d] divinis et oratione non[e] recedunt. Dominicis solummodo diebus ad oratorium, quod[f] in communi positum[g] est, concurrunt[h] ac verbo sanctae exhortationis[i] a seniore irrigati[k], deificis salubriter refecti misteriis cum omni alacritate revertuntur. Alii vitae suae solum[l] Deum testem habere cupientes antris, speluncis, parietibus se includunt tantoque ardentius caelo suspensi sabbatizare creduntur, quanto amplius omnis humanae societatis extorres inveniuntur. Sunt etiam, qui squalorem[m] solitudinum[n] requirant, bestiale ferarum consortium non pertimescant, herba pascantur, pelle carnis pro operimento utentes, algore noctis et calore solis in modum Ethiopum denigrati, velud tympanum obrigescant atque terreno habitaculo in terra positi includi dedignantes tectoque caeli tantum utentes non se tam homines quam caelestis
369. *curiae contubernales esse demonstrant.

Omnes hii ab omni misero mundi rotatu, de quo supra disputatum[o] est, seclusi, post senarii[p] laboris perfectionem in veri sabbati pace eternam quietem pregustando positi[1], nostrae enormitatis benigni et idonei intercessores, huius septimi operis terminus[q] existant, nosque[r] ad ea quae secuntur, quis scilicet finis civitati Dei maneat, quae perditio reprobam mundi civi-

a) sanctum *om.* *B* 2. b) Quorum — demonstrant *(l.* 26*)* *om.* *B* 1*a*. c) cellas *A*. d) divinis tantum *B* 1′. e) nūq̄ *B* 1′ *(fere totum humore extinctum)* f) et *add.* *B* 2. g) est pos. *B* 1′. h) concurrere *B* 1′. i) cohortationis *Cusp.*; exhort. sanctae *B* 1′. k) irrigari *B* 1′. l) Deum solum *B* 1′. m) sualorem *A* 2; squ . . . . . *(reliqua humore extincta)* *B* 1′. n) solitudinem *B* 1′. o) dictum *corr. alio atram.* disputatum *B* 1*a*. p) senaris *B* 1′. q) term. *om.* *B* 1*a*. r) nosque — efficiant *(p.* 374, *l.* 1*)* *om.* *B* 1*a*.

1) *Cf. ex. gr. Beda, De temporum ratione* 66 *sqq., Auct. ant. XIII, p.* 248. 326 *sq.*

tatem expectet, dicenda precibus suis aptos efficiant. Amen[a].

EXPLICIT[b] LIBER SEPTIMUS[c].*.

Hii[d] sunt reges Italiae ante Urbem conditam[e]:

Italus[1].
Ianus.
Saturnus.
Picus.
Faunus
in Laurento[f.2].
Latinus.
Aeneas.
Ascanius[g].
Eneas Silvius.
Latinus[h] Silvius.
Alba Silvius.
Egyptus[i] Silvius.
Capis Silvius.
Carpentus Silvius[3].
Tyberinus[k] Silvius.
Agrippa[l] Silvius.
Aremulus Silvius.
Aventinus Silvius.
Proca[m] Silvius.
Amulius Silvius
in[n] Latio vel Alba regnaverunt[4].

Deinde[o] Urbe sub Numitore condita[5]:
Remus[p] et Romulus Rheae[q] Silviae filii.

*) *B* 1′ *minio add.:* Debuit enim hic pictura stare, sicut superius in aliis libris, de gloria celesti et penis inferni, sed hoc laicorum est et non litteratorum; non fuit necesse hunc laborem subire, cum quasi in speculo de utraque civitate satis evidenter legenti hic sit exaratum atque satisfactum, sicut sequentia demonstrant, *immediateque subiunctis octavi libri capitulis ipsoque libro octavo catalogum regum et pontificum postea in ultimo fine praebet.*

a) Amen *om. A* 3. *B* 1′. b) *ita minio B* 1′. 1*a;* Expl. l. sept. *om. A. B* 2; Finis *Cusp.* c) Catalogus regum et pontificum Romanorum *add. A* 4. d) XXXVI. *atramento nigro praemissum A* 1; XLI. *praemissum A* 4; Hii — imperatores *(p.* 375, *l.* 8*) om. A* 2; *ea quae sequuntur usque ad Dionysium papam et Claudium II. imperatorem (p.* 377, *l.* 12. *et* 14*) manu quam diximus (p.* 365, *n.* g*) saec. XIII, a nobis signata B* 1′, *scripta habet B* 1, *cuius veteris textus alterum exemplar exstat B* 1*a (cf. supra p.* 365, *n.* g*); totum catalogum regum, pontificum, imperatorum f.* 125. *et* 126. *neglegentissime scriptum cum f.* 127. *et* 128. *emendatum exhibent C* 3, *priorem illum perpaucis, quae signo C* 3[1] *notavimus, exceptis negleximus.* e) Latinorum reges ante urbem cond. *Cusp.* f) in Laurento *om. Cusp., qui addit:* Hi regnauerunt simul circiter annos 150. g) Aschanius *B* 1′; Ascaneus *B* 2; Aen. Asc. *om. Cusp.* h) Lat. Silv. *om. A* 4. *B* 1′. i) Egippus *C* 3. k) -nus *supra lin. suppl. B* 2; Tiberius *B* 3. l) Agippa *A* 3. m) Podea *A;* Proca, *alio atram.* Procax *C* 3; Pr. Silv. *om. C* 4. n) in Latio — regnaverunt *om. Cusp.* o) Deinde — condita *om. Cusp., qui addit:* Romanorum reges. p) Romulus et Remus *B* 1′. 1*a;* Remus et *et* Rh. Silv. filii *om. Cusp.* q) Rehee *A* 3; Rehe *B* 1*a. C* 3. 4; Rehee *C* 2.

1) *Hunc unde Otto desumpserit, nescio. Cf. ex. gr. Honorii Augustud. De imag. mundi lib. III, Migne, Patr. Lat. CLXXII, col.* 172. 2) *Cf. supra I,* 24. 3) *Is supra I,* 30. *omissus exstat apud Frut., SS. VI, p.* 46, 70. 4) *Cf. supra I,* 27. 30. 5) *Cf. supra II,* 2 *sq.*

Numa[a].
Tullius[b] Hostilius.
Ancus Marcus[c].
Tarquinius Priscus.
Servius[d.1].
Tarquinius Superbus
regnaverunt[e] in Urbe[2]. Exhinc fuerunt consules* usque ad imperatores[f.**.3].

ROMANI[g] PONTIFICES.	IMPERATORES[h].
	Octavianus Augustus[4].
	Tyberius.
	Gaius[i] Galigula[k].
Petrus[4].	Claudius.
	Nero. I. persecutio[l.5].

*) *B* 1′ *add.:* per CCCC[tos 6] annos.

**) *B* 1′ *add.:* quorum nomina et qui precipui et nominatissimi inter eos fuerint, in Ymagine mundi exaratos invenies, et[m] quid laudabiliter gesserint[n], breviter ibidem reperitur[7], sed hic in corpore libri plenius omnia inveniuntur; *Cusp. pro* Exhinc — imperatores: Romae post reges exactos consules quotannis bini creati (et in maxima urbis calamitate quandoque etiam creabatur dictator) usque ad imperatores. Primus autem consulum fuit Brutus.

a) Pompilius *add. Cusp.* b) Tullus *B* 3. *Cusp.* c) Martius *B* 3. d) Tullius *add. Cusp.* e) regn. in Urbe *om. Cusp.* f) Cathalogus regum et pontificum *add. B* 1′; Sequitur Cathalogus Romanorum ponficum(!) *add. C* 2; Cathalogus Romanorum pontificum et imperatorum *add. C* 3. g) Rom. *om. B* 1′. *C* 2. 3; Rom. pont. *om. C* 4. *Cusp.; pontificum et imperatorum catalogum mutatum praebet A* 2, *ubi singulis pontificibus singula ex brevi quadam paparum historia usque ad Leonem papam IX. petita adiecta sunt, quae edidit I. G. Eccardus, Corpus historicum medii aevi II (*1743*), col.* 1629—1640, *tum succinctos episcoporum Augustensium et abbatum SS. Udalrici et Afrae August. catalogos, typis expressos SS. XIII, p.* 278—280. *et XIV, p.* 556—559. h) Imp. *om. C* 4. *Cusp.;* Rom̄ *add. A* 2. i) Gagius *C* 2. 3. k) galilula *corr.* galigila *A* 1; caligula *C* 3. 4. l) I. persec̄ *A* 1; primus persecutor *A* 2; I. pers. *om. A* 3. 4. m) et quid — inveniuntur *(l.* 20*) postea fortasse, sed eadem manu scripta c.* n) gesserint *totum fere extinctum c.*

1) *Is supra omissus exstat apud Frut. p.* 54, 40. 2) *Cf. supra II,* 6 *sq.* 9. 3) *Cf. supra II,* 10. *III,* 3; *Frut. p.* 55 *sq.* 4) *Is qui sequitur Ottonis catalogus exscriptus est in Gotifredi Viterb. Pantheon rec. C, additis pontificatus et interdum imperii annis, mensibus, diebus, quibus quisque sedit, SS. XXII, p.* 282, *l.* 30. *et sqq.* 5) *Supra III,* 15, *p.* 153, *l.* 32. 6) 474 *Honorius Augustudun. De imagine mundi lib. III, Migne, Patr. Lat. CLXXII, col.* 179. 7) *Honor. l. c. col.* 177.

ROMANI PONTIFICES.	IMPERATORES.
Linus.	Galba [a. 1].
	Vespasianus.
Cletus [2].	Titus.
Clemens [b].	Domitianus. II[a] persecutio [c. 3].
	Nerva [d].
Anacletus.	Traianus. III[a] persecutio [e. 4].
Evaristus.	Adrianus [f].
Alexander [g].	
Xyxtus [h].	
Telephorus [i].	Antoninus [k] Pius cum filiis [5].
Yginus.	
Anicetus [l. 6].	Marcus Antoninus [m] Verus cum
Pius [n. 6].	fratre Lutio [7] Aurelio Com-
Sother.	modo. IIII[a] persecutio [o. 8].
Eleutherius.	Commodus post Antoninum [p].
	Elvius [q] Pertinax.
Victor [r].	Severus [9]. V[a] persecutio [s. 10].
Zepherinus.	Antoninus Caracalla.
*Calixtus [t] I[us] [u].	*Macrinus.
	Antoninus [v. 11].

a) Otto, Vitellius *add. Cusp.* b) Clemens *om. A* 1. 3. *B* 2 *(manu s. XVI. suppl. A* 1, *manu multo recentiore suppl. B* 2*)*; 1. *add. C* 2. c) II. (Sed's *A* 2) persecutor *A* 1. 2; II. per. *C* 2; II[a] persecutio *om. A* 3. 4. d) Nerva *om. A.* e) tercius persecutor *A* 2; III. persec̄ *B* 2; III. per. *C* 2; III[a] persecutio *om. A* 4. f) IIII[a] persecutio (IIII. persec̄ *A* 1; IIII. per. *C* 2) *add. A* 1. 3. *B* 2. *C. Catal. imp. et pont. Cenc., 'Archiv' XII, p.* 62; IIII. persecutor *add. A* 2; *cf. n.* o. g) I. *add. B* 1'. *C* 2. 3. h) Xystus *B* 1*a*; Sixtus *A* 2. *C* 2. 4. *Cusp.*; Syxtus *C* 3; Sixtus m̄r *post suppl. A* 4; I. *add. A* 2. *B* 1*a*. 3. *C.* i) Thelephorus *A* 1. *C* 3. 4; Telesphorus *A* 2; Thelesphorus *A* 4. *B* 1'. *Cusp.*; Thalephorus *C* 2. k) I[9] *add. C* 2. l) Anacetus *A* 2. *B* 1'. m) Antonius *B* 1'. n) *ita A. B* 1*a*. 2. *C*; Pius *recte ante* Anicetus *ponitur B* 1'. *Cusp.*; I. *add. B* 1'. o) *ita hoc loco B* 1'. 1*a*; V. persecuī *B* 2; V. per. *C* 2; V. perse. *C* 3; quinta persecutio *Cat. imp. et pont. Cenc. l. c., Chron. pont. et imp. ex cod. Veneto, SS. XXIV, p.* 109; IIII[a] persecutio *hoc loco om. A (etiam supra l.* 8, *n.* f *om. A* 4*). C* 4; *cf. n.* f. p) antoniū *B* 1*a*. q) Elyus *B* 1'; Elvius *mut.* Elius *B* 2; filius *C* 2; Elius *C* 3. 4; Aelius *Cusp.* r) primus *add. B* 1'; I[9] *add. B* 1*a*. *C* 3. s) *ita hoc loco B* 1'. 1*a*; V[a] pers. *om. A. C* 4, *hoc loco om. B* 2. *C* 2. 3. *Cat. imp. et pont. Cenc. l. c. p.* 63, *Chron. pont. et imp. ex cod. Veneto l. c.* t) Calistus *A* 2; Calixstus *A* 4. u) I[us] *om. C* 4. v) Antonius *C* 3[1]. 4. (Anth.).

1) *Cf. supra III,* 17 *in.* 18, *p.* 158, *l.* 21. 2) *Cf. supra III,* 19, *p.* 159. 3) *Supra III,* 19, *p.* 159, *l.* 10. 4) *Supra III,* 20, *p.* 160, *l.* 18 *sq.* 5) *Ita ex. gr. Oros. VII,* 14; *Chron. et Catal. n.* 6. *citati.* 6) *Ita etiam ex. gr. Chron. Hugonis de S. Vict., SS. XXIV, p.* 91; *Catal. imp. et pont. Rom. Cencianus, 'Archiv' XII, p.* 62; *Chron. pont. et imp. Amiat., Bandinius, Bibl. Leopoldina Laurentiana t. I, col.* 653 *sq.*; *Ann. Ceccan., SS. XIX, p.* 277. *alii. Ordine inverso recte supra III,* 23 *fin.* 7) *Praenomen habent ex. gr. Oros. VII,* 15; *Frut. p.* 105. *Cf. Chron. et Catalogi n.* 6. *allegati, etiam Chron. pont. et imp. ex cod. Veneto, SS. XXIV, p.* 109. 8) *Supra III,* 24, *p.* 165, *l.* 1. 9) *Didium Iulianum hic et supra III,* 26 *sq. non numerat. Cf. Chron. et Catal. n.* 6. *et* 7. *allegati.* 10) *Supra III,* 27, *p.* 166, *l.* 35 *sq.* 11) *Oros. VII,* 18; *Frut. p.* 107.

ROMANI PONTIFICES.	IMPERATORES.
Urbanus I[us a].	Alexander[b].
Pontianus.	
Antheros[c].	Maximianus[d]. VI. persecutio[e·1].
Fabianus[f].	Gordianus[g].
Cornelius[f].	Philippus cum Philippo filio, primus Christianus[2].
Lucius[f].	Decius[h]. VII[a] persecutio[i·3].
Stephanus[k].	Gallus cum Volusiano.
Xyxtus[l] II[us].	Valerianus cum filio[m] Galieno[4]. VIII[a] persecutio[o·5].
Dyonisius[n].	
Felix[p].	
Euticianus[6].	Claudius[q·7].
Gaius.	Aurelianus. VIIII[a] persecutio[r·8].
	Probus[9].
	Tacitus.
Marcellinus.	Carus cum Carino et Numeriano filiis.
Marcellus.	Dyocletianus et[s] Maximianus[t]. X[a] persecutio[u·10].
Eusebius.	Cesares[v].
Melciades.	Constantius et[w] Galerius et Licinius.
Hi[x] omnes fuere[y] martires[11].	

a) I[us] *om.* *C* 2. 4. b) Aurelius Alex. *A* 2. c) Antherus *A* 2; Ancheros *C* 2. d) Maximinus *C* 2. e) Sextus persecutor *A* 2; VI. persec̄ *B* 2; VI. per. *C* 2; VI. perse. *C* 3. f) I. *add.* *C* 3. g) Cordianus *A*. *C* 3 (Gord. *C* 3[1]); Gord. *om.* *B* 1'. 1*a;* Maximus et Africanus Cordianus *A* 2. h) Detius *A* 1. 3. i) VII. persec̄ *A* 1. 3; Septimus persecutor *A* 2; VII. per. *C* 2; VII[a] pers. *om.* *A* 4. k) I. *add.* *C* 2. l) Sixtus *A* 2. 4 *(ubi* II[us] *om.).* *C* 2. 4; Xystus *B* 1*a;* Xixtus *B* 3; Syxtus *C* 3, *ubi* II[us] *om. (exstat C* 3[1]). m) suo *add. C. Cusp., Cat. Cenc. p.* 63. n) *in voce* Dyonisius *incipiente f.* 121[r]. *rursus redit vetus manus s. XII. B* 1, *quae ea quae sequuntur usque ad Adrianum IV. scripsit; cuius cum apographum sit B* 1*a, eius variam lectionem negleximus.* o) VIII. per. *C* 2; VIII[a] pers. *om.* *A* 4; Gallienus *add.* *A* 2. p) primus *add.* *A* 2. *C* 2; I[9] *add.* *B* 1. q) *hic incipiente f.* 121[r]. *vetus s. XII. redit manus B* 1, *quae ea quae sequuntur usque ad Friderieum I. scripsit; cuius cum apographum sit B* 1*a, eius varia lectio plane iam neglegitur.* r) IX. per. *C* 2; IX. persec. *C* 3; VIIII[a] pers. *om.* *A* 3. 4. s) et *om.* *A* 2. t) Maxianus *C* 3. u) X[a] pers. *erasum B* 1, *om.* *A* 2. 4; X. persecut̄ *A* 1. 3; X. persec̄ *B* 2; X. perse. *C* 3. v) Ces. *om.* *A* 3. 4; Maxentius *add.* *A* 2. w) et *om.* *A* 2. x) Hii *B* 1; Hi — martires *om.* *A* 2. *C. Cusp., supra* Melc. *posita A* 1. 3. 4. *B* 2. y) martires fuert̄ *A* 4.

1) *Supra III,* 31. 2) *Supra III,* 33. 3) *Supra III,* 34. 4) *Aemilianum hic et supra III,* 35—37. *in numero imperatorum non ponit.* 5) *Supra III,* 37 *in.* 6) *Supra omissus exstat apud Frut. p.* 110. 7) *Quintillum hic et supra III,* 38 *sq. non numerat.* 8) *Supra III,* 39 *fin.* 9) *Florianum hic et supra III,* 40 *sq. non numerat.* 10) *Supra III,* 43, *p.* 175, *l.* 24 *sq.* 11) *Ita etiam Catal. imp. et pont. Cenc., 'Archiv' XII, p.* 65. *Supra haec non leguntur.*

ROMANI PONTIFICES.	IMPERATORES.
Confessores[a. 1].	
Silvester.	Constantinus[b].
Marcus[2].	
Iulius[c].	Constantinus cum[d] Constantio[e] et Constante[f] fratribus[g].
Liberius.	
Felix[h].	Iulianus.
Nota[i] Felicem, qui in catalogo positus est, ab hereticis[k] vivente Liberio subrogatum[3]. Cur[l] autem in catalogo sit, a Romanis quere.	
Liberius ab exilio reversus[m. 4].	
Damasus[m*].	Iovinianus[n].
Siricius[o].	Valentinianus.
	Valens.
Anastasius[m*].	Gratianus cum fratre Valentiniano.
Innocentius.	Theodosius cum utrisque[p] et post utrosque.
	Archadius et Honorius.
Zosimus.	Theodosius cum Valentiniano.
Bonifacius[q].	
Celestinus.	Valentinianus[r] cum Marciano.
Xyxtus[s].	
Leo[t].	Marcianus post Valentinianum.
Hylarius.	Leo.
Simplicius.	Zeno[u. 5].
Felix[v].	

a) *ita B* 1. 2; conf̄ *A* 1 (*post* Silv.): Conf. *om. A* 2—4. *C. Cusp.* b) Const. *om. A* 2; I⁹ *add. B* 1; Constantii ex Helena filius *alia manu add. C* 3; Graeci *ante* Constantinus *add. Cusp.* c) et *add. B* 2. d) cum *om. C* 2. e) Constanti *A* 1. 3. 4. (*corr.* -tio *A* 4, *ubi* Constante et Constantio); Constante *A* 2. f) Constanti *A* 2; fratre *add. A* 1. 3; fratre et *add. A* 2. g) Constantius. Constans *add. A* 2. h) II⁹ *add. B* 1. *C* 2. i) Nota — quere *om. A* 2. *C, post* Lib. ab exilio reversus *(l.* 14*) collocata A. B* 2, *signis rectus ordo restitutus B* 2. k) heretis *B* 1. l) Cur — quere *(l.* 13*) om. Cusp., qui* Nota — subrogatum *in marg. exhibet.* m) reversus *om. A* 3. m*) I⁹ *add. C* 2. n) -ni- *supra lin. A* 4. o) Siricus *A* 2. p) utriusque *C* 2. q) I⁹ *add. A* 2. *C* 2. r) Valentinu *C* 2. s) Xixtus *A* 3. *B* 1. 3; Sixtus *A* 2. 4. *C* 2. 4; Syxtus *C* 3; III⁹ *add. A* 2. *B* 1. 3. *C* 2. t) I⁹ *add. A* 2. 4. *B* 1. *C* 2; *alio atram. superscr.* Doctor *A* 4. u) Odoacer. Theodericus *add. A* 2. v) III⁹ *add. A* 2. *B* 1. *C* 2.

1) *Hoc supra non legitur.* 2) *Supra IV*, 8. *omissus exstat ex. gr. apud Frut. p.* 112. 3) *Supra IV*, 8. 4) *Cf. Frut. p.* 113; *Regino, ed. Kurze p.* 15. 5) *Leonem II. hic et supra IV*, 29. *non numerat; ita etiam Chron. et Catalogi supra p.* 376, *n.* 6. *allati et Chron. pont. et imp. ex cod. Veneto SS. XXIV, p.* 110.

ROMANI PONTIFICES.	IMPERATORES.
Gelasius *·[1].	Anastasius[a].
271. *Symachus.	
Ormisda[b].	*Iustinus[c].
5 Iohannes[d].	
Felix[e].	Iustinianus.
Bonifacius[f].	
Iohannes[g] Mercurius[2].	
Agapitus[h].	
10 Silverius[i].	
Vigilius.	
Pelagius[k].	Iustinus[l].
Iohannes[m·3].	
Benedictus[n].	Tyberius.
15 Pelagius[o].	Mauricius.
Gregorius[p].	
Sabinianus[q·4].	Focas.
Bonifacius[r].	
Bonifacius[s].	
20 Deusdedit.	Heraclius cum Constantino[t] filio[5].
Bonifacius[u].	
Honorius.	
Severinus.	
Iohannes[v].	

25 *) Anastasius[w] *add. A* 2. *C. Cusp., alio atramento postea insertus A* 4[6]. *(De B* 3 *non satis constat).*

a) Anast. *om. B* 1. b) Hormisda *A* 2. c) Athalaricus *add. A* 2. d) I. *add. A* 2. 4. *C* 2; *super* Iohannes *alio calamo superscr.* Martir *A* 4. e) IIII9 *add. A* 2. *B* 1. *C* 2. f) II. *add. A* 2. *C* 2. g) II9 *add. A* 4. *C* 2; Mercurius qui et 30 Iohannes II. *A* 2. h) I. *add. A* 2. *C* 2. i) *alio calamo superscr.* Martir *A* 4. k) I. *add. A* 2. 4. *C* 2. l) minor *add. A* 2. m) III. *add. A* 2. 4. *C* 2. n) I. *add. A* 2; primus *add. C* 2. o) II. *add. A* 2. 4. *C* 2. p) I9 *add. A* 2. 4. *B* 2. *C* 2; doctor *add. B* 1, *superscr. A* 4, *manu recentiore add. C* 3. q) Fabianus *A* 2; *alio atram. superscr.* vel Fabianus *A* 4. r) III. *add. A* 2. *C* 2; Bonifacius *eadem manu post* 35 *suppl. B* 2. s) Bonif. *om. C* 2. 3 *(exstat C* 3[1]*)*; IIII. *add. A* 2. t) Constantio *A. C* 2; cum filio Const. *A* 1. 3. u) V. *add. A* 2; IIII9 *add. C* 2. v) IIII. *add. A* 2. 4. *C* 2. w) II. *add. A* 2. *C* 2. *Cusp.*

1) *Hilarius — Gelasius I. supra non nominati exstant apud Frut. p.* 137 *sq., ubi etiam Anastasius II. suo loco invenitur.* 2) *Felix IV,* 40 *Bonifacius II, Iohannes II. supra non nominati exstant apud Frut. p.* 139. 3) *Pelagius I, Iohannes III. supra non nominati exstant apud Frut. p.* 141. 4) *Supra non nominatus exstat apud Frut. p.* 152. 5) *Constantinus Heraclius cum patre imperasse supra non dicitur neque apud Frut. nec Reginonem invenitur. Sed vide ex. gr. Hist. Misc. XX,* 4; 45 *Chron. et Catal. saepius laudatos. Otto supra V,* 10. *eum post patrem imperatorem numerat.* 6) *Anastasius II. apud Ottonem supra in textu libri IV. ex. vel V. in. non invenitur. Cf. Döllinger, 'Die Papstfabeln des Mittelalters', ed.* 2, 1890, *p.* 146 *sqq.*

ROMANI PONTIFICES.	IMPERATORES.
Theodorus[a.1].	Constantinus[a*.2].
Martinus.	
Eugenius[b.3].	
Vitalianus[c].	
Adeodatus[c*].	Constantinus[d.*].
Domnus[e.4].	
Agatho.	
Leo II[us f].	
Benedictus.	
Iohannes[g].	
Conon[h.5].	
Sergius[i].	Iustinianus[k].
	Leo[l].
Iohannes VI[us m].	Tyberius[l.6].
Iohannes VII[us n].	
Sisinnius[7].	
Constantinus[o].	Iustinianus[p].
	Philippicus[q].
Gregorius[r].	Anastasius.
	Theodosius.
Gregorius[s].	Leo cum Constantino filio[t.8].
Zacharias.	Constantinus[u] cum filio[v]

*) Constans *ante* Constantinus *add. C* 3. 4 *(cf. n.* a*) *Cusp.*

ait, quod tantum erit[b] illius temporis periculum, *ut in errorem inducantur*[c], *si fieri potest*[d], *etiam electi*[1]. Et in Iob habes[e], quod esca eius sit electa[2]. Illi quippe, qui humanam rationem sequentes de rerum causis philosophantur, facilius rationibus et argumentis ad hoc, ut fidem negent[f], inducuntur, quam[g] ad hoc faciendum minis deterreantur, delectationibus seculi alliciantur[3]. Haec de vita et[h] doctrina eius dicta[i] sufficiant.

V. Predicante autem ipso humanumque genus et precipue Iudaicum populum seducente Enoch et Helias, qui adhuc superstites[k] sunt, venturi creduntur[4], ut eorum, quorum unus ante legem, alius sub lege fuerunt,
1. *Tim.* 2, 4. auctoritate mundus errore deceptus *ad agnitionem veritatis* redeat. Et de Helia quidem Dominum in propheta
Mal. 4, 5 *sq.* dicentem habes[l]: *Ecce ego mittam vobis*[m] *Heliam Tesbiten*[5], *qui*[5] *convertat cor patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum, antequam veniat dies Domini magnus et* manifestus[n],
Apoc. 11. De utrisque vero[o] in Apocalipsi script[illegible]nis[p], ubi

a) Dom. *om. A* 3. b) illius temp. erit *C*. c) ducantur *C* 5. d) pot̄ *A*. *B* 2. *C* 2. 3; p̄ *C* 5; p̄t *C* 6; posset *Cusp.* e) habemus *C* 5. 6. f) negaret *B* 2; negent fidem *C* 6. g) quod *B* 2. h) eius et doctr. *C* 2. 3. i) dicta *om. C* 3. k) superstes *A* 1. l) habemus *C* 5. 6. m) prophetam *add. C* 6. n) horribilis *Cusp. cum Vulgata;* iulustris *Aug.* o) vero *om. C* 3. 5. p) est *C* 6.

1) *Hic locus iam apud Pseudo-Methodium c.* 14, *ed. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen' p.* 94. *affertur, exstat etiam apud Adsonem, ibidem p.* 108, *sed utriusque sensus non in omnibus singulis cum Ottone convenit.* 2) *Hab.* 1, 16: et cibus eius electus. 3) *Honorius August. in Elucidario III,* 10, *Migne, Patrol. Lat. CLXXII, col.* 1163, *quatuor modis Antichristum totum genus humanum sibi subiugaturum esse exponit:* nobiles divitiis, vulgus terrore, clerum sapientia et incredibili eloquentia, mundi contemptores, ut sunt monachi, signis et prodigiis. *Cf. Bousset l. c. p.* 40. 4) *Cf. ex. gr. Gregor. Moral. XIV,* 23, 27; *Homil. in Ezech. I,* 12, 9; *Glossa ordin. in Apocal.* 11, 3; *Hugo de S. Vict., De sacr. II,* 17, 6. *Omnia haec, quae de Antichristo* ecclesiastica magis opinio quam fides *teneret, Gerhohus Reichersberg. paulo post in libro de investigatione Antichristi refringere nisus est. De Enoch et Elia cf. A. Graf, 'Miti, leggende e superstizioni del medio evo' I (*1892*), p.* 64; *K. M. Ittameier, 'Die Elias-Sage', 'Zeitschr. für kirchl. Wissensch. u. kirchl. Leben, herausg. v. Chr. F. Luthardt' IV (*1883*), p.* 416 *sqq.* 476 *sqq.* 5) *Ita Aug. De civ. Dei XX,* 29, *sed cetera magis cum ipsa sacra scriptura, quam legimus, conveniunt. Cf. Sabatier, Bibl. sacr. Lat. versiones antiq. II, p.* 1012.

rursum, quod ab Antichristo interficiendi[a], ac quod[b] ipse post haec[c] spiritu oris Domini[1], tam ipsorum quam aliorum sanctorum sanguine ad Deum[d] clamante[2], percussus finem persecutioni sit inpositurus, legitur[3].

VI.[e] Tempus quoque temptationis tribus annis et dimidio, totidem scilicet[f], quot[g] et Dominus predicavit, ex hoc, quod ibidem dicitur: *Usque ad tempus et tempora et dimidium temporis,* protendi latenter innuitur. Evidentius autem ex illa auctoritate Apocalipsis: *Civitatem sanctam calcabunt*[h] *mensibus XLII*[bus], declaratur[4]. Quam brevitatem temporis ex inmanitate persecutionis propter electos a misericordissimo[i] iudice provisam esse Dominus insinuat, cum ait: *Nisi* ad*breviati*[k] *essent dies illi, non fieret salva omnis caro*[l], *sed propter electos* ad*breviabuntur*[m] *dies illi*[5]. *Dan.* 7, 25. *Apoc.* 11, 2. *Matth.* 24, 22.

VII. Percusso impiae civitatis[n] capite infidelis Iudeorum populus iam se delusum cernens ad conversionem venire[o] creditur, iuxta illud prophetae[6]: *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut harena maris, reliquiae salvae fient*[7]. Post haec[p] locus penitentiae manet, cuius spacium omnes mortales latet[8]. Igitur omnibus, quae predicta sunt, consummatis *sign*isque inusitatis[q] *in sole*[r], *luna, stellis*[s] *mar*ique transactis, cunctis[t] *pre timore et expecta-* *Rom.* 9, 27. *Luc.* 21, 25. 26.

a) sint *add. C* 5. b) quod *om. C* 2. c) hoc *C* 6. d) eum *C* 5. e) *capituli numerus et littera initialis* T *minio supplendi desunt A* 3, *ubi postea c.* 7. *numero* VI. *insignitum.* f) s. *A* 3. 4; sc̃ds *B* 2. *C* 5. g) qd̃ *A. B* 2. *C* 5. h) calcabant *A* 1. 4; calcabit *C* 6. i) midissimo *alia manu mut.* mitissimo *C* 2. k) abreuitati *B* 2; breviati fuissent *Vulg.;* abbreviati essent *ex gr. Hier. in Dan.* 7, 25, *qui in sequentibus recedit.* l) caro *om. C* 6. m) *ita C* 6. *Cusp.;* breviabuntur *Vulg.;* ad b̃ui. *A* 1; abbuiab *A* 4; a. *C* 2. 3; adbreviati sunt *A* 3. *C* 5, *quod etiam hodie B* 2 *exhibet, sed litteris* -ati sunt *supra lineam additis manu paululo posteriore, eadem certe, quae infra c.* 35. *interpolavit.* n) Perc. impietatis *C* 6. o) festinare *C.* p) hoc *C* 2. 6. q) nivsitatis, *supra* ni- *locus rasus A* 1; univsitatis, u- *a scriba post add., supra primum* -i- *locus rasus A* 3; inus. *om. A* 4; universis *Cusp.* r) et *add. C* 6, *post* luna *collocat. C* 2. s) mari stellisque *C* 6, *ubi etiam hoc loco* secundum ewangelium *add.* t) cunctisque *C* 6.

1) 2. *Thess.* 2, 8. 2) *Cf. Gen.* 4, 10. 3) *Ad totum cap.* 5. *cf. etiam Pseudo-Methodius c.* 14, *l. l. p.* 95 *sq.; Adso e contra utrumque ante Antichristi persecutionem venturum esse diserte exponit, l. l. p.* 111 *sq.* 4) *Cf. Aug. De civ. Dei XX, p.* 23 *(ed. Dombart II, p.* 465*).* 5) *Eundem locum affert Hieron., Comm. in Dan.* 7, 25. 6) *Is.* 10, 22, *ubi verba paululum recedunt. Otto cum apostolo facit, qui prophetae verba in hunc modum mutata affert, Rom.* 9, 27. *Cf. Aug. De civ. Dei XVIII,* 33 *fin. et* 46. 7) *Hoc secundum Adsonem l. c. p.* 112. *iam antea per Henoch et Heliam fiet.* 8) *Cf. Adso l. c. p.* 113; *Haymo Halb. Expos. in II. ad Thess.* 2: post mortem illius concedentur electis ad poenitentiam dies 45. Quantulumcunque vero spatium temporis sit, usquequo Dominus veniet, penitus ignoratur.

tione, quae superveniet[a] *universo orbi, arescentibus*[b], reprobae civitatis interitus[c] ac civitatis Christi provectus diesque Domini iuxta veritatis vocem, quae suos blande conso-
Luc. 21, 31. lans: *Cum videritis*[d], inquid, *haec fieri, scitote, quia prope*
1. *Thess.* 5, 2. *est regnum Dei,* appropinquat[e], qui tamquam *fur in nocte,* 5
id est non provisus, edentibus et[f] bibentibus, nubentibus[g], nuptum tradentibus[1], iuxta Domini rursus vocem, supervenire[h] non dubitatur. Quod non crudeliter, sed magna conditoris providentia sapienter fieri credendum est, dum[i] semper de adventu iudicis pavidi, semper ad 10
*rationem reddendam parati inveniamur. *2 18

[Intercisio[k] seu proemium octavi capituli. De futura vita].

Longo me iam otio torpentem et diversas ob occupationes quasi dormitantem ultimo de tempore locuturum 15
cf. 1. *Cor.* 15, 52. tuba salutaris[l] excitet. Quis enim hac audita somno pigriciae depressus non evigilet, per quam etiam exurgunt[m] mortui? Fateor, quia ad plurima sensu iam diu[n] distracto minorem me, immo nullum ad tam ardua tractanda iudicans digitum ori[o] superposui[2], malens dies 20
malos silentio transigere[3] quam magnis de rebus in perturbatione temerarie disputare. Scio enim, qui dixit:
Ps. 45, 11. *Vacate et videte.* Novi etiam perturbationem[p] consilii semper esse nesciam, amicam otii negociosa officia renuere sapientiam. Quibus dum numquam ad plenum 25
carere mereor[q], quandoque tamen minus inportune ingruentibus, quamvis tenuiter, alleviari videor. Proinde
1146. *Mart.* 31. hoc[r] resurrectionis tempore[s·4] non nostris, sed illius,
Rom. 4, 25. *qui propter delicta nostra* mortuus *est et resurrexit propter*

a) supervenient *C* 3. 6. *Vulg.* b) arententibus *A* 1. c) inter. ac civ. *om. C* 3. d) videbitis *C* 5. e) approp. *om. A* 3. *C* 6. f) ac *B* 2. *C* 5. g) ac *add. C* 6. h) venire *A.* i) ut *Cusp.* k) *ita B* 2 *(minio).* 3; Intercisio — vita *om. ceteri codices. Omnes codices verbi* Longo *litteram initialem minio pictam exhibent novumque inde versum incipiunt. Ea quae sequuntur usque ad sequentis capituli initium cap.* VIII. *numerant et sic deinceps A* 1. 4. *C* 5, *cap.* VII. *et sic deinceps A* 3, *cap.* IX. *et sic deinceps C* 3; *numeri omissi more solito C* 2. 6; *in marg. rubricam* Prologus pulcer *exhibet C* 6; *cum cap.* 7. *sine ulla distinctione coniuncta haec praebet Cusp.* l) saluatoris *C* 2. m) mortui resurgunt *C* 5. n) diu *om. C* 5. o) ori *om. A* 3. p) perturbatione *Cusp.* q) me | reor *A* 3; mor *C* 3. r) h' (= haec) *C* 2. 3. s) tempora *C* 2; tp̄r *C* 3.

1) *Matth.* 24, 38: sicut enim erant . . . comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes. 2) *Iob* 21, 5: superponite digitum ori vestro; *ib.* 29, 9: digitum superponebant ori suo; *cf. Iudic.* 18, 19. 3) *Cf. Esth.* 13, 2: vitam silentio transigentes. 4) *Haec ad tempus paschale (Mart.* 31) *anni* 1146. *optime retulit M. Büdinger, 'Die Entstehung des achten Buches Ottos von Freising', 'SB. der Wiener Akad. d. Wiss., Phil.-hist. Cl.', XCVIII (*1881*), p.* 358.

iustificationes[a] *nostras*, viribus et ope fulti de resurrectione[b] mortuorum fineque temporum dicere ordiamur, ipsum obnixe invocantes, ut a morte animae suscitatos digne tanta nos[c] eloqui mysteria[d] concedat.

VIII. *Cum* iuxta apostolum *pax et securitas dixerint,* 1. *Thess.* 5, 3. *repentinus interitus superveniet,* terribilique ignis virtute cuncta cremabuntur. Quam seculi per ignem exterminationem[e] non solum nostri prophetico spiritu veridice[f] predixerunt, sed et quidam ex gentibus humana subnixi[g] ratione phisicis[h] opinionibus somniaverunt. Unde precipuus philosophorum Plato mundum[i] abditis[k] naturae rationibus, aqua prius, post igne purgandum in Tymeo suo asserit[1], et quidam poetarum de eadem re sic ait[l]:

. . . . . *reminiscitur*[m] *affore tempus,* *Ovid. Met. I,* 256 *sqq.*
Quo mare, quo tellus inmensaque[n] *regia caeli*
Ardeat et mundi moles inmensa[o] *laboret.*

Sed et Sybilla in prophetia de Christo habita ultimi huius incendii extremique iudicii manifeste meminit[2]. Refert etiam Iosephus primum hominem, qui rerum *Ios. Ant. I,* 4. causas tanto subtilius[p] rimari potuit, quanto primordialem earum creationem recentius vidit, *rerum omnium exterminationem unam ignis virtute, alteram aquarum multitudine predixisse*[3]. Cui concordans ex nostris Petrus: *Caeli,* inquit, *erant prius, et terra de aqua et per aquam* 2. *Petr.* 3, 5—7. *consistens verbo Dei, per quem*[q] *ille tunc mundus aqua inundatus*[r] *periit. Caeli autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni*[s] *reservati in diem iudicii et perditionis impiorum hominum.* Et infra: *Adveniet dies* *ib.* 10. *Domini* magnus, *in quo caeli magno impetu transibunt.*

a) iustificacionem, *omisso* nostras *C* 6. b) fulti desurrectione *B* 2. c) eos *A* 3. d) myst. *om. A* 3. e) ꝑminationem *C* 5. f) -ce *fortasse in loco raso B* 2; verid. *om. A* 4; veridior *A* 1. 3, *mut., fortasse alio atram.,* veridici *A* 3. g) rat. subn. *C* 2. 3. h) phificis *C* 5; phicis *C* 6. i) prius *add. C.* k) additis *C* 2. l) *in marg. alia manus adscripsit* Ovidius *C* 2. m) reminiscetur *C* 5; Reminiscere tempus Affore *Cusp.* n) correptaque *Ovid.* o) operosa *Ovid.* p) sublimius *A* 1, *ubi supra lineam signum* ł (= vel) *et in marg. eadem manu eodemque atram.* ł subtilius; et sublimius *add. A* 4. *Cusp.* q) *ita A. B* 2. *C;* q̄ (= quae) *Cusp. cum Vulg.* r) mundatus *B* 2. s) igne *C* 5.

1) *Haec ita neque in Timaei ea, quam Chalcidius Latine vertit, parte neque in eiusdem commentario leguntur; nescio an Otto de iis, quae Soloni ab Aegyptio quodam sacerdote narrata ponuntur in Plat. Tim. interpr. Chalcidio* 22 *C sqq., ed. I. Wrobel, Lipsiae* 1876, *p.* 14 *sq., cogitaverit, ad quae etiam Minucius Felix, Octav. c.* 34: Loquitur Plato partes orbis nunc inundare, dicit nunc alternis vicibus ardescere, *Timaei tamen mentione non facta, respexit.* 2) *Aug. De civ. Dei XVIII,* 23; *supra II,* 4. 3) *Eundem locum Otto supra I,* 2. *pleniorem attulit.*

Quibus verbis nonnulli volunt Petrum sensisse tantum flammam[a] ignis debere ascendere, quantum prius aquas diluvii constat consumpsisse[1]. Ait enim: 'Caelum et terram', caelum nimirum aereum intelligens. Unde et aves caeli dicimus prius aquarum inundatione perisse[2], 5
2. *Petr.* 3, 7. eos vero, *qui nunc sunt, eodem verbo reposito*s et *igni*[b] *reservato*s, id est eodem modo et qualitate ignis, quo prius aquae[c], exterminandos vel in melius mutandos.

VIIII. Hic non incongrue queri potest, quomodo iuxta hanc auctoritatem ipsiusque veritatis attesta- 10
tionem[d.3] *caelum et terra transeant*[e] vel potius pereant,
Ps. 101, 27. psalmista dicente[f]: *Ipsi*[g] *peribunt, tu autem permanebis*[4]. Quomodo enim principales creaturae in principio factae peribunt, cum nulla substantia perire credatur[5], et scriptura sacra omnibus fluxis et transitoriis prius enu- 15
Eccl. 1, 4. meratis dicat: *Terra* vero *in eternum stat?* Numquid, terra[h] stante caelum, quod dignius est[i] et superius, peribit? Qui scrupulus facilius solvitur, si quid[k], secundum quid[l] dicatur, diligentius intueamur. Dicimus enim transire diversis modis[6]. Est* namque transitus 2
de non esse ad esse vel de esse ad non esse vel de esse ad aliter esse: id est transitus, ut ficto nomine dicam, aliationis a faciendo aliud vel alterationis a faciendo alteratum. Qui transitus alterationis in divina pagina diversis modis fieri dicitur, id est vel de 2
bono in malum vel de malo ad[m] bonum vel de bono in melius vel de malo in deterius. De bono in malum transivit Lucifer, factus de angelo diabolus, de vita ad

*) *Pro* Est — in deterius *(l.* 27*) C:* Est[n] transitus de bono in malum, de malo ad[o] bonum, de malo in deterius, de bono in melius.

a) flammas *C* 2. b) igne *C* 2. c) aqua *A* 3. d) attestatione *A* 3. e) transeunt *B* 2. f) dic. psalm. *B* 2; dic. *om. C* 3. g) autem *add. A* 3. h) stante terra *C* 2. 3. 6. i) et superius est *A. C* 6. k) quod *C* 2. l) q (= quod) *C* 2, *ubi alia manu* sensum eius *superscr.* m) in *A* 4. n) et *C* 2. o) in *C* 2.

1) *Aug. De civ. Dei XX,* 18. 2) *Cf. Gen.* 7, 21 *sqq.* 3) *Matth.* 5, 18. 24, 35; *Marc.* 13, 31; *Luc.* 21, 33; *cf. infra VIII,* 9 *fin.* 4) *Ad Aug. De civ. Dei XX,* 24. *Otto propius non accedit.* 5) *Cf. Hugo de S. Vict., Erud. didasc. I,* 7; *[Hugo de S. Vict.], Quaest. in epist. I. ad Cor. qu.* 67, *ubi etiam Eccl.* 1, 4. *affertur.* 6) *In iis, quae sequuntur, Ottonem cum vulgari litteratorum saeculi sui opinione quam maxime convenire ex iis, quae I. Schmidlin, 'Philosoph. Jahrb. der Görres-Gesellschaft' XVIII, p.* 420 *sq. congessit, apparet.*

mortem vergens[a]. De malo ad bonum Paulus, ex persecutore factus apostolus, de morte ad vitam transiens[b]. De malo in deterius Herodes, de cruciatibus corporis ad sevissima gehennae transmeans tormenta. De bono in melius quilibet fidelis, de bona huius vitae conversatione transiens[c] ad bravium retributionis eternae. Etenim de Christo dicitur, quia *trans*ivit[d] de *hoc mundo* *Ioh.* 13, 1.
ad patrem. Sic ergo[e] caelum et terra, dum transire
32. dicuntur[f], nequaquam de esse ad non esse vergere
velud abolenda, quod[g]· esset[h] transire ad aliud esse, sed de hoc statu ad* aliter esse, id est ad alium pulchriorem longeque excellentiorem[1], commutanda et transfiguranda asseruntur. Unde Paulus: *Preterit*[i] *figura* 1. *Cor.* 7, 31.
huius mundi: figura inquit, non natura[2]. Psalmista quoque, ne quod dixerat: *Ipsi peribunt,* asperius interpretaremur, subiunxit: *Sicut vestimentum veterascent*[k], *et sicut* *Ps.* 101, 27.
opertorium[l] *mutabis eos, et mutabuntur.* Ac si diceret: Tabescentia et quasi senescentia ex longa et multimoda corruptione haec elementa meliori statu velud decentiori amictu decorata innovabis. Quamvis, si recte inspiciamus, quid[m] et cui dixerit, haut miremur caelum et terram perire[n] dixisse. Ait enim et Deo: *Ipsi*[o] *peribunt,* *ib.*
tu autem permanes[p], et rursum: *Sicut vestimentum vetera-* *ib. v.* 27 *sq.*
scent, et sicut opertorium[q] *mutabis eos, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Considera[r] ergo, quod Deo dicitur: *Tu autem permanes,* et: *Tu idem ipse es, et anni tui non deficient,* et non[s] miraberis rem stabilissimam[t], sed[u] creaturam, ad[v] creatoris sui incommutabilitatis et identitatis comparationem perire, veterascere, commutari debere, cuius[w] puritatis intuitu res

*) quod — aliud esse *et* ad aliter esse id est *(l.* 11*)* *om. C.*

a) vergens — ad vitam *(l.* 2*)* *om. C* 3. 6; *post* ad mortem *scripta* ad vitam *postea maiore ex parte erasa C* 3. b) transiuit *C* 6. c) trans. *om. A* 4. d) transitum habuit *C* 6. e) enim *C* 2. 3. f) predicuntur *C.* g) *ita A* 3 (q); q̣ *A* 1; q̣ *A* 4; que *B* 2; q̄ *Cusp.* h) essent *Cusp.* i) enim *add. C* 6. *Vulg.* k) veterescent *A* 4. *C* 6. l) o. *A* 4; oper. *C* 3; operimentum *C* 5. 6. m) q̣ (= qui) *C* 2. 6. n) -re *in loco raso B* 2; perisse *A* 3. o) Ipsi perib. *om. A. B* 2. p) perm. *C* 3; permanebis *C* 6. q) operi *B* 2; opert. *C* 2; o. *A* 1. 4; oper. *C* 3. 5; operim̄ *C* 6. r) Considera — deficient *(l.* 27*)* *om. A. B* 2. s) non *om. C* 6. t) subtilissimam *C* 6. u) scilicet *C* 2; sz *C* 6. v) et *C* 2; a *C* 5. w) cuius *om. A, manu multo recentiore, fortasse saec. XVI. demum, add. in loco raso A* 1.

1) *Cf. Aug. De civ. Dei XX,* 16. 2) *Aug. De civ. Dei XX,* 14 *(ed. Dombart II, p.* 439*); cf. [Hugon. de S. Vict.] Quaest. in ep. I. ad Cor. qu.* 67.

mundissimae non mundae iudicantur, sicut dicitur:
Iob 15, 15. Astra *non sunt munda in conspectu eius.* Erit igitur[a]
Apoc. 21, 1. non abolita substantia[b], sed mutata figura *caelum novum, et terra nova*[1], novo usui novo decore, novis corporibus decenter preparata omnique inequalitate ac squalore deterso ad instar paradisi Dei purificata.

Sunt qui[c] dicant duo elementa, aerem et aquam, tamquam post resurrectionem non necessaria, uno[d] in terram, altero in etherem commutato, non superesse[2].
ib. Unde in Apocalipsi: *Et mare iam non est.* Non enim ut supra caelum et terram transire mare, sed non esse dixit. Alii ea non deperire, ut non sint, sed in melius sicut et[e] terram inmutari opinantur, sicut rursum Io-
ib. 4, 6. 15, 2. hannes in Apocalipsi *mare vitreum* se vidisse testatur, quod tamen misterialiter potius quam ad litteram intelligendum[f] videtur[g·3]. Hoc de aqua. Aer autem sive in subtilitatem[h] etheris transeat, sive in propria substantia manens liquatus et defecatus existat, nequa-
Marc. 13, 31. quam in ipso[i] fallit, quod dictum est: *Caelum et terra transib*it[k·4]. Quod si quis acutius discutiens ipsum quoque etherem huius purificationis participem esse[l] futurum et in ampliorem claritatem transiturum[m] autumat de ipsoque[n] dictum, quod caelum[o] transeat, non calumpniamur.

X. His transactis vera octava resurrectioque[p] mortuorum restat[5]. Resurgent ergo omnes, sed non
Dan. 12, 2. pari modo omnes, *aliis* iuxta Danielem *in vitam eternam, aliis*[q] *in obprobrium, ut videant semper, de terrae pulvere evigilan*tibus[r]. Hic profecto notandum est duas esse[s] resurrectiones, animae[t] videlicet et corporis[6], quarum

a) ergo *C* 2. 6. b) eius *add. C* 6. c) qui *om. B* 2. *C* 5. d) unam *C* 6. e) in *C* 2. f) vid. intellig. *C* 2. 3. g) est vel videtur *C* 6. h) sublimitatem *C* 2. i) ipsa *A*. k) transib *A* 4; transibunt *Vulg.* l) esse *om. C* 6. m) transit. *om. A* 4. n) -que *om. C* 2; ipso quoque *C* 3. o) et terra *add. C* 3. p) -que *erasum C* 3. q) alii *C* 5. 6. r) *ita A* 4. *Vulg.*; vigilantibus *ceteri codices; cf. infra p.* 410, *l.* 7. s) resurr. esse *A*. t) videl. animae *A* 3.

1) *Cf. supra p.* 403, *n.* 2. 2) *Cf. Roberti Pulli Sentent. VIII,* 14, *ubi* ignem atque aquam extremo ardore omnino, iuxta scripturas, dissolvendos *esse legimus.* 3) *Cf. Aug. De civ. Dei XX,* 16. 4) *Cf. supra p.* 402, *n.* 3. 5) *Augustinum (De civ. Dei XX,* 14. 16*), Hugonem de S. Victore (De sacram. II, pars* 17 *sq.), Honorium August. in Elucidario resurrectionem et ultimum iudicium ante conflagrationem mundi ponere, Robertum Pullum et ex posteris ex. gr. Thomam eundem, quem Ottonem, ordinem tenere Schmidlin, 'Zeitschr. für katholische Theologie' XXIX, p.* 456, *animadvertit.* 6) *De duabus resurrectionibus cf. Aug. De civ. Dei XX,* 6; *Honor. August. Elucid. III,* 11.

iuxta duas naturas[a] Christus filius Dei primogenitus ex mortuis auctor existit. *Est enim vita corporis anima, vita animae Deus*[1]. Secundum hoc ergo, quod Deus est, animas peccato mortuas[2] suscitat verbum[b] Dei filius; secundum quod homo est, suscitat corpora homo[c] hominis filius[3]. Quod ipse in Evangelio loquens insinuat his verbis: *Amen, amen dico vobis, quia venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, et qui audierint vivent*[4]. *Ioh.* 5, 25. Hoc de prima resurrectione dictum[c*], ex hoc quod dicitur: *Nunc*[d] *est,* nemo ambigere permittitur. Subsequenter autem de alia[5] loquens ait: *Sicut pater habet vitam in semet ipso, sic dedit et*[d*] *filio vitam habere in semet ipso.* *ib.* 26. Habet[e] quippe solus[f] Deus vitam in semet ipso, qui ex se, a se[g], in se vivens aliunde vivere[h] non accipit[i], cui est vivere quod esse, nec aliud esse quam vivere, quia ipse est vita, et sic vita, quod ab eo omnis vita. *In ipso enim vivimus, movemur et sumus,* sine ipso nec vivimus nec movemur nec sumus, quia quod factum est non in se, sed in ipso vita est[6]. *Act.* 17, 28. *Dedit* ergo *et filio vitam habere in semet ipso,* dum homini in Deum assumpto dedit habere ex gratia, quod Deus Dei filius habuit ex natura. *Ioh.* 5, 26. Unde subsequentia precedenti sensui per coniunctionem continuans: *Potestatem,* inquit, *dedit ei et iudicium facere, quia filius hominis est.* *ib.* 27. Ac si dicat: Qui dedit vitam habere in semet ipso, dedit potestatem[k] et iudicium facere, non quia filius[l] Dei, sed quia filius hominis est. Non enim ex hoc, quod filius Dei est, aliquid dedit ei pater, vel aliquam potestatem accepit a patre, cui sicut[m] consubstantialis et coeternus, ita[n] coomnipotens ab eterno genitus est, nisi forte dedit[o] dicamus quod genuit. Quid autem amplius de secunda agat resurrectione, consequenter audiamus. *Nolite,* ait, *mirari hoc, quia venit*[p] *hora.* *ib.* 28 *sq.* Hora profecto novissima, non quae nunc est, sed quando, *qui in monumentis sunt*[q]

a) nat. *om. C.* b) verbum — suscitat *(l. 5) om. C* 3. c) homo *om. C.* c*) est *add. C* 6. d) ñ *A* 1. d*) et *om. C* 6. e) Habet — ipso *om. C* 2. f) Deus solus *A.* g) a se *om. C* 2. h) vitam *A.* i) accepit *C* 2. 3. 6. k) ei *add. C* 6. l) est *add. C* 2. m) sicut *om. A* 3. n) et *add. C* 6. o) dedit *om. A* 3. p) veniet *C* 3. *Aug.* q) sunt *om. C* 6.

1) *Aug. passim, ex. gr. Serm.* 62, 2. 66, 4, 5. 161, 6. 273, 1; *De civ. Dei XIX,* 26. 2) *Cf. ex. gr. Eph.* 2, 5. 3) *Aug. In ev. Ioh. tract.* 19, 15. 4) *Ad haec et ea, quae sequuntur, cf. etiam ibid. tract.* 19—23. 5) *Id est corporum, Aug. l. c.* 19, 16. 6) *Cf. Ioh.* 1, 3 *sq.*

Ioh. 5, 25. *audient vocem* eius *et procedent*[1]. Superius dixit: *Venit hora et nunc*[a] *est, quando mortui audient vocem filii Dei, et qui audierint vivent,* primam resurrectionem ex se in hoc, quod Deus Dei filius est, fieri declarans. Secundo
ib. v. 27. cum[b] dixisset, quod *potestatem dedit ei* pater[c] et *iudicium* 5
ib. v. 28. *facere, quia filius hominis est,* subiunxit: *Nolite mirari*[d], *quia venit hora,* quando *qui in monumentis sunt audient vocem* eius *et procedent.* *Ac si diceret: Ne miremini, *29
si potestatem accepi[e] filius hominis iudicium facere, cum et potestatem acceperim corpora in cinerem redacta ex 1
monumentis ad vitam[f] revocare. Qui ergo in prima resurrectione a morte animae suscitatus fuerit, in secunda de corruptione[g] ad incorruptionem immutatus[2] transibit.
Apoc. 20, 6. Unde est illud: *Beatus*[h] *qui partem*[i] *habet in resurrectione prima, in hoc secunda mors potestatem non habet.* Sequitur 1
ex obposito eum, qui in peccatis suis moriens[3] primae resurrectionis particeps non fuerit, maledictum secundaeque morti eternaliter addicendum[k·4].

XI. Quod autem resurgant mortui, non solum Evangelia et apostoli novaeque legis doctores affirmant, 2
sed et antiqui patres prophetico spiritu predixerunt. Quale[l] est illud legislatoris[m] testimonium[5], quod Do-
Matth. 22, 32. *Marc.* 12, 26 *sq.* minus ad confutandos Sadduceos[n] produxit, dicens: *Ego sum Deus Abraham, Deus Ysaac, Deus Iacob,* cum *non* sit
Iob 14, 14. *mortuorum, sed vivorum Deus.* Et in libro Iob: *Putasne* 5
mortuus homo rursum vivat[o]*? Cunctis diebus, quibus nunc*
ib. 19, 25. *milito, expecto, donec veniat immutatio mea.* Credo, *quod redemptor meus*[p] *vivit et in novissimo*[q] *die de terra*[r] resur-
Ezech. 37, 4 *sqq.* *recturus*[s] *sum.* Et illud Ezechielis: *Ossa arida, audite verbum Domini*[t]. *Haec dicit Dominus: 'Ecce ego intro-* 5
mittam[u] *in vos spiritum, et vivetis, et dabo super vos nervos et succrescere faciam super vos carnes et superextendam in vobis cutem et dabo vobis spiritum, et vivetis'.* Et infra:

a) ñ *A* 1. b) cum *om. C* 5. c) pater *om. C* 6. d) hoc *add. C* 5. 6. e) accep *C* 5. f) vita *B* 2. g) correptine *B* 2. h) et sanctus *add. Cusp. cum Vulg.* i) habet partem *C* 5. *Vulg.* k) addicandum *C* 2. 3; adiudicandum *C* 5; iudicandum *C* 6. l) Qualem *C* 2. m) -latoris *supra lin. A* 3; legislatores *A* 4. *B* 2, *corr.* -latoris *A* 4; latoris legis *C* 2. 3. n) iudeos *C* 5. o) *ita A* 1. 3. *C* 6. *Cusp., Vulg.;* v. *A* 4; vi. *C* 3; vivet *B* 2. *C* 2. 5. p) meus *om. C* 2. q) noviss. *om. A* 4. r) de terra *om. A. C* 2. s) sur. *C* 3. *Cusp., Vulg.* t) Dom. *om. C* 3. u) mitto *A* 3; intromitto *A* 4.

1) *Verba interdum* (quando, eius) *magis cum Augustino (De civ. Dei XX,* 6*) quam cum sacra scriptura vulgatae edit. conveniunt.* 2) *Cf.* 1. *Cor.* 15, 42. 52 *sq.* 3) *Ex gr.* 3. *Reg.* 16, 18. 19: mortuus est in peccatis suis. 4) *Cf. Aug. De civ. Dei XX,* 6 *fin. XIX,* 28. 5) *Exod.* 3, 6.

Et accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad iuncturam suam. Item: *Ecce ego aperiam tumulos vestros et educam vos de sepulcris vestris, populus meus.* Quid, rogo, planius, quid evidentius de re tam secreta, tam profunda, tam abdita dici potuit? Ossibus enim et aridis[1], quasi iam sementem in se amisso phisicae[a] virore non habentibus, nervos succrescere, carne vestiri, cute superextendi, spiritu reanimari[2], postremo talibus de tumulis suis[b] produci divina virtute predicit. Quamquam et illa ratione, cuius et Paulus meminit, ubi ait: *Tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur,* ad credendam resurrectionem inducamur, qui singulis annis mundum estivali fervore decoqui, autumpnali siccitate decoctum arefieri, hiemali algore arefactum emori, veris benigna humiditate redivivo virore tamquam de morte suscitari conspicimus. Qualiter vero quaedam ex causis naturae inditis[c] naturaliter, alia ex causis sibi reservatis potentialiter creator omnium operetur, alibi dicta[3] presentem locum non flagitant.

Ezech. 37, 7. *ib.* 12. 1. *Cor.* 15, 36.

XII. His dictis videndum est, quomodo, qua etate, quo sexu, qua forma mortui resurgant. Ubi primo sciendum est omnia humana corpora, sive aquis absorpta, sive flammis consumpta, sive in[d] visceribus terrae in cinerem[e] redacta, sive a bestiis devorata et incorporata, sive per diversa terrarum spacia[f] distracta et separata[g] fuerint, iuxta apostolum *iussu*[h] *Domini in voce archangeli et tuba Dei* ad pristinam vitae substantiam indubitanter redire[4]. *Resurgent* autem *omnes,* ut ait Augustinus, *tam magni corpore, quam vel*[i] *erant vel futuri erant etate iuvenili*[k], *quamvis nichil*[l] *oberit*[m], *etiamsi erit infantilis*[n] *vel senilis corporis forma, ubi nec mentis nec ipsius corporis ulla remanebit infirmitas. Unde etiamsi quis in eo corporis modo, in quo* mortuus *est, resurrecturum unumquemque*

1. *Thess.* 4, 15. *Aug. De civ. Dei XXII,* 16.

a) phisici *B* 2; virore physice *C*. b) suis *om. C* 6. c) indiciis *C* 2. 3. d) in *om. B* 2. e) cinere *A* 3. f) etiam *add. C* 6. g) et sep. *om. C* 6, *post* fuerint *collocat. C* 3. h) Dom. iussu *C* 5. i) q̃ vel *C* 6; corp. quales *C* 2. 3. k) viuendi *C* 2. 3. l) nichil *om. C* 6. m) obierit *A (radendo corr.* oberit *A* 3). n) infantulis *A* 1. 3; infantulus *A* 4. *C* 2.

1) *Ezech.* 37, 4. 2) *Ezech.* 37, 6, *modo p.* 406, *l.* 31 *sqq. allatus.* 3) *Aug. De civ. Dei XXI,* 7 *sq.; De Genesi ad litteram lib. IX,* 17, 32. 18, 33; *cf. Hugo de S. Vict., Summa Sentent. III,* 3. *Perperam Schmidlin, 'Philosoph. Jahrbuch der Görres-Ges.' XVIII, p.* 421 *sqq., deperditum Ottonis libellum hinc elicere posse sibi visus est.* 4) *Cf. Aug. De civ. Dei XXII,* 20; *Enchirid.* 88.

hominem contendit, non est cum illo laboriosa contradictione
Aug. De c. Dei XXII, 17. *pugnandum. Nonnulli*[a. 1] *propter hoc, quod dictum est: 'Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi'*[2] *et: 'conformes imaginis filii Dei'*[3], *nec in sexu femineo resurrecturas feminas credunt, sed in virili omnes*[b], *quoniam Deus*[c] *solum* hominem *fecit ex limo, feminam ex viro. Sed mihi melius sapere videntur, qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido*[d] *ibi erit, quae confusionis est causa. Corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura servabitur*[e]. *Non est autem vitium femineus*[f] *sexus, sed natura. Erunt* enim *membra feminea non accommodata usui veteri, sed decori novo, quo non illiciatur*[g] *aspicientis concupiscentia*[h], *quae nulla erit, sed Dei laudetur clementia* et *sapientia, quae et quod non erat fecit et liberavit a corruptione quod fecit.* Et
ib. post pauca: *Creatura Dei est femina sicut vir, sed ut de viro fieret, unitas commendatur. Quia ergo utrumque sexum instituit*[i], *utrumque restituet.* Haec Augustinus.

Superest, ut de forma eorum[k] disputemus. Non *p. 4.
enim[l] gygantes in tam magna staturae *quantitate[m], nanos in tam exigua parvitatis extremitate, contractos vel debiles in[n] tam imbecilli inequalitate, Ethiopes in tam tetra[o] coloris deformitate, pingues vel macilentos in sua superfluitate vel tenuitate ad vitam, quae omni macula et labe carere debet, credendum est revocari.
ib. XXII, 19. Unde item[p] Augustinus: *Omnis pulchritudo corporis est*[q] *partium congruentia cum quadam coloris suavitate. Ubi autem non est partium congruentia, aut ideo*[r] *offendit, quia pravum*[s] *est, aut ideo, quia parum*[t], *aut ideo, quia nimium*[u]. *Proinde nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, ubi et quae prava sunt corrigentur, et quod minus est quam decet, unde creator novit, inde subplebitur, et quod plus est quam decet, materiae servata integritate detrahetur. Coloris porro suavitas quanta erit, ubi iusti fulgebunt sicut*[v]

a) *manu saec. XIV. superscr.* heretici *A* 1*a*, *et ita in textu A* 1β. β'. *Cusp.* b) aiunt *add. C* 2. 3. 6. *Aug.* c) Deus *om. C* 6. d) ibi lib. erit *A* 4; ibidem lib. erit *C* 6. e) saluabitur vel seruabitur *C* 6. f) fem. *om. C* 6; sexus fem. *C* 2. 3. 5. g) alliciatur *C* 6. *Aug.* h) et (conspiciencia *delet.*) concupiā *C* 2. i) constituit *C* 2. 3. k) eorum *om. C* 6. l) est ut *add. C* 6. m) nec *add. C* 3. n) *ita A* 4. *C* 5; in *om. ceteri codices, Cusp.* o) terra *A* 3. p) ait *B* 2. q) est partium *om. C* 2. r) iōi, *prius* i *erasum B* 2. s) parvum *A* 3. *C* 2. t) est *add. C* 3. u) minimum *B* 2. v) sic *C* 3.

1) *Hanc sententiam ex. gr. Ebrardus Flandrensis in libro Antihaeresis c.* 18, *quem attulit b. m. Wilmans, I. Gretser, Trias scriptorum adversus Waldensium sectam, Ingolst.* 1614, *p.* 148 *sq., impugnat.*
2) *Eph.* 4, 13. 3) *Rom.* 8, 29.

sol[a] *in regno patris sui*[b]*? Quae claritas in Christi corpore, cum resurrexit, ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse quam defuisse credenda est.* Haec de iustis; reproborum enim qualitatem[c] investigare superfluum est.

De[d] monstruosis vero et abortivis id sentiendum[e] reor, quod omne, cui haec diffinitio *animal rationale* et *mortale*[1], congruit, vel ad vitam vel ad mortem resurrecturum esse credamus. Si ergo sunt aliquae gentes monstruosae[f·2], quae rationales sint et mortales, vel abortivi[3], qui iam animam habere ceperunt, de quibus Moyses in Deutronomio loquens: *Si quis*, ait, *percusserit mulierem, et* illa *abortivum fecerit, si formatum fuerit, reddat animam pro anima*[4], huic legi subiacent. Cetera vero ratione carentia, quantumcumque humanae[g] similitudini accedant, ut simiae[5], vel quocumque modo humano generi antiquus hostis per haec[h] illudat, ut Fauni[6], et si qua sunt huiusmodi, ab hac resurrectione aliena[i] noscuntur. Ceterum de ermafroditis[7], bicipitibus[8], quos naturae error vel male coniunxit vel male divisit, laboriose disputare necesse non est, presertim cum in aliis scripturae locis copiose[k] satis a patribus haec enodata sit questio[9].

cf. Exod. 21, 22 sq.

XIII.[l] Nunc inquirendum est de his, qui vivi[m]

a) sol *om. B* 2. b) eorum *A* 4. *C* 6. c) inequalitatem *C* 6. d) *novum capitulum* (XIII. *A* 1. 3; XIIII. *A* 4. *C* 5; XV. *C* 3; *num. om. C* 2. 6) *incipiunt A. C; etiam B* 2 *litteram* D *initialem minio pictam habet, numero* XII. *minio scripto eraso.* e) credenda *C* 2. f) monstr. *om. C* 3. g) hum. *om. C* 6. h) hoc *C* 2. 3. 6. i) esse *supra lin. add. C* 3. k) cop. *om. C* 6. l) XIIII. *et sic deinceps A* 1. 3; XV. *et sic deinceps A* 4. *C* 5; XVI. *et sic deinceps C* 3; *num. om. et sic deinceps C* 2. 6. m) vivi *om. C* 2, *alia manu superscr. C* 3.

1) *Ex. gr. Aug. De civ. Dei XVI,* 8 *(ed Dombart II, p.* 135*): Porphyrius, Liber Isagogarum in Categorias Aristotelis tract. II,* 3; *Boethius, De consol. philos. I, prosa* 6, *ed. Peiper p.* 22; *Gilberti Porret. Comm. in l. Boethii De duabus naturis et una persona Christi (Boethii opera, ed. Basil.* 1570, *p.* 1256*).* 2) *Quarum varia genera enumerat Aug., De civ. Dei XVI,* 8. 3) *Cf. Aug. De civ. Dei XXII,* 13; *Enchirid.* 85 *sq. (= Hugo de S. Vict., De sacram. II,* 17, 13 *sq.).* 4) *Ita etiam Hugo de S. Vict., Summa Sentent. III,* 12 (*sed* Moyses in Exodo); *sacra scriptura vulgatae edit. verbis gravissimis non concordat, Exod.* 21, 22 *sq.:* Si rixati fuerint viri, et percusserit quis mulierem praegnantem, et abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit et arbitri iudicaverint. Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima. 5) *Quas commemorat ex. gr. Aug., De civ. Dei XVI,* 8. 6) *Quos habet ex. gr. Aug. ib. XV,* 23. 7) *Quos habet ex. gr. Aug. ib. XVI,* 8. 8) *Cf. ibidem.* 9) *De resurrectione monstruosorum foetuum in universum cf. Aug. Enchirid.* 87 *(= Hugo de S. Vict., De sacram. II,* 17, 14*).*

repperiuntur[a], utrum in illo statu ad iudicium rapiantur, vel potius sicut et alii moriantur et iterum resurgant[1]. Nemo enim resurgere[b] potest, qui prius non moritur.
1. *Petr.* 4, 5.[2] Non desunt quippe, qui putent hoc, quod dicitur *iudicare vivos et mortuos,* sic accipiendum, ut[c] vivos eos, qui in carne residui inveniantur[d], dicant, eos vero, qui dormierunt[3] et de pulvere[e] terrae evigilabunt[4], mortuos intelligant. Quibus accommodatum videtur quod in Paulo
1. *Thess.* 4, 12—16. legitur: *Nolumus* enim[f] *vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et*[g] *ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus eos, qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis*[h] *dicimus in verbo*[i] *Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non preveniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo*[k]*, et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus*[l]*, qui relinquimur, simul rapiemur*[m] *cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.* Quae verba sonare videntur Domino ad iudicium descendenti sanctos, qui adhuc vivunt sive qui a morte resurgunt, simul in aere occurrere. Velocitatem enim resurgendi significans mortuos a vivis ait non preveniri, sed istos simul[n] eadem hora, eodem momento cum illis obviam Christo in aera rapi. Sed iuxta hunc[o] sensum, si, qui vivi reperti fuerint, non morientur, quomodo generalis erit resurrectio? quomodo stabit quod dicit Paulus:
1. *Cor.* 15, 51. *Omnes quidem resurgemus?* Numquid sibi ipsi contrarius estimabitur? Absit! Iuxta maiorum[5] igitur nostrorum diffinitionem[p] et verum est, quod vivi[q] cum his qui resurgunt simul rapiantur[r] in aera, et verum est, quod[s],
Ps. 88, 49. iuxta quod[t] in psalmo canitur: *Quis est homo, qui vivit*[u]

a) *manu saec. XVI, ut videtur, superscr.* rapiuntur *A* 1. b) surgere *A* (*remanu saec. XVI, ut videtur, supra lin. add. A* 1). c) ut *om. C* 5. d) invenientur *C* 5. e) terre pulv. *C* 2. 5. f) enim *om. C* 5; autem *Vulg.* g) et *om. A* 1. h) vobis *om. C* 6; dic. vobis *C* 2. 3. i) in verbo *om. C* 2. k) de caelo *om. C* 3. l) qui residui sumus *add. C* 6. m) rapiemus *B* 2. n) eadem hora simul *C* 3. o) sensum hunc *C* 5. p) estimacionem ac diffinicionem *C* 6. q) vivi *om. C* 2. r) rapientur *C* 5. 6; rapiuntur *ed. Wilmansiana errore typothetae.* s) quod *om. C* 2. 5. t) ꝗ *radendo mut.* Ꝺ *B* 2. u) vivet *A* 4. *C* 5. 6. *Vulg.*

1) *Cf. Aug. De civ. Dei XX,* 20. 2) *Cf. etiam* 2. *Tim.* 4, 1. 3) 1. *Thess.* 4, 14 *sq.:* Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. . . . . non praeveniemus eos, qui dormierunt, *quae infra l.* 12—15. *allata sunt.* 4) *Dan.* 12, 2: multi de his, qui dormiunt in pulvere terrae, evigilabunt. 5) *Ad vocem* maiorum *cf. supra II, Prol., p.* 68, *l.* 28.

et non videbit mortem? a debito[a] universae carnis, quod et Dominus, qui nil rapuerat, exsolvere[1] voluit, immunes non erunt. Potest quippe omnipotens, qui cuncta[b] creavit ex nichilo, mira eos celeritate in ipso raptu morte dissolvere statimque ad vitam revocare[2]. Quamvis vivi et mortui tropice[c] boni et mali accipi non incongrue possint[d]. Si quis vero dicat eos in illo generali incendio cremandos et sic ad vitam cum aliis sanctis revocandos, non est cum eo decertandum; tantum videat, quomodo verba apostoli, quibus obviam Christo in aera rapi dicuntur, intelligat. *cf. Ps.* 68, 5.

XIIII.[e] Cuius[f] in verbis nec hoc transeunter legendum est, quid vocem archangeli, quid tubam Dei[g] intelligat. Nam et alibi de eodem[h] loquens misterio: *Omnes*, ait, *resurgemus, sed non omnes immutabimur in momento, in ictu oculi, in novissima tuba. Canet*[i] *enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur.* 1. *Cor.* 15, 51 *sq.*

p. 285. Novissimam tubam ponens alias prius increpuisse *declarat. Habes profecto in Apocalipsi: *Et VII angeli*[k], *qui habebant VII tubas, paraverunt se, ut tuba canerent, et primus angelus tuba cecinit et secundus et tercius* et ita usque ad septimum. Quam tubam novissimam Paulum vocasse non inconvenienter intelligi potest. Sunt qui VI tubas ante novissimam sanctos predicatores, qui per VI mundi[l] aetates verbo sacrae exhortationis torpentia corda nunc quasi concisius[m] insonando premiorum promissis allexerint, nunc velud asperius[n] increpitando[o] minis et terrore penarum perculserint[p], intelligant[3], quales in prima Enoch, in secunda Noe, in tercia Abraham et patriarchae, in quarta Moyses, in quinta David et prophetae, in sexta Christus et apostoli eorumque sequaces[q] fuere[4]. At septimam[r], quam et[s] novissimam, *Apoc.* 8, 6 *sqq.*

a) mortem? adhibito *C* 2. 3. b) cuncta *om. C* 3. c) typice *A. B* 2. d) possunt *C* 6. e) XV. *corr.* XIIII. *B* 2; *cf. p.* 409, *n.* l. f) Huius *A*. g) Dei *om. C* 6. h) eo *C* 2. i) Canent *B* 2. k) ang. *om. B* 2. l) etates mundi *A* 3. m) concisus *A* 1. 3, *alio atram. corr.* concisius *A* 3, *manu s. XVI. corr.* concisius *A* 1; conscisus *corr.* conscisius *B* 2; conscisius *C* 2. 6. n) aperius *mut.* apercius *C* 2; apertius *C* 3. o) *ita B* 2 (increpita do). *C (sed C* 3 *radendo mut.* increpando*)*; increpando *A*. p) *ita codices;* perculerint *Cusp.* q) successores *C* 6. r) *ita C* 5. *Cusp.;* septima *A. B* 2. *C* 2. 3. 6. s) et *om. C* 6.

1) *Ps.* 68, 5: quae non rapui, tunc exolvebam. 2) *Aug. l. c.* 3) *Cf. Haymonis Halberst. Expos. in Apoc. II,* 8, *Migne, Patrol. Lat. CXVII, col.* 1044; *Brunonis Ast. Expos. in Apoc. III in., Migne l. c. CLXV, col.* 646; *post Ottonis aetatem Richardus de S. Victore, In Apoc. III,* 1, *Migne l. c. CXCVI, col.* 776. 4) *Prorsus alias personas his septem Apocalypseos angelis designari facit ex. gr. Berengaudus, Expos. super* 7 *visiones libri Apocal., Migne l. c. XVII, col.* 934 *sqq.*

vocem ad excitationem dormientium emissam, tanto terribilius concrepantem, quanto presentius[a] et quasi realius ea, quae ante predicta fuerunt, ipso effectu prodentem, vocant. Qui sonus, quia per ministerium angelorum fieri creditur, vox propter rem, tuba propter significationem non inconvenienter appellatur. Si enim Domino tranquillo et sereno ad caelos ascendente vox an-
Act. 1, 11. gelica: *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem*[b] *in*
Ps. 46, 6. *caelum*[c], leniter insonans voci tubae iuxta illud: *Ascendit Deus in iubil*atione[d], *et Dominus in voce tubae,* comparatur, quanto magis ipso in maiestate[e] metuendo et severo ad iudicium[f] descendente vox angelica vivos et mortuos ad iudicium terribiliter exsuscitans tuba vocatur? Si predicentium futurum iudicium vox tuba fuit, quanto magis realiter et presentialiter illud idem edicentium sonus tuba erit? Nonnulli VII tubas VII donis spiritus[g] sancti exquisitius comparant singulaque singulis etatibus descendendo tribuentes novissimam tubam spiritum timoris appellant[1].

XV.[h] His consummatis ad iudicium et utriusque civitatis ultimam[i] discussionem Dominum venire non[k] dubium est. Veniet autem iudicaturus in ea forma, in qua prius venerat iudicandus, ut equa lance mundus eum severum discretorem inveniat, quem in carne humiliter venientem elata prius mente contempserat. Unde
Ioh. 19, 37. est illud propheticum[2]: *Videbunt, in quem transfixerunt.*
ib. 5, 22. *Pater enim* in sua[l] persona non[l*] iudicans *omne iudicium filio*[m] *dedit*[3], ut, quem prius diversis obprobriis crucique
Phil. 2, 10. innocentem exposuerat, hunc *caelestium*[n], *terrestrium et*
Act. 10, 42. *infernorum* dominum *constitu*ens *iud*icem *vivorum et mortuorum* faciat[o]. Quae tamen humana[p] forma cum mitis appareat iustis, tanto erit clarior[q] et formidabilior impiis, quanto eis antea visa fuit[r] obscurior et despicabilior. Aspectus enim eius et fortitudo, quae in priori adventu

a) presentis *A (manu s. XVI. corr.* -ius *A* 1*)*. b) euntem *om. C* 2; a. *A* 4. c) caelum *om. A* 4. *C* 2. d) iubilo *C* 3. *Vulg.;* iubil. *C* 6; i. *A* 4. e) sua *add. C.* f) terribiliter *add. C* 3. g) sancti spir. *C* 5. h) XVI. *corr.* XV. *B* 2; *cf. p.* 409, *n.* 1. i) ultima *B* 2. k) dubium non *C.* l) in pers. sua *A.* l*) non *om. A* 4. m) dedit filio *A* 4. *C* 6. *Vulg.* n) et *add. C* 6. o) faciet *A.* p) huna *B* 2. q) imp. cl. et formid. *C* 2. 3. 5; cl. imp. et formid. *C* 6. r) eis *add. iterum C* 5.

1) *Ex. gr. Gerhohus Reichersperg. in Lib. de ord. don. s. spiritus (a.* 1142. *vel* 1143. *composito), MG. Libelli de lite III, p.* 282, *cf. p.* 273. 2) *Ipsius prophetae verba, Zach.* 12, 10, *ab Ottone magis recedunt.* 3) *Cf. Aug. De civ. Dei XX,* 30.

non perdita fuscabantur, sed non visa abscondebantur, tanto in eo erunt manifestius, quanto ad vindictam adversariorum exerentur[a] vehementius. Unde est illud Malachiae: *Quis poterit cogitare diem adventus eius?* Aut[b] *quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullonum, et sedebit conflans et emundans*[c] *argentum, et*[d] *purgabit filios Levi.* Quod est dicere: Non solum eos, qui *quasi stipula* ab igne furoris eius *consumentur*[e], condempnabit, sed et illos, qui sortem hereditatis non habentes in terra Levi filii vocantur[1], vel eos, qui argento comparati digni, quo in caelesti theca reponantur, inventi fuerint, virtutis suae superexcellenti maiestate terrebit territosque iuxta beatum Iob[2] purgabit. *Nam* et *virtutes caelorum movebuntur.* Et hanc districtionem[f] fulgoremque iudicantis arbitror intellexisse Danielem, cum diceret: *Thronus eius flammae ignis, rotae eius ignis*[g] *accensus, fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.* Cum quanta enim[h] superinestimabili gloria caelestisque curiae perlucida frequentia gloriosus et admirabilis appareat, idem propheta subiungit: *Milia*[i] *milium ministrabant ei, et*[k] *decies milies centena milia assistebant ei.*

Mal. 3, 2 *sq.*
Nahum 1, 10.
Iob 41, 16.
Luc. 21, 26.
Dan. 7, 9 *sq.*
ib. 10.

XVI. Itaque[l] ambabus his civitatibus coram throno maiestatis suae presentatis, una[m] ad dexteram, id est[n] partem potiorem[o], altera ad sinistram posita[p], causa utriusque iustissimo iudicio terminabitur. Porro nulla erit in iudicando difficultas, ubi cognoscendarum conscientiarum se invicem accusantium seu[q] defendentium tanta erit iudicis vivax facilitas. Unde Daniel in libro visionis suae: *Iudicium,* inquit[r], *sedit, et libri aperti sunt.* Manifestius autem Iohannes in Apocalipsi sua: *Vidi,* ait, *thronum magnum, candidum et sedentem super eum,* ad[s] *cuius conspectum fugit caelum et terra, et locus non*[t] *est*[u] *inventus* ab *eis. Et vidi mortuos magnos et pusillos*

ib. 7, 10.
Apoc. 20, 11 *sq.*

a) = exserentur; exercentur *A* 4 *et A* 1*a* (-er- *supra lin.*), *unde Cusp.* exercebuntur. b) Et *A* 4. *Vulg.* c) mundans *A* 4. *C.* 5; m. *C* 2. 6; emdās *C* 3. d) et *om. C* 6. e) consummentur *B* 2. *C* 2; consumitur *A* 1. 3. f) distinctionem *A* 4; *in C* 5 *adhuc* disteccionē *discerni potest, quod certo ad* districcionem *complendum est.* g) ignis *om. C* 3. h) et *add. C* 6. i) Milium milia *A* 1. 3. k) et — ei *(l.* 22*) om. C* 3. l) Ita *C* 3. m) uū *B* 2. n) per *add. C* 5. o) potiorem *radendo mut.* potiore *C* 3; portionem, -r- *deletum videtur B* 2; priorem *C* 6. p) pos. *om. C* 6. q) se *A* 3. r) sedit inquit *C* 5. s) a cuius conspectu *C* 5. *Cusp., Vulg.* t) non *om. C* 2. u) est *om. C* 6.

1) *Cf. Num.* 18, 20 *sqq.*; *Deut.* 10, 9. 2) *Iob* 41, 16: et territi purgabuntur.

stantes in conspectu troni, et libri aperti sunt. Et[a] *alius liber apertus est, qui est vitae, et iudicati sunt mortui*[b] *secundum opera ipsorum*[c]. Qui sunt isti libri, quos Daniel simul[d] et Iohannes posuit? Vel quis est ille alius liber, quem Iohannes adiecit, quem etiam *vitae nominavit? Numquid Deus humano more facta singulorum, ne memoriae ipsius elabantur, conscripsit, et secundum hoc unumquemque iudicabit? Annon magis uniuscuiusque conscientiam novit ut creator, non obliviscitur ut incommutabilis, iudicabit ut verus et subtilis ab eterno discretor? Sunt ergo[e] libri conscientiae singulorum[1], semet ipsas ad mortem vel ad[f] vitam iudicantes. Liber vero alius, qui vitae dicitur, prescientia conditoris, qui et[g] ab eterno iuste dampnandos previdit et misericorditer vocandos et iustificandos predestinavit. De hoc libro impios deleri imprecatur psalmista, cum ait: *Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur.*

*p. 2.

cf. Rom. 8, 28 sqq.

Ps. 68, 29.

Dan. 7, 10. XVII.[h] Quid vero sibi vult quod dicitur: *Iudicium sedit,* cum ad iudicium vel in iudicio sedere, non iudicium sedere dicere soleamus? Ait siquidem et psalmista: *Quia illic sederunt sedes in iudicio.* Sedentne sedes? Quae sunt istae sedes? Quod[i] iudicium? Queramus, petamus, pulsemus, ut inveniamus, ut accipiamus, ut intromitti mereamur. Non possunt sedere nisi vivae sedes, non potest[k] sedere nisi vivum iudicium. Sunt ergo[l] aliquae[m] sedes et vivae, in quibus Deus sedeat. Est iudicium et vivum, in quo iudicia sua discernat. Qui* tropus frequenter in divina scriptura invenitur, ut, sicut in humana pagina Parthonopeus pictus pro parma[n] Parthonopei picta ratione consortii dicitur[2], ita eadem ratione sedes pro sedente, iudicium[o] pro iudicante sedere vel iudicare affirmetur. Quamvis et alia ratione iudicium vel sedes

Ps. 121, 5.

cf. Matth. 7, 8. Luc. 11, 10.

*) Qui tropus — maneat *(p. 415, l. 3) om. C.*

a) Et *om. C* 3. 6. b) ex his quae scripta erant in libro *add. Cusp., Vulg. (ubi* libris*).* c) eorum *A* 3. d) et Ioh. simul *C* 5. e) et *add. C* 2. f) ad *om. C* 2. g) et *om. B* 2. h) XVIII. *corr.* XVII. *B* 2; [X]VII, *in marg. abscis. C* 2; *cf. p.* 409, *n.* l. i) Quid *C* 2. 3. k) possunt *A* 1. 3; posset *A* 4. l) ergo *om. B* 2. m) aquile *B* 2. n) parina *A.* o) iudicum *B* 2.

1) *Glossa ordinaria in Apoc.* 20, 11. 2) *Statius, Theb. IV,* 267 *sq.:* Inbelli parma pictus Calydonia matris Proelia *(sc. Parthenopaeus, v.* 248*).*

hic vocari possint, non solum, quod iudicent, sed ex eo, quod Deus in eis iudicet; non solum ex eo, quod sedeant, sed et quod Deus in eis sedeat[1], id est maneat. *Sedisti,* inquit propheta, *super thronum, qui iudicas* equitatem[a]. *Ps. 9, 5.* An de angelis hoc[b] tantum[c] dictum putamus? annon[d] etiam de sanctis, qui cum eo sedebunt, cum[e] eo iudicabunt, in quibus ipse sedebit et iudicabit? Sedent[f] *Matth. 19, 28.* quippe cum eo sancti iudicantes, sicut eis[g] in Evangelio *Luc. 22, 30.* ipse promittit. Sedet[h] ipse in sanctis iudicans, mentes eorum, ne ulla perturbatione vacillare valeant, inhabitando regens, ne ulla pravitate a rectitudinis norma exorbitent, vivificando implens[i], sicut dicitur: *Anima iusti sedes est sapientiae*[2]. Sedet ergo iudicium, sedent et sedes, quia sancti apostoli, sacer ille senatus, eorumque imitatores, quos Deus inhabitat[k·3], ad iudicium venientes non iudicandorum, sed iudicantium officio fungentur[l·4]. Erunt enim[m] ibi quatuor ordines, duo bonorum et[n] duo malorum; ex bonis unus iudicans, alter iudicandus, ex malis item unus[o] iudicandus, alter iudicatus[5]. Iudicans perfectorum, qui propriis voluntatibus et facultatibus abrenunciantes Christum secuti sunt[6], quibus dictum est: *Sedebitis et vos super sedes XII, iudicantes XII tribus* *Matth. 19, 28.* *Israel,* duodenis thronis perfectionem illius ordinis declarantibus. Iudicandus non tam[p] perfectorum, iustorum tamen[q], qui sua licite possidentes[7] operibus misericordiae obtinere meruerunt, ut ad dexteram collocati[8], iudicati prius et examinati, benigne audiant: *Esurivi, et dedistis* *ib. 25, 35.* *mihi manducare,* et[r]: *Venite, benedicti patris mei, percipite*[s] *ib. 34.* *regnum,* quod *vobis paratum est ab origine*[t] *mundi*[9]. Ma-

a) equitates *A* 1. 3; ę. *A* 4; iustitiam *Vulg.* b) h' *A* 1; h̄ *A* 4; hec *B* 2. c) tantum *om. C* 2. d) anu *A* 1; n̄ *post* an *supra lin. A* 3; an *(radendo corr., fortasse ex* ante*)* ut *B* 2. e) cum eo iud. *om. A. B* 2. f) Sedebunt *C* 3. 6. g) ipse eis in euang. *C* 2. 3. h) *ita C;* sed et *A* 1. 3. *B* 2; et, *omisso* Sed *A* 4. i) implent *vel* impleat *C* 5. k) inhabitatat *B* 2. l) fugentur *B* 2. m) enim *om. C* 6. n) et *om. C.* o) unus *om. C* 3. p) tam *mut.* iam *C* 3. q) tm̄ (= tantum) *C* 2. r) et *om. C* 3. s) *ita A* 4. *B* 2. *C* 5; pci. *C* 2; p *A* 1. 3. *C* 3. 6; possi(dete) *Cusp., Vulg.* t) orig. *om. C* 6; a constitutione mundi *Vulg.*

1) *Ita Aug. Enarr. in ps.* 121. 2) *Cf. Prov.* 14, 33: In corde prudentis requiescit sapientia; *Sap.* 1, 4: in malevolam animam non introibit sapientia. 3) *Cf.* 2. *Cor.* 6, 16. 4) *Cf. etiam Aug. De civ. Dei XX,* 5 *(ed. Dombart II, p.* 413*).* 5) *Gregor. Moral. XXVI,* 27, *ubi iidem sacrae scripturae loci afferuntur; Glossa ordin. in ps.* 1, 5. 6) *Cf. Hashagen l. c. p.* 65. *et supra II,* 34, *p.* 108. 7) *Cf. Hugo de S. Vict., De arca Noe morali I,* 4, *Migne, Patrol. Lat. CLXXVI, col.* 630 *B; De arca Noe mystica c.* 7, *ib. col.* 695 *A sq.* 8) *Cf. Matth.* 25, 33. 9) *Eadem verba ex. gr. apud Aug. In Ioh. evang. c.* 3, *tract. XIV,* 8. *Biblia vulgatae edit. paulum recedit.*

lorum iudicandus et dampnandus, qui bona transitoria ad communem usum humano generi a creatore[a] indulta malo avariciae sibi usurpantes indigentiae pauperum
Matth. 25, 42. viscera clauserunt[1], quibus item[b] dicitur: *Esurivi, et non*
ib. v. 41. *dedistis mihi manducare,* et: *Discedite a me, maledicti*[c], *in* 5
ignem eternum et cetera[d]. Malorum iudicatus et dampnandus[e], qui in obstinatione incredulitatis permanentes[2]
1. *Tim.* 2, 4. *ad agnitionem veritatis* verique Dei verum[f] cultum, quem Greci eusebiam, nos pietatem appellamus, non pervene-
Ioh. 3, 18. runt, de quibus dicitur: *Qui non credit, iam iudicatus est.* 10
Ps. 1, 5. Et psalmista: *Ideo non resurgunt*[g] *impii in iudicio neque peccatores in consilio*[h] *iustorum.* Non enim[i] ait: Peccatores non resurgunt[k]; sed cum dixisset, quod impii, id est infideles[l], non resurgerent[m] in iudicium, id est ut ponantur in iudicio, de istis adiunxit: *Neque peccatores* 15
in consilio[n] *iustorum,* ac si[o] diceret: Resurgent quidem ad iudicium, sed non ad iustorum consortium[3]. Unde videtur[p] non solum avaros[4], sed[q] et quoscumque criminosos sub nomine Christianae religionis in peccatis suis morientes[5] ad iudicandorum, sed[r] dampnandorum[s] per- 20
tinere collegium. Neque enim ullos umquam pro immisericordia[t] iustius discutiendos et dampnandos putaverim, quam[u] qui vitae suae negligentes, ne[v] dicam proximis, sed nec[v] propriae[w] animae misereri et[x] subvenire curaverunt. Est enim veridicum proverbium[6]: 25
Eccli. 30, 24. *Qui sibi* malus, *cui bonus?* et* illud sapientis: *Miserere animae tuae placens Deo.*

XVIII.[y] Dehinc videndum[z] est, ubi extremi illius iudicii conventus agatur. Nonnulli propter prophetiam,

*) et illud — placens Deo *(l.* 27*) om. C.* 30

a) conditore *C* 6. b) iterum *in marg. suppl. B* 2. c) -dicti *om. B* 2; m. *A* 1. 3; mal. *C* 6. d) et cet. *om. A* 4. *C* 2. 5; q. p̄. ē. d. et a. e. *add. A* 4. *Vulg.* e) dampnadus *mut.* dampnatus *A* 4; dampnatus *C* 6. f) verum *om. A* 4. *C* 2. 3. g) resur. *C* 3; resurgent *C* 6. *Vulg.* h) *ita hoc loco B* 2. *C* 2. 5. 6; c̄. *A* 1; 9. *C* 3; c. *A* 3. 4; concilio *Vulg.* i) ut *add. C* 2. k) resurgent *C* 6. l) fideles *B* 2. m) resurgent *C* 5. n) *eadem manu superscr.* vel conci- *A* 1; 4. *B* 2. o) aperte *add. C* 3. p) non vid. *A* 1. 3. q) sed *om. C* 2. r) sed *om. A.* s) dampnatorum *C* 6. t) per immisericordiam *A* 3. *Cusp.;* per ī misc̄dia *A* 1. u) eos *add. C.* v) n̄ *A* 1. w) propriae *om. C* 6. x) et *om. C* 5. y) XVIIII. *corr.* XVIII. *B* 2; [X]VIII. *in marg. abscis. C* 2; *cf p.* 409, *n.* 1. z) *ita B* 2. *C;* dicendum, *sed ante hanc vocem supra lin. signum* ł (= vel) *suprascriptum et in marg. manu scribae* ł videndum *add. A* 1; videndum dicendum, *signo* ł *inter has voces supra lin. addito A* 3; videndum et dicendum est *A* 4.

1) 1. *Ioh.* 3, 17. 2) *Cf. Rom.* 11, 23: si non permanserint in incredulitate. 3) *Cf. Aug. Enarr. in ps.* 1. 4) *Cf.* 1. *Cor.* 6, 9 *sq.* 5) *Cf. Ioh.* 8, 24: moriemini in peccato vestro. 6) *Eccli.* 14, 15: Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?

quae dicit: '*In valle Iosaphat*[a] diiudicabo eos[b]', ad litteram *Ioel* 3, 2.
eam intelligentes non longe a civitate sancta in valle
Iosaphat[c] futurum iudicium putant[1], ut in locum[d], quo
287. iudicatus fuit, iudicaturus quoque Dominus adveniat.
5 Unde quidam simpli*ciores sepulchrum Domini orationis
causa visitantes in prefata valle, tamquam loca sibi ad
illam horam denotantes, lapillos seu aliam metam collo-
cant[2]. Hunc, ut verbis Ieronimi[e·3] utar, pium errorem
ex devotione[f] et simplicitate fidei procedentem non damp-
10 namus nec[g] tamen pro sententia approbamus. Alii
mistice intelligentes, eo quod Iosaphat Hebraice Latine[h]
iudicium sonet[4], ubicumque locorum celebretur, illum
Iosaphat, id est iudicium, dicunt. Alii propter verba
apostoli supra posita[i·5], quod, postquam[k] rapiendos in
15 aera obviam Domino sanctos dixit, *et sic semper cum* 1. *Thess.* 4, 16.
Domino erimus subiunxit, in aere futurum iudicium[l]
estimant[6]. Michi autem melius sentire videntur, qui
hoc in terra futurum dicunt. Corpora quippe de terra
facta nec[m] ad incorruptionem[n] utpote malorum immutata
20 verisimilius est in terra ad[o] iudicium collocari quam ad
subtilius elementum sua cum ponderositate, qua[p] potius
ea[q] ad ima vergere oportet, sursum transvehi. Nec re-
pugnat illud apostoli testimonium, qui sanctos, ex quo
Christo in aera[r] obviaverint, semper eos cum ipso fu-
25 turos esse dicit, cum possint[s] cum illo ad terram quo-
cumque loco sibi placito sine molestia gravedinis redire,
postque sublato impio, ne[t] videat gloriam Dei[u·7], in *cf. Is.* 26, 10.
gaudium Domini sui[8], ubi[v] semper cum ipso maneant,
introire.

30 a) Iosephat *A* 1. *B* 2. b) populum meum *C* 6, *cf. Vulg.* c) Iosæphat *A* 1; Iosephat *B* 2. d) locum *mut.* loco *B* 2. e) utar Ieron. *C* 2. 3. 5; ut utar verbis beati Ieron. *C* 6. f) *ita C;* et simpl. ex devot. *A* (simplicitate *multo recentiore atram. mut.* simplicitate *A* 1); ex simpl. et ex devot. *B* 2. g) n̄ *A* 1. h) laine *A* 1. i) dicta *C* 2. 3. k) -quam *om. C* 3. l) estimant iud. *C* 2. 3. m) *ita C* 2. 3. 5;
35 nc *C* 6; nc̄ *A* 1. 4. *B* 2; nunc *A* 3. n) corrupcionem *C* 2. o) ad *om. C* 6. p) quam *C* 2. 3. 6, *corr.* qua *C* 3. q) ad ima ea *C* 3. r) aere *C* 2. 3. 5. s) possent *A* 4; possit *C* 2. t) n̄ *A* 1. u) Dei *om. C* 6. v) ut *C* 5.

1) *Cf. Glossa ordinaria, Edit. Duac. IV,* 1829 *(Antverp.* 1617*):*
Hoc quidam pueriliter intelligunt, quod in valle, quae est in latere
10 montis Oliveti, descensurus sit Dominus ad iudicium *etc.* 2) *Haec
Ottonem ex suo addidisse non negaverim.* 3) *Nescio, num Hieron. haec
dixerit. Verba* pio . . . errore *apud Hieron. In Is. c.* 34, *v.* 1 *sqq.,
l. X, sed ad rem aliam pertinentia habes.* 4) *Hieron. In Ioelem* 3, 1 *sqq.,
Migne, Patrol. Lat. XXV, col.* 979; *cf. Hug. de S. Vict. Adnot. in
15 Ioelem, Migne l. c. CLXXV, col.* 359. 5) *VIII,* 13. 6) *Cf. Honor.
August. Eluc. III,* 12. 7) *Cf. Is.* 26, 10: Misereamur impio, . . . et
non videbit gloriam Domini; *cf. infra VIII,* 26 *fin.* 8) *Cf. Matth.*
25, 21. 23: intra in gaudium Domini tui.

XVIIII.[a] Porro quanta celeritate hoc iudicium transeat, dicere non oportet, ubi omnes tergiversationes et cavillationes, quas in hoc[b] seculo in causis pati solemus, perspicua iudicis subtilitas et renum[c] cordiumque scrutatoris[d.1] acutissima provisio evacuabit. Hic enim iuxta formam iudicii in rei causa, qua accusator impetit, patronus defendit[e], testis ad convincendum[f] intendit, iudex internorum nescius ut homo sepe fallitur, reusque[g], qui dampnandus erat, frequenter absolvitur[2]. Quod quia conscientia unumquemque accusante seu defendente ibi esse non poterit, inestimabili velocitate illud iudicium consummari credendum est[3].

XX. Restat, ut de fine utriusque civitatis, qui profecto resurrectionem iudiciumque sequitur, inquiramus. Discussa[h] enim, ut dictum est, in iudicio ambarum causa, illa pro qualitate meritorum coronabitur, ista cum capite suo diabolo principeque ac seductore suo Antichristo eternis penis condempnabitur. Quod Iohannes
Apoc. 20, 9 *sq.* in Apocalipsi previdens ait: *Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in* caminum[4] *ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudopropheta cruciabuntur*[i] *die ac nocte in secula seculorum.* Tria posuit: diabolum, bestiam et pseudoprophetam; diabolum suo[k] nomine, in bestia Babylonem seu mundum[5], in pseudopropheta Antichristum intelligens; quos *in* caminum *ignis et sulphuris miss*os *crucia*ndos *die ac nocte in secula seculorum* dixit. Per ignem enim et sulphur atrocitatem incendii, per caminum[l] horrorem loci, per diem[m] et[n] noctem ac[o] secula seculorum penarum indeficientem perpetuitatem demonstravit. Erit ergo ibi incendium sine modo, locus sine refrigerio, continua nox sine die, penarum diutina miseria sine fine. Porro de ipsius civitatis dampnatione, quam hic bestiam

a) XX. *corr.* XVIIII. *B* 2; XVIX. *C* 2; *cf. p.* 409, *n.* l. b) h' *A* 1. c) rerum *A. B* 2. d) perscrut. *C* 6. e) defendat *A* 1. 3. f) vincendum *C* 2. 3. g) -que *om. C* 2. h) Discussaque *C* 6. i) cruciabantur *A* 3. k) sine *C* 2. 3; in suo *C* 6. l) meum *add. C* 2. m) noctem et diem *C* 2. 3. n) ac *C* 6. o) in *C* 3; et *C* 6.

1) *Ps.* 7, 10: scrutans corda et renes Deus; *Ier.* 17, 10: Ego Dominus scrutans cor et probans renes; *Apoc.* 2, 23: ego sum scrutans renes et corda; *Sap.* 1, 6: quoniam renum illius testis est Deus et cordis illius scrutator est verus. 2) *Cf. Aug. De civ. Dei XX,* 2. 3) *Cf. Hugo de S. Vict., De sacram. II,* 17, 8. *et* 23, *qui terrenum iudicium non comparat.* 4) stagnum *Apoc., sed cf. Matth.* 13, 42: et mittent eos in caminum ignis. 5) *Ita Aug. De civ. Dei XX,* 9. 14; *sed aliter Otto ipse supra VIII,* 3, *p.* 396, *l.* 31 *sq.*

vocat, alibi loquens: *Sustulit,* inquit[a], *unus angelus fortis* Apoc. 18, 21.
lapidem magnum[b] *molarem et misit in mare dicens: 'Hoc impetu mittetur Babylon magna*[c] *illa civitas, et ultra non invenietur'.* Talis locutio apud Grecos simbolica dicitur, ubi videlicet divina scriptura de re invisibili vel spiritali loquens collatione facta materialibus seu visibilibus signis utitur, velud, cum angelorum velocitatem notare volumus, pennatos eos scribimus[1]. Non enim credendum est angelum lapidem[d] realem in mare misisse, sed[e] prefato usu locutionis impetum et velocitatem dampnationis eius auctorem[f] insinuasse, iuxta quod in psalmo legitur: *Periit memoria eorum cum sonitu.* Unde rursum[g] Ps. 9, 7.
in Apocalipsi predictae civitatis interitus[h] largius describitur, cum dicitur: *Cecidit, cecidit Babylon magna, et* Apoc. 18, 2sq.
facta est habitatio eius *demoniorum et custodia omnis spiritus immundi et custodia omnis volucris immundi*[i] *et odibilis, quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, et reges terrae cum illa fornicati sunt.*

Volunt quidam Iohannis Apocalipsim antiquis prophetarum visionibus et precipue Danielis et Ezechielis affinem esse prioresque prophetias necessario per ipsam elucubratas[k] fuisse. In ultima enim visione templi et Hierusalem Ezechieli[2], in extremo iudicio Christique regno Danieli[3] similis, hunc non iuxta Iudeorum perversum[l] sensum[4] de Hierusalem seu templo terrestri, sed[m] caelesti[n] locutum fuisse et illum itidem non iuxta eos de iudicio gentium regnoque Messyae sui terreno, sed de Christi vero caelesti et eterno iudicio et regno prophetasse ostendit. Sic etiam, quia[o] multi prophetarum contra Babylonem multa dixerant, ne de illa tantum[p] urbe, quae olim iniusta dominatione[q] gentes premens iustam suae iniquitatis eversa mercedem[r] recepit, egisse viderentur[s], *ad totum illud reprobae civitatis corpus sub illius typo eos respexisse[t] declarans ultimam eius perditionem insinuat, cum ait: *Cecidit, cecidit Babylon.* ib. 18, 2.

a) unus inquit *C* 2. 3. b) angularem *A*. c) illa civ. magna *A*. d) realem lap. *C* 2. 3. e) sed *om. C* 3. f) auctoritatem *C* 2; auctore *C* 3. g) rursum *om. C* 2. 3. h) inter. *om. C* 5. i) immundae *C* 5. *Cusp., Vulg.; cf. infra p.* 421, *l.* 19. k) elucidatas *C*. l) sensum perv. *C* 5. m) de *add. C* 5. n) loc. cel. *A* 3. o) quidam *A* 3. p) tn̄ (= tamen) *A*. q) dampnatione *A*. *C* 5. 6. r) mercedēre *mut.* mercē *B* 2. s) videntur *A* 4. *C* 2. 3. t) despexisse *C* 5.

1) *Pseudo-Dionys., De coelesti hierarchia c.* 15. 2) *Ezech.* 40 *sqq.* 48, 15 *sqq.* 3) *Dan.* 7. *et* 12. 4) *Vide infra VIII,* 26, *p.* 431, *l.* 20 *sqq. Cf. Hieron. Comm. in Ezech. c.* 40, *v.* 1 *sqq., lib. XII.*

Similis est enim duabus Ysaiae et Hieremiae prophetiis, illi in principio, isti in fine[a] concordans. Nam et apud
Is. 21, 9. Ysaiam legimus: *Cecidit, cecidit Babylon, et omnia sculptilia*
ib. 13, 19 *sqq.* *deorum eius contrita sunt;* et alibi largius: *Erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclita* in *superbia Chaldeorum, sicut subvertit Dominus*[b] *Sodomam et Gomorram. Non habitabitur usque in finem et* confundetur *usque ad generationem et generationem. Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiae, et replebuntur domus eorum draconibus, et habitabunt ibi*[c] *struciones, et pilosi saltabunt ibi, et respondebunt*[d] *ulule in edibus eius, et syrenae*
Ier. 51, 7 *sq.* *in delubris*[e] *voluptatis.* In Hieremia vero sic: *Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram. De vino eius biberunt* omnes *gentes, et ideo commotae sunt. Subito cecidit Babylon et contrita est,* et cetera. Primo videamus, quomodo haec illi Babyloni, quae a Cyro, ut in historia diximus[1], subversa est, ad litteram convenire possint[f]. Ponamus eam ita funditus eversam, quod tamen a multis orientalibus negatur[2], ut non habitetur in finem nec in generationem et generationem, ut requiescant ibi bestiae, ut repleantur domus draconibus et strucionibus, ut sint in delubris voluptatis[g] syrenae aliaque monstruosa, quae[h] ibi ponuntur. Numquid tamen[i] sicut Sodoma et Gomorra subversa fuit? Nusquam[k] enim caelesti eam[l] igne conflagrasse, sed humana manu captam[m], ruinis et vetustate collapsam et dissolutam legimus. Restat, ut, etsi[n] quaedam ibi[o] ad litteram impleta fuerint, reliqua plenius et verius in significato illius consummari credantur. Potuit[p] quidem ad litteram verum esse, quod civitas *illa*[q] prius *gloriosa in regnis* tamquam mero vicinas gentes et[r] regna inebriatas et commotas subiecerit, postmodum et ipsa tamquam inebriata collapsa et contrita monstrorum latibulum, non hominum habitaculum fuerit. Sed quia pleraque et ita vera sunt significantia, quod et vera sunt eorum significata, sicut, quod Abraham duos[s] filios habuit[t], verum

a) finē *C* 2. 3, *radendo corr.* fine *C* 3. b) deus *C.* c) ibi *om.* *C* 3. d) respondent *C* 2. 3. e) et *add.* *C* 6. f) possīt *radendo mut.* possit *B* 2. g) voluptates *A* 3; voluntatis *C* 2. h) q̊ *A* 1. 3. i) tm̄ (= tantum) *C* 2. k) Nūsquam *A* 1; Nunquam *C* 2. 3. 6. l) eam cęl. igne *A* 4. *C* 5; cęl. igne eam *A* 3. *C* 3. m) capta *B* 2. n) et- *om.* *A* 4. *B* 2. *C* 5; si quedam et *A* 3. o) ad litt. ibi *C.* p) Po *in fine versus, manu multo recentiore suppl.* tuit *A* 1; Porro *A* 3; Poī *A* 4. q) illa *supra lin.* *A* 1; prius illa *A* 3. r) et *om.* *C* 6. s) filios duos *C* 6; duos habuit filios *C* 3. t) habuerit *C* 5.

1) *II,* 11. 2) *Vide supra VII,* 3.

fuit in re nec eo minus verum fuit, quod haec sunt duo testamenta in significatione, qualiter mundo quae de[a] Babylone dicta sunt conveniant, breviter aperiemus[b]. *Cecidit, cecidit,* inquit Iohannes, *Babylon magna.* Et *Apoc.* 18, 2.
5 item[c] Ysaias: *Cecidit, cecidit Babylon, et omnia sculptilia* *Is.* 21, 9.
deorum eius[d] *contrita sunt.* Et rursum: *Erit Babylon illa* *ib.* 13, 19 *sq.*
gloriosa, sicut subvertit Dominus[e] *Sodomam et Gomorram, non habitabitur*[f] *in finem, et* confundetur a generatione *usque*[g] in *generationem*[h]. Perversorum[i] enim civitas, quae
10 hic temporali gloria florens in demonum pompa tamquam in *Chaldeorum superbia inclita* in oculis suis fuit, non *Is.* 13, 19.
solum a gloria sua tracta usque ad inferos[k] corruet, sed ad instar Sodomae sulphureo subversa incendio, numquam amplius ad priorum voluptatum desideria tamquam
15 ad habitationem[l] pristinam reversura, sine spe restaurationis in eternum ardebit. Quod vero subsequenter ait: 'Non *ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi,* *ib.* 13, 20 *sq.*
sed requiescent ibi bestiae' et cetera, vel iuxta Iohannem *demones, spiritus immundi, volucres immundae*[m], sic[n] dictum *Apoc.* 18, 2.
20 videtur, quod per Arabes et pastores electi sese proximosque bene pascentes[1], qui presentem mundum non quasi manentem civitatem[2], sed tamquam tentorium seu tabernaculum[o] inhabitant, accipiantur, per bestias autem, pilosos, dracones, struciones, syrenas, ululas, volucres
25 immundas multiplex[p] et diversum spurcissimum illud[q] immundorum spirituum collegium intelligatur. Reproba ergo illa civitas[r], quia, ex quo cum capite suo diabolo eterno[s] supplicio addicitur, non solum ab electis, quos prius ut triticum palea premebat, mentium, sed et[t] lo-
30 corum intervallo separatur, recte audiat, quod non *ponet*[u] *Is.* 13, 20 *sq.*
ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiae et cetera. Nam quod dicitur: *Cecidit,* *ib.* 21, 9.
cecidit Babylon, et omnia[v] *sculptilia deorum eius contrita sunt,* insinuatur[w], quia, quotquot res transitorias inordi-
35 nate amantes Deo preponimus, tot nobis quasi sculptilia fabricamus. Ruente ergo Babylone conteruntur et sculptilia, dum transeunte mundo eo acrius plectendus quisque[x]

a) de *om. C* 2. b) aperiamus *C.* c) Et item *om. A;* Et iterum *B* 2. d) eius *om. C* 6; eius deorum *C* 2. e) dñs *in marg. suppl. B* 2; ds (= deus) *C* 5.
10 f) usque *add. C. Vulg.* g) usque *om. A* 4. *C* 5. h) generatiōe *A* 1. i) Peruersor *A* 1; Perversa *A* 3. k) siȝ *add. C* 6. l) prist. habit. *C* 3. 6. m) immundi *C* 2. 3. 6; *cf. supra p.* 419, *l.* 16. n) sicut *C* 2. 3. o) habitaculum *A.* p) mult. *om. C* 2. 3. q) coll. i[llud] demonum int. *C* 6. r) civ. *om. C* 6. s) suppl. et. *C* 2. 3. t) et *om. A. B* 2.
u) ponat *C* 2. 6. v) omnia *om. C* 6. w) insinuat:ᵛ *C* 5 *(ubi discerni non potest, utrum*
5 *-ur an signum interpunctionis sit);* insinuat *C* 2. 3. 6. x) quisquis *A.*

1) *Cf. Ezech.* 34, 2. 8. 2) *Hebr.* 13, 14: Non enim habemus hic manentem civitatem.

rapitur ad penam, quanto tenerius[a] Deo contempto propriam secutus est concupiscentiam.

Dehinc[b], qualiter iuxta Hieremiam et itidem Io-
Ier. 51, 7. hannem *calix aureus in manu Domini Babylon omnem*
Apoc. 18, 3. *terram* omnesque *reges cum illa fornica*ntes *de ira fornicationis* suae[1] *commo*vens et *inebrians*[2] ipsaque ad ultimum collidenda et conterenda sit, tropologice videamus. Habet Babylon aurum suum, habet sapientiam suam, per quod astutis cavillationibus et argutis ac sophisticis argumentationibus simplices quosque et vecordes quasi monstrato[c] poculo allicit[d], allectos falsis promissionibus potando trahit, tractos in precipitium inebriatos ducit et, sicut *in libro Sapientiae[3] habes[e], non solum garrulitate, sed et cultu[f] et gestu meretricio ad illicitos sui amplexus quasi ad fornicationem illaqueatos in interitum deicit[g]. Est enim spiritualis fornicatio, qua unaquaeque anima ab amore creatoris[h] sui recedens et diversas demonum ludificationes amplectens a Deo suo fornicatur,
Ps. 72, 27. iuxta illud: *Perdidisti omne*m, *qui fornicatur*[i] *abs te.* Quia ergo mundus amatores[k] suos non solum inani sapientia pellicit, sed et diversis desideriis volutatos quasi ad totidem inmundorum spirituum fornicationes furiosa libidine subigit, recte a duobus his primatibus dicitur Ba-
Ier. 51, 7. bylon calice aureo omnem terram omnesque reges et gentes cum ea fornicantes de ira fornicationis suae inebriare. Sed videndum est, quomodo calix iste aureus omnem terram commovens in manu Domini esse dicatur. Numquid eius nutu et voluntate mundus sic concutitur, sic illuditur et postremo cum dilectoribus suis in[l] interitum precipitatur? Quod etsi eius beneplacito non fiat, sine ipsius tamen potestatis permissione, cui formanti[m] lucem sic bonum placet, ut sine ipso creante tenebras[4] malum esse non possit, nequaquam evenire
Ier. 51, 7. creditur. Est itaque *Babylon calix aureus in manu Do-*

a) ten. *om. spatio vacuo relicto C* 2. b) *novum capitulum* (XXII. *A; num. more solito om. C* 6) *inc. A. C* 6; *litteram* D *initialem minio pictam habet B* 2, *ubi num.* XXI. *mut.* XX. *et continuo delet. add.* c) monstrata, -ta *supra lin. B* 2. d) all. *om. C* 3. e) habemus *C* 5. 6. f) uultu *C* 5. g) deiecit *A* 1. 3. *B* 2. *C* 2. 3. h) sui creat. *A.* i) omnes qui fornicantur *Vulg.* k) fornicatores suos vel amatores *C* 6. l) in *om. C* 2. m) formati *A* 1. 3.

1) *P.* 419, *l.* 17 *sq.* 2) *P.* 420, *l.* 12 *sqq.* 3) *Potius Prov.* 7, 10: occurrit illi mulier ornatu meretricio . . . garrula et vaga *etc.* 4) *Is.* 45, 6. 7: ego Dominus . . . formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum.

mini, quia non solum eius[a], ut dixi, permissione concutitur, sed et ipsius dono aurum habet[b], quo inflata male abutitur, iuxta illud prophetae: *Dedi eis argentum et aurum,* ipsi[c] vero[d] *sacrifica*verunt inde *Baalim*[e·1]. Babylon igitur, quae calice suo aureo omnes gentes commoverat, ad ultimum cadet et corruet, dum mundus nullum potentiae seu sapientiae suae emolumentum in extremo examine apud iustum et districtum iudicem inveniens, potens potenter tormentis[2] deputatus, *in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis eius,* mittetur. Ponamus ante oculos illud tempus quasi presens omnesque imperatorum seu regum civitatis illius ordines considerantes in persona omnium cum sapiente dicamus: *Quid nobis profuit superbia? aut quid divitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam*[f] *umbra et tamquam*[g] *nuntius precurrens et tamquam navis, quae transit fluctuantem*[h] *aquam, cuius, cum preterierit, non est vestigium invenire neque semitam carinae illius*[i] *in fluctibus, aut avis, quae transvolat in aere, nullum invenitur argumentum itineris illius* et cetera. *Sic et nos nati continuo desivimus esse, et virtutis quidem signum nullum*[k] *valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus.* Sat[l], arbitror, de fine illius civitatis, quae iuxta beatum Iob *in bono duc*ens *dies suos et in puncto descend*ens *ad infer*os operum suorum stipendium mortem[3] immortalem sortietur, disputatum est. Restat, ut de qualitate penarum eius dicamus.

Osee 2, 8. 11, 2. *Ier.* 51, 7. *Matth.* 25, 41. *Sap.* 5, 8—11. *ib.* 5, 13. *Iob* 21, 13.

XXI.[m] Itaque secundum qualitatem operum et diversarum desideria voluptatum extendi creditur et mensura penarum iuxta illud Apocalipsis[n]. *Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum;* et in libro sapientis[o]: 'In eo, quo *quis*[p] *peccat, et*

Apoc. 18, 7. *Sap.* 11, 17.

a) ut dixi eius *A* 4. *C* 6. b) habent *B* 2. c) ipso *B* 2. d) vero *om. C* 6. e) balaim *B* 2. f) quasi *A;* sicut *C* 2. g) quasi *A.* h) fluctuantes *A.* i) ipsius fluct. *C* 3. k) nullum *om. C* 5, *in marg. eadem manu suppl. A* 4. l) satis *C* 2. 6. m) XXII. *corr.* XXI. *B* 2; XXIII. *et sic deinceps A. C* 5 *(cf. p.* 409, *n.* l)*;* XXIIII. *et sic deinceps C* 3 *(cf. ib.); num. om. C* 2. 6 *(more solito).* n) in Apocalipsis *A* 1. 3; in Apokalipsi *A* 4. o) sapientie *C* 2. 3. 6. p) quisque *C* 5.

1) *Osee* 2, 8: quia ego dedi ei frumentum et vinum et oleum et argentum multiplicavi ei et aurum, quae fecerunt Baal; 11, 2: Baalim immolabant et simulacris sacrificabant. *Cf. Hieron. Comm. in Is.* 2, 19, *lib. I:* Dedi eis argentum et aurum, ipsi vero de argento et auro meo operati sunt Baal, *et in Ezech.* 16, 13, *lib. IV.* 2) *Sap.* 6, 7: potentes autem potenter tormenta patientur. 3) *Rom.* 6, 23: Stipendia enim peccati mors.

Luc. 16, 24. punitur'[1]. Unde dives ille in Evangelio, qui deliciose vivens in lingua plus peccaverat[a], eandem apud inferos ceteris membris plus ardere demonstrans aquae gutta[2] refrigerari petebat. Qualiter autem unum eundemque ignem diversi[b] diverse sentiant, si quis scire cupit, in Augustino de civitate Dei plenius inveniet. Ubi etiam[c], quomodo dampnati eternaliter in igne vivere possint, non solum ex Dei omnipotentis potentia fieri posse, sed et[d] exemplo quorundam animalium, quae in presenti in[e] igne vivunt, rationi non obstare declaratur[3].

Is. 66, 24. Nonnulli propter illam auctoritatem: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur,* malos non solum igne materiali apud inferos cremari, sed et verme vero excruciari estimant[4]. Alii vermem ad cruciatum conscientiae interpretantes duplex itidem tormentum, aliud spiritaliter intus, aliud materialiter foris ponunt[5]. Alii spiritaliter utrumque accipientes[6] taliter igne reprobos uri, qualiter verme rodi putant, illud Augustini in auctoritatem ducentes, qui ait: *Talis flamma, qualis lingua*[7]. Michi autem melius sentire videntur, qui corpus vera flamma, animum cruciari dicunt conscientia[8]. Quia ergo de male transacta vita inmortalis mors rodet conscientiam[f], ignis indeficiens sine fine aduret corpus et
ib. animam, bene propheta dicit: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.*

Sunt etiam, qui dicant ab igne inextinguibili[g] ad frigus eos intolerabile rapi, iuxta illud libri[h] Iob: 'A calore ignium transibunt ad aquas[i] nivium[k]'[9]. Quod et Do-

a) peccauit *A* 3. b) div. *om. A.* c) et *A.* d) et *om. A.* e) presentiū igne *A* 3. f) conscientia *B* 2. *C* 2. 5. g) extinguibili *A* 3. h) libri *om. A* 3; beati *A* 4; in *Cusp.* i) ab aquis *A* 3. k) nivium *om. C* 3.

1) *Sap.* 11, 17: per quae peccat quis, per haec et torquetur. 2) guttula *Aug. De civ. Dei XXI,* 10. 3) *Aug. De civ. Dei XXI,* 1 *sqq.* 4) *Vide n.* 8. 5) *Ad quos respicit Aug. De civ. Dei XXI,* 9 *(ed. Dombart II, p.* 509, *l.* 4 *sqq.* = *Hugo de S. Victore, De sacram. II,* 16, 5*):* igne uri corpus, animum autem rodi quodammodo verme moeroris affirmant. *Cf. n.* 8. 6) *Ita post alios iam Hieron., Comm. in Is.* 66, 24, *lib. XVIII.; cf. Aug. De civ. Dei XXI,* 9 *(ed. Dombart II, p.* 508, *l.* 23 *sqq.* = *Hugo de S. Victore l. c.).* 7) *Aug. De civ. Dei XXI,* 10: talem fuisse illam flammam, quales oculi, quos levavit et Lazarum vidit, qualis lingua, cui umorem exiguum desideravit infundi, qualis digitus Lazari, de quo id sibi fieri postulavit *etc.* 8) *Vide n.* 5. *Sed Augustino l. c., quem Hugo de S. Vict., De sacram. II,* 16, 5, *exscripsit, corporaliter utrumque facilius accipi videbatur.* 9) *Iob* 24, 19:

minus in Evangelio videtur[a] velle, cum dicit: *Ibi erit fletus et stridor dentium.* Fletus[b] enim ex calore, stridor dentium evenire solet ex frigore[1]. Non desunt etiam, qui ad maiorem miseriae cumulum his malis fetorem adiungant iuxta illud prophetae: *Et erit pro suavi odore fetor.* Quidam vero his tribus penarum *generibus sex alias adiciunt atque iuxta novem caelestis curiae ordines totidem infernalis ergastuli puniendorum cuneos constituunt[2]. De quibus omnibus curiosius non est investigandum, sed potius, ne experiamur, precavendum, dum hoc tantum constet, quod omnium externorum[c] et internorum miseriam miserrimus ille et infelicissimus status tam tormentorum magnitudine quam eternae mortis mortem fugientis indefessa perpetuitate exuperet.

Matth. 8, 12. 13, 42. 22, 13. *Is.* 3, 24.

XXII.[d] Solet autem queri, qua iusticia temporaliter peccantibus eterna pena debeatur, cum Dominus dicat: *Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis*[3]. Unde nonnulli[e] inani pietate ducti peccatores eternaliter puniri negabant atque ad argumentum erroris sui[f] illud psalmigrafi inducebant: *Numquid obliviscetur misereri Deus aut continebit in ira sua misericordias suas?* et illud: *Quam magna multitudo dulcedinis tuae*[g], *quam abscondisti timentibus te, perfecisti* autem[h] *eis*[i] *qui sperant in te*[4]. Hoc enim sic intelligendum putabant[k], quod Deus ubertatem dulcedinis et copiosae misericordiae ad augendum timorem et per timorem correctionem peccatoribus minas intentando[l] in hac vita abscondat, sed in futura[m] veniam sperantibus revelando[n] perficiat. Alii[o] omne hominum, sed et demonum genus a penis liberandum post mille annos heretice dicebant[5], illud Ysaiae non recte intelli-

Luc. 6, 38. *Ps.* 76, 10. *ib.* 30, 20.

a) velle videtur *C.* b) Fletus — dentium *(l. 3) om. C* 3. c) int. et ext. *A* 4; eternorum *C* 6, *om.* et internorum. d) XXIII. *corr.* XXII. *B* 2; *cf. p.* 423, *n.* m. e) nulli *C* 6. f) suis *B* 2. g) Domine *add. C. Vulg.* h) autem *om. A* 4. *C* 3. i) eis *om. C* 6. k) putant *A* 4. *C* 2. 3. l) intendendo *C* 2. 3. m) futuro *A* 4. *C* 6. n) l' (vel) releuando *in marg. eadem manu eodemque atram. add. C* 6. o) non solum *add. C* 5.

Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. *Eundem locum attulit Hugo de S. Vict., De sacram. II,* 16, 5; *in ep. II. ad Thess. qu.* 3. 1) *Cf. Honorius August., Elucid. III,* 4: De his duabus dicitur: 'Illic erit fletus et stridor dentium' *(Matth.* 24, 51. 25, 30*)*, quia fumus excitat fletum oculorum, frigus stridorem dentium. *Etiam Iob* 24, 19. *paulo post ibidem affertur.* 2) *Has novem* species poenae *enumerat Honor. August., Elucid. III,* 4, *foetore quarto loco posito neque ad verba Isaiae relato.* 3) *Cf. Aug. De civ. Dei XXI,* 11 *sqq.* 4) *Cf. Aug. De civ. Dei XXI,* 18; *Enchir. c.* 112. 5) *Glossa ordin. in Is.* 24, 22: Origenes dicit *etc.*

Is. 24, 22. gentes: 'Retrudentur[a] *in carcerem*, *et post multos dies visitabuntur*'. Nos vero catholicae veritatis normam sequentes
Matth. 25, 46. secundum ipsius Domini testimonium dicentis[b]: *Ibunt hii* ad[c] *supplicium eternum,* reproborum penas eternas credimus[1]. Si enim ad terrorem tantum[d] malorum penas eternas dixit, adulatorie quoque tantum bonorum gloriam eternam predixisse putandus erit. Quod nequaquam stare posse nemo, qui ipsum[e] veritatem et vitam[2] esse cognoscit, dubitare permittitur. Nec auctoritates, quae
Ps. 102, 8. positae sunt, ab hoc sensu discrepant, cum[f] *miserator et misericors Dominus*[3], quamdiu tempus est miserendi[4], patienter et longanimiter expectando largam peccatoribus penitendi materiam tribuat, in ipsaque[g] ira sua, hoc est in[h] iudicio, miserationes suas non contineat, minus fortasse, quam meruerant, puniendo vel interdum refrigerii solatium in penis eis indulgendo. Hoc etiam videtur[i]
Is. 24, 22. velle illa Ysaiae auctoritas, quae eos post retrusionem in carcerem visitandos dicit, ut videlicet[k] visitationem vocet[l] quantulamcumque consolationem. Illa vero, quam
Ps. 30, 20. rursum inducunt: *Quam magna multitudo dulcedinis*[m] *tuae!* longe alium sensum requirit. Abscondit enim Deus
1. *Ioh.* 4, 18. multitudinem dulcedinis[n] suae timentibus se, quia *timor,* qui *non est in caritate,* serviliter Deum querens ad de-
Eph. 3, 17. gustandam dulcedinem eius, quam *in caritate radicati, spe*
Rom. 12. 12. *gaudentes, in tribulatione patientes* ex meritorum conscientia inveniunt, non[o] pervenit. Spes siquidem, quae sine pre-
1. *Petr.* 4, 8. cedenti merito vel saltim sine ea *caritate*, quae *operit*[p] *multitudinem peccatorum,* procedit, non spes, sed presumptio vocanda est. Vel certe et[q] caste timentibus[r] in hac vita dulcedinem suam Deus abscondit, quam eisdem in futuro sperantibus et expectantibus facie ad faciem se ipsum videndum[5] demonstrando perficit, ut sint[s] idem timentes qui sperantes. Quid est ergo[t], quod
Luc. 6, 38. dicit: *Eadem mensura, qua mensi fueritis* et cetera[u], si

a) Retruduntur *A* 4. *C* 2. 3. 6; claudentur ibi *Vulg.* b) dicentes *B* 2. c) in *A* 4. *C* 5. 6. *Vulg.* d) tn̄ (= tamen) *A*; tam *C* 2. e) ipī, -i *mut. ex* m *B* 2; ipsam *C* 2. f) ē (= est) *C* 5. g) ipsa *C* 2. h) in *om. A.* i) velle vid. illa *C* 2. 3; vid. illa velle *C* 6. k) videl. *om. C* 2. 3. l) vocet *om. C* 6. m) dulc. tuae *om. A* 4; Domine *add. C* 5. *Vulg.* n) dulcenis *A* 1. o) non *om. C* 6. p) proc. quae multit. pecc. op. *C* 5. q) et *om. A* 4. *C* 6. r) uiuentibus *A* 4. s) sint *om. C* 5. t) hoc *C* 5. u) remecietur vobis *(om.* et cet.*)* *C* 6.

1) *Glossa ordin. l. c.; Aug. De civ. Dei XXI,* 23; *Gregor. Moral. XXXIV,* 19, 35. 2) *Ioh.* 14, 6: Ego sum . . . veritas et vita. 3) *Cf. etiam Ps.* 144, 8. 85, 15. 110, 4; *Iac.* 5, 11. 4) *Ps.* 101, 14: tempus miserendi eius. 5) 1. *Cor.* 13, 12: Videmus . . . tunc autem facie ad faciem.

temporaliter peccantium eternae sunt penae malorum? Qui scrupulus facilius enodatur, si Deum non solum operum, sed et cordium esse scrutatorem[1] intueamur. *Remetietur*[a] itaque *eadem mensura, qua mensi fuerint* homines, dum eis facultate peccandi, non voluntate subtracta in eterna malefaciendi voluntate morientibus eterna supplicia irrogat[b·2].

cf. Sap. 1, 6. 6, 4.

Luc. 6, 38.

XXIII.[c] Sed et hoc inquirendum videtur, si tantis cruciatibus addicti vel de transactis malis vere peniteant vel rursum peccandi, si penis carerent, voluntatem habeant[d]? Legitur enim in libro sapientis[e]: *Videntes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes.* Et in evangelica parabola dives ille de salute fratrum sollicitari inducitur, ubi ait: *Rogo ergo*[f] *te, pater, ut mittas eum in domum patris mei — habeo enim quinque fratres —, ut testetur illis, ne*[g] *et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.* Si[h] enim eos, *ne in locum tormentorum veniant,* affectuosa sollicitudine premuniri[i] cupit, quanto magis semet ipsum hoc velle precavisse putandus erit?

Sap. 5, 2 sq.

Luc. 16, 27 sq.

Sed notandum est[k] diversis modis accipi penitentiam. Accipitur interdum eo modo, quo et describitur[l]: 'Penitentia est commissa deflere et deflenda non committere'[3]; qualiter Paulus quosdam penituisse gloriatur, quibus ait: *Gaudeo* vos contristatos esse, *non*[m] *quia*[n] *contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam;* et de qua Dominus in Evangelio: *Penitentiam agite, appropinquabit*[o] *enim regnum*[p] *caelorum.* Talis siquidem peni-

2. Cor. 7, 9.

Matth. 4, 17.

a) Remetitur *C* 5. 6. b) érogat *C* 5. c) XXIIII. *corr.* XXIII. *B* 2; *cf.* *p.* 423, *n.* m. d) haberent *C* 6. e) sap̄ *A* 4; sapientiae *C* 5. 6. f) ergo *om.* *C* 6. g) ne — tormentorum *(l.* 17*) om.* *A* 3; et ipsi — tormentorum *om.* *A* 1; in locum hunc torm. *om.* *B* 2; etc̄ *add.* *A* 1. 3. *B* 2. h) Si — veniant *om.* *C* 3. i) premunire *A* 4; praemoneri *Cusp.* k) est *om.* *C* 6. l) diffinitur *C.* m) non quia contr. estis *om.* *C* 3. n) quia — sed *(l.* 26*) om.* *C* 2. o) appro. *A* 4; appropinquabat *corr.* -bit *B* 2; appropinqn̄t: *C* 3. p) regnum *om.* *C* 3.

1) *Sap.* 1, 6: renum illius testis est Deus et cordis illius scrutator est verus; *cf. ib.* 6, 4. 2) *Cf. Gregor. Dial. IV,* 44, *quem locum exscripsit Hugo de S. Vict., De sacram. II,* 18, 10; *Gregor. Moral. XXXIV,* 19, 36; *cf. infra VIII,* 23 *fin.* 3) *[Hugo de S. Vict.] in ep. ad Rom. qu.* 52, *Migne, Patrol. Lat. CLXXV, col.* 446: Quid est enim aliud poenitere vere, quam commissa deflere et amplius deflenda ex proposito non committere; *cf. Isidor. Etym. VI,* 19, 72; *[Ambros.] Serm.* 25, 1, *Migne l. c. XVII, col.* 655; *Gregor. Homil. in evang. l. II, hom.* 34, 15, *Migne l. c. LXXVI, col.* 1256; *Hugo de S. Vict., Summa Sentent. VI,* 12 *(ex Gregorio).*

tentia vera est, fructuosa est[a], per quam non solum *remissionem consequimur peccatorum, sed et meremur *p. 9.
ad regnum pervenire caelorum. Dicitur et[b] penitentia quasi penitudo, qualis est latronum et omnium sceleratorum in criminibus suis comprehensorum[c] ac suppliciis addictorum. Penitet enim[d] eos non scelus perpetrasse, sed pro scelere tormento deputatos[e] esse, nec vellent odio mali carere vicio, sed[f], si fieri posset, post commissum crimen debito carere supplicio. Tali penitentia apud inferos agi malos credibile est, cum tam ex instantia horroris penae propriae quam ex emulatione salutis et prosperitatis alienae amplius conturbentur et
Sap. 5, 2. crucientur. Sic quippe sapiens ille dicit: *Videntes* — scilicet *iustos in magna* tranquillitatis[g] *constantia stantes*[1] — *turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis.* Et tunc demum duobus his, videlicet propriae dampnationis et alienae salvationis considera-
Sap. 5, 3. tione, *dicent*[h] *intra se penitentiam agentes et pre*[i] *angustia spiritus gementes: 'Hii sunt, quos aliquando habuimus in derisum*[k] *et in*[l] *similitudinem*[m] *improperii*[n]. Exhinc liquet sapientem illum non de vera et fructuosa penitentia, sed de falsa et extorta penitudine vel potius dolore et indignatione[o] locutum fuisse. Videamus etiam, si pre-
Luc. 16, 27 *sq.* taxatus ille dives vera penitentia ductus fuerit: *Rogo ergo te, pater,* inquit[p], *ut mittas eum in domum patris mei — habeo enim quinque fratres —, ut testetur illis*[q], *ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.* Non enim ait, ut testetur eis vitare malum, sed[r] moneat precavere tormentum, nec ait[s], ut moneat eos, ut bona, si qua faciant, virtutis agant amore, sed servili[t] penae timore. Sed et[u] si quis hoc quasi parabolicum ad litteram dicat non esse intelligendum, non est in determinatione eius valde desudandum[v]. Penitet ergo malos esse in tormentis, sed non sic, ut, si redire ad pristinam vitam[w] permitterentur, vellent carere peccatis[2]. Si quis vero

a) est *om. C* 2. b) etiam *C.* c) deprehensorum *C* 5. d) eos enim *A* 1. e) deputatus *B* 2. f) et *C* 5. g) tranquillitates *A* 1 *(in* -e- *vestigium corrigendi). C* 3 *(corr.* -tis*).* h) *ita B* 2. *C;* dicnt *A* 1; dicunt *A* 3. 4. i) post *B* 2. k) derisu *A* 1. 3. *B* 2, *alio atram. corr.* -sum *A* 3; d° *A* 4. l) in *om. B* 2. m) simil' *A* 1. 3; s. *A* 4; similitudine *C* 3; et (insimil *delet.*) in simul *C* 2; signum *Cusp.* n) improperium *B* 2. o) dei *add. C* 6. p) inquit *om. A;* Rogo inquit te pater (*om.* ergo) *C.* q) illi *B* 2. r) si *B* 2. *C* 5. s) ait — eos ut *om. C.* t) servilis *C* 3. u) et *om. A.* v) desid'and'u *corr.* desud'. *A* 1. w) vitam *om. C* 2.

1) *Sap.* 5, 1: Tunc stabunt iusti in magna constantia. 2) *Cf. ex. gr. Gregor. Moral. XXXIV,* 19, 36.

contentiosus[a] adeo est, ut putet eos vere ibi penitere, sed effectu penitentiam carere, iuxta illud apostoli: *Ecce nunc,* quasi non tunc, *tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis,* non est cum eo litigandum. Quamvis non desint[b], qui dicant, sicut boni cum Deo in eterna gloria perfecte unus spiritus effecti non possunt nec volunt velle nisi bonum, sic et reprobos in supplicio capiti suo diabolo velut plene incorporatos ita obstinationi eius[c] configurari, ut deinceps nec velint nec possint velle nisi malum. Iuxta quorum sensum non solum de transacta vita vere non penitent[d], sed et, si liceret, in peccatis adhuc manere vellent[1]. 2. *Cor.* 6, 2.

XXIIII.[e] His dictis indagandum puto, si transacto iudicio extra infernum inferiorem ad leviores penas locus remaneat. Esse quippe apud inferos locum purgatorium, in quo salvandi vel tenebris tantum afficiantur vel expiationis igne decoquantur, quidam asserunt, iuxta illud patriarchae: *Lugens descendam* ad *infer*os, et illud apostoli: *Ipse autem salvus erit, sic tamen*[f] *quasi per ignem.* *Gen.* 37, 35. 1. *Cor.* 3, 15. At si terminatis in iudicio causis singulorum[g], pro qualitate meritorum eternis penis deputatis, nullus ultra purgabitur[2], quomodo locus ille superior purgatorius residuus erit? Si vero[h] non remanebit, ut de aliis taceam, quid de parvulis, qui solo originali delicto tenentur, fiet? Numquid in puteum inferni[i] inferioris[3] et ipsi retrudentur[k]? Denique nonnulli tenebris tantum[l] eos, sicut et antiquos patres, eo quod in nullo rei inveniantur, nisi quod ad gratiam baptismi[m] et ad[n] agnitionem[4] verae lucis non pervenerunt, teneri affirmant, ad ipsas tantum tenebras interpretantes, quod mitissima pena Augustinus[5] eos plectendos esse testatur. Alii

a) intentiosus *A (manu ut videtur saec. XVI. corr.* content. *A* 1*);* adeo cont. *C* 3. b) desit *C* 5. c) eius *om. C* 6. d) penitet *A* 4. *Pithoeus;* peniteant *C* 3. 6. e) XXV. *corr.* XXIIII. *B* 2; XXIII. *et sic deinceps C* 2; *cf. p.* 423, *n.* m. f) tm̄ (= tantum) *A* 1. g) et *add. C.* h) vero *om. C* 3, *ubi spatium unius vel duarum litterarum rasum.* i) inferioris inferni *C* 2. 3. k) retrud'ntur *A* 1; retruduntur *A* 4; trudentur *C* 6. l) eos tantum *C* 5. m) baptism, *sequente spatio duarum vel trium litterarum raso A* 1. n) ad *om. C.*

1) *Abaelardus in ep. ad Rom.* 2, 9, *lib. I, Opera ed. Cousin II, p.* 181 *(Migne, Patrol. Lat. CLXXVIII, col.* 812*):* Qui etiam inter ipsa tormenta nec malam voluntatem deponent, cum diabolo confirmati, volentes adhuc, si liceret, eadem agere; *cf. etiam supra VIII,* 22 *fin. et n.* 2. 2) *Cf. Aug. De civ. Dei XXI,* 13 *sqq.* 3) *Cf. Ps.* 85, 13: eruisti animam meam ex inferno inferiori. 4) *Cf.* 1. *Tim.* 2, 4: ad agnitionem veritatis venire. 5) *Aug., De peccatorum meritis et*

prefata verba Augustini durius accipientes vera eos pena, sed mitissima puniendos dicunt[1]. Quodsi locus etiam ille superior, non ut prius ad purgationem, sed ad eorum vel minus malorum punitionem, perpetuam tamen, reservabitur, non erit[a] huic estimationi oppositum, quod post iudicium purgatorius locus non remaneat, cum non mutato loco, sed officio, qui prius erat[b] purgationis, tunc fiat punitionis. Quamvis, etsi loco illo[c] penitus abolito[d] in generalem penarum locum deputentur, non est incredibile, cum possit omnipotens manus Dei eos in illo horribili incendio vel intactos servare vel
Dan. 3, 23 *sqq.* minus afficere, qui quondam tres in camino ignis pueros illesos conservavit. Nam et[e] uno eodemque solis calore non omnes equaliter uri vel affici videmus. Cuius tamen rei assertionem, quia in certa[f] nondum auctoritate[g] invenimus, Dei iudicio relinquamus.

XXV.[h] Videndum quoque est de igne[i] illo eterno, quomodo luce careat, cum veri ignis sit[k] natura non solum urere, sed et lucere[2]. Nam si lucet, quomodo sunt[l] ibi tenebrae exteriores[3], tenebrae palpabiles[4]? Qua in re[m] considerandum est, quod naturae[n] creator Deus quasdam ipsi causas et vires indidit, quas si certis rationibus, sicut Deus, quandoque subtrahit, mirari non oportet[5], quia et[o] ignis ille in fornace Chaldeorum habuit virtutem suam ad consumenda puerorum vincula, sed non habuit ad ledenda[p] ipsorum corpora[6]. Et *olim *p. 2
Exod. 3, 2. in[q] rubo[r], quem[s] ardere voluit et non[t] consumi, ardebat et non comburebatur, quia naturam suam ignis habebat ad lucem, non ad consumptionem. Sic e contrario infernalis ignis virtute sua carebit[u] in luce et

a) erit *om. A (manu s. XVI. supra lin. suppl. A* 1). b) erat *om. C* 6. c) illo *om. C* 6. d) abolita *A*. e) et *supra lin. suppl. A* 3. f) quia : ctā *C* 3; quia nondum certa *Cusp.* g) auctoritatē *C* 3. h) *ita A* 1; XXVII. *A* 3. 4. *C* 5; XXVI. *corr.* XXV. *B* 2; XXIIII. *C* 2; XXVIII. *C* 3; *num. om. more solito C* 6. i) illo igne *C* 5. k) natura sit *C*. l) ibi sunt *C* 5. m) Qua iure *A* 1. n) create *corr. ex* crate *add. C* 3, *ubi* Deus creator. o) et *om. C* 3. p) *ita A* 4. *C; super* adel'eda *deleto superscr.* ad ledenda *B* 2; ad delenda *A* 1. 3. q) in *om. C* 3. r) rubo *alia manu mut.* rubus *C* 3; rubus *C* 2. s) quam *A*. t) non *om. C* 3. u) in luce car. *A*.

remissione I, 16, 21; *Augustinum* in Enchiridio *auctorem ponit Hugo de S. Vict., Summa Sentent. V,* 6, *sed ibi ille c.* 93. *parvulos expresse non nominat.* 1) *Ita ex. gr. Petrus Lomb., Sentent. l. II, dist.* 33, 5. 2) *Cf. Gregor. Moral. IX,* 65, 97. 3) *Matth.* 8, 12. 22, 13. 25, 30: in tenebras exteriores. 4) *Exod.* 10, 21: tenebrae . . . ut palpari queant. 5) *Vide supra VIII,* 11 *fin. Cf. Aug. De civ. Dei XXI,* 8, *ed. Dombart II, p.* 507. 6) *Cf. Gregor. Moral. IX,* 66, 102.

plenarie eam habebit in exustione. Erit itaque ibi tormentum ignis sine consolatione lucis adurens, non illuminans, afficiens, non reficiens, ut omne genus miseriae plus quam, ne dicam edici, sed nec excogitari possit, habeat omnique delectamento, quo miserrimi valeant sublevari, careat.

XXVI.[a] Tandem decurso laboriosa disputatione fine malorum, quasi gravi pelago enatato, ad suavem et iocundum civitatis Christi finem ipsius freti gratia veniamus. Igitur civitate[b] mundi Babylone miserabiliter precipitata, qualiter civitas Christi Ierusalem sancta glorificetur, audiamus. Iohannes, cum de illa dixisset in Apocalipsi, quod cum seductore suo diabolo et pseudo- *Apoc.* 20, 9 *sq.*
propheta suo Antichristo missa esset *in* caminum *ignis et sulphuris, ubi cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum*[1], post pauca subiunxit: *Et vidi civitatem sanctam* *ib.* 21, 2. 3.
Hierusalem novam descendentem de caelo, a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de trono dicentem: 'Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum[c] *eis'* et cetera[d]. Putant Iudei[2] in adventu Messiae sui Hierusalem terrestrem magna[e] cum gloria restaurari ibique cum maxima[f] rerum habundantia se cum illo regnaturo[g] omnis mundialis gloriae deliciis affluere[3], edificium illud Ezechielis in monte *Ezech.* 43, 12.
necnon[h] prophetiam Ysaiae: *Surge, illuminare, Hierusalem, quia venit lumen tuum*[i], *et gloria Domini super te orta est,* et: *Tunc videbis et afflues,* et *mirabitur et dilata-* *Is.* 60, 1. *ib.* 60, 5. 6.
bitur cor tuum, quando conversa[k] *fuerit ad te*[l] *multitudo maris*[m], *fortitudo gentium venerit*[n] *tibi, inundatio*[o] *camelorum operiet*[p] *te* et[q] cetera ad litteram intelligentes. Quorum errorem quidam sub Christiano nomine sectati regnum Christi in terra futurum putaverunt ibique in

a) *ita A* 1; XXVIII. *et sic deinceps A* 3. 4. *C* 5; XXVII. *corr.* XXVI. *B* 2; [X]XV. *C* 2; XXIX. *C* 3; *num. om. more solito C* 6. b) ciuitatis *A* 3. c) cum eis *om. C* 3. d) et cet. *om. A* 3. 4. e) magna *om. C* 6. f) magna *C* 2. 3. 6. g) regnaturo *alio atr. mut.* regnaturos *C* 3, *et ita C* 6. h) et *supra lin. add. C* 5. i) tuum *om. C* 3. k) conversus *B* 2; c. *A* 1. 3. *C* 2; congregata *C* 5. l) te *om. A. C* 6; ad te *om. C* 5. m) maris — te *(l.* 30*) om. A* 4. n) uenerint *B* 2. o) iuund. — te *om. C* 2. 3. p) operient *B* 2. q) dromedarii Madian et Efa *(om.* et cetera*) ex Vulg. add. B* 2.

1) *Supra VIII,* 20 *in.* 2) *Hieron. Comm. in Is.* 60, 1 *sqq., lib. XVII:* Iudaei et nostri semiiudaei, qui auream atque gemmatam de coelo exspectant Ierusalem, haec in mille annorum regno futura contendunt *etc. Cf. supra VIII,* 20, *p.* 419, *l.* 24 *sq.* 3) *Cf. Is.* 66, 11: ut . . . deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.

Hierusalem terrestri sanctis cum ipso deliciose regnan-
Apoc. 20, 7. tibus post mille annos solvendum Satanan[a·1] ac tunc de-
mum precipitandum sanctosque in regnum caeleste as-
sumendos fore. A qua estimatione filii Zebedei nondum
Luc. 24, 49. *virtute ex alto indu*ti non longe fuerunt, cum mediante 5
matre peterent, ut unus ad dexteram et[b] alter[c] ad si-
nistram in regno Christi sederent[2]. Iohannes ergo, ut
omnes has opiniones et errores destrueret, primo dampna-
tionem reprobae civitatis eiusque in ultimum incendium
precipitium enarrare studuit ac postmodum caelo et 10
terra innovato de caelestis[d], non[e] terrestris[f] Hierusalem
Apoc. 21, 2. gloria loquens subiunxit: *Et vidi civitatem sanctam Hieru-
salem novam*[g] *descendentem de caelo.* Quomodo enim
Matth. 23, 37. sanctam vocaret, quam *prophetas*[h] *occid*entem et *eos, qui
ad* se *missi* fuerant, *lapida*ntem Babylonem prius nomi- 15
narat[i]? Quomodo[k] novam, quae in vetustate legis ad-
huc manet, diceret? Quomodo postremo eam[l], quae
semper in terra terrena fuit, de caelo descendentem
assereret? Unde bene apostolus[3] eam, quae in terris
est, Agar comparans servire[m] cum filiis suis ait, illam 20
tamen[n], quae sursum est, matrem nostram et liberam
attestans. Sed et psalmista, cum iocundari se de hoc,
quod in domum Domini et atria Hierusalem iturus esset,
Ps. 121, 3. attestaretur[4]: *Hierusalem,* inquid, *quae edificatur ut civitas*[5].
Non enim civitatem edificari, sed ut civitatem edificari[o] 25
eam dicens, non nostro[p] more nec nostris lapidibus, sed
divina virtute vivisque ex lapidibus[6] ipsam[q] edificandam
declaravit. Quod et si quis incredulus est, audiat quod
ib. sequitur: *cuius participatio eius in id ipsum.* Quomodo

a) satan *C* 2. 3. b) et *om.* *C* 2. c) unus *C* 5. d) celesti *A* 3. e) de *add.*, *sed delet.* *A* 1. f) terrestri *A* 3. g) novam *om.* *C* 3; novam — caelo *omissis* etc *add.* *A* 4. h) prophetam *C* 2. i) nominauerat *C* 2; nominauit *A.* k) Quomodo — diceret *(l.* 17*)* *om.* *C* 6. l) eam *om.* *C* 6. m) eam *add.* *C* 6. n) tantum *B* 2; tm̄ *C* 2. 3. 5. o) eam edif. *A* 4. *C* 5. p) more nostro *A.* q) ipsa edificanda *B* 2. 30

1) *Apoc.* 20, 7: Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur 35
satanas de carcere suo. 2) *Matth.* 20, 20. 21. 3) *Gal.* 4, 24—26:
Haec enim sunt duo testamenta: Unum quidem in monte Sina, in
servitutem generans, quae est Agar. Sina enim mons est in Arabia,
qui coniunctus est ei, quae nunc est Ierusalem, et servit cum filiis
suis. Illa autem, quae sursum est Ierusalem, libera est, quae est 40
mater nostra. 4) *Ps.* 121, 1. 2: Laetatus sum in his, quae dicta sunt
mihi: In domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis
tuis, Ierusalem. 5) *Ad ea quae sequuntur cf. Aug. Enarr. in ps.* 121,
qui praeter alia 1. *Petr.* 2, 5. *et Exod.* 3, 14. *affert.* 6) 1. *Petr.* 2, 5;
cf. supra p. 176, *n.* 1. 45

enim casurae non permansurae *participatio* est *in id ipsum?* Est ergo illius civitatis, quae mater nostra est *Gal. 4, 26.* et sursum est, participatio eius, qui dixit: *Ego sum qui* *Exod. 3, 14.* *sum,* et[a]: *Qui est, misit me ad vos.* Eius, dico, in id ipsum, id est in identitate[b] sua eternaliter et incommutabiliter semper uno eodemque modo permanentis. Cuius quia tunc, cum *videbit eum, sicuti est,* eternitatis et identitatis *1. Ioh. 3, 2.* vere perfecteque particeps erit, bene dicitur: *Cuius* *Ps. 121, 3.* *participatio eius in id ipsum.*

Itaque[c] secluso illorum errore verba apostoli prosequamur. *Vidi,* ait[d], *civitatem sanctam Hierusalem novam* *Apoc. 21, 2.* *descendentem*[e] *de caelo.* Res mistica et profunda prorsusque ingenium[f] nostrum excedens. Quid est enim, quod civitatem illam sanctam, id est ad incommutabilitatem firmatam[g], novam, tamquam ab omni[h] corruptione[i] et mortalitate liberatam et innovatam descendisse de caelo dicit? An merces, quae in caelis[k·1] futura promittitur, in terra[l] erit? Si enim iuxta Augustinum[m·2] nec in his[n] caelis visibilibus merces sanctorum reposita est, quanto magis nec his inferius locanda erit? Quid ergo sibi vult: *Vidi civitatem sanctam Hierusalem novam descendentem de* *ib.* *caelo?* Ego quidem, quid senserit, etsi debita veneratione tamquam sacrum secretum amplectar, ad plenum me non intelligere profiteor[o], nisi forte caelum ipsam superexcellentem *divinitatis naturam, de qua psalmista: *A summo* *Ps. 18, 7.* *caelo egressio eius,* intellexerit, ut sic dictum videatur, quod gloria illius civitatis in solius Dei predestinatione ab eterno collocata ipsique soli nota tunc demum ad sanctorum cognitionem plenariam, quando *Deus omnia in om-* *1. Cor. 15, 28.* *nibus* erit et *videbitur sicuti est,* descendat. Quod enim in hac *1. Ioh. 3, 2.* vita plene etiam ab electis illa superinestimabilis beatitudo comprehendi non valeat, illo prophetico[3] et apostolico[p] probatur testimonio[q]: *Oculus non vidit* et[r] *auris* *1. Cor. 2, 9.* non *audivit, nec*[s] *in cor hominis ascendit, quae preparavit*

a) et *om. C* 2. b) *prius* i- *supra lin. B* 2, *idem* i- *delet. C* 2. c) *novum cap.* XXX. *inc. C* 3; *signum* ☙ *praemissum B* 2. *C* 5. 6. d) civ. ait *A* 3. e) descendi *B* 2. f) nostrum ing. *C.* g) firmata *A* 3. h) bonū *B* 2. i) corrupticione *A* 3. k) est *add. C* 2. l) promitt. infra *C.* m) Aug⁹tistinum *B* 2. n) his *om. C* 3. o) prof. *om. C* 6. p) et apost. *om. C* 2. 3. q) Quod *add. C* 6. r) nec auris aud. *C* 6. *Vulg., Aug.* s) et in cor hom. non asc. *C* 6; nec — ascendit *om. A* 4.

1) *Matth.* 5, 12: merces vestra copiosa est in coelis. 2) *Cf. Aug. Enarr. in ps.* 32, 6. 3) *Is.* 64, 4: A saeculo non audierunt neque auribus perceperunt; oculus non vidit Deus, absque te, quae praeparasti expectantibus te.

Deus diligentibus se[a·1]. Descendere ergo dicitur de caelo, cum ab archano[a*] divini consilii ad noticiam electorum non solum per scientiam, sed et per experientiam in-
Apoc. 21, 2. comparabilis illa corona perveniet. *A Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Quem ornatum in spiritu
Is. 61, 10. propheta previdens immenso suffusus gaudio: *Gaudens,* inquit, *gaudebo in Domino, et exultabit anima mea*[b] *in Deo*[c] *meo,* causamque gaudii depromens: *Quia induit me*[d], ait, *vestimento salutis et indumento iusticiae*[e] *circumdedit me*[f], *quasi sponsum decoratum*[g] *corona et quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Erit ergo ornatus eius corona
1. *Petr.* 5, 4. et monilia. Corona videlicet[h] immarcescibilis perpetua inmortalitatis et incorruptionis adornans gloria[2], monilia ineffabili cordis puritate, qua et Deus videtur, decorans eam munditia. Denique quia a factore suo non solum ut[i] factura eternaliter prescita in caeleste habitaculum potentialiter introducitur, sed et[k] ut sponsa decorata in eius[l] regni thalamo amabiliter collocatur, bene de caelo descendens a Deo parata et sicut sponsa ornata narratur. Mira enim et[m] ineffabili benignitatis affluentia factura fit[n] sponsa, cum eam, quam mirabiliter ex nichilo creavit[3] ad famulatum, mirabilius reformatam ad caelestis thalami iocundum assumet amplexum.

Apoc. 21, 3. *Et audivi vocem magnam de trono dicentem.* Vox ista vox suavis, vox leticiae[4] de alto sonans, de sublimi divinitatis consessu[o] dulciter increpitans, quid dicat, audi-
ib. amus: *Ecce tabernaculum Dei*[p] *cum hominibus, et habitabit*[q] *cum eis*[r]. Quod[s] est istud[t] tabernaculum? An forte
Num. 24, 5. inter illa reputabitur, de quibus dicitur: *Quam pulcra tabernacula tua, Iacob*[u], *tentoria tua, Israel?* An potius inter illa, quae psalmista concupiscens alto suspirio procla-
Ps. 83, 2. 3. mat: *Quam dilecta tabernacula tua*[v], *Domine virtutum, concupiscit*[w] *et deficit anima mea in atria*[x] *Domini?* Sunt

a) qui d[iligunt] il[lum] *C* 6. *Vulg.* a*) cum archana *C* 2. b) mea *om. C* 6. *Vulg.* c) Deo *om. A* 4. d) ait me *C* 2. 3. 5; ait *om. C* 6. e) le. *C* 5. 6. f) me *om. C* 3. g) decorauit *C* 2. 3; d'co. *C* 6; dec *A* 4. h) scilicet *A.* i) ut *om. C* 6. k) ut et *A* 1. 3; et *om. C* 2. 3. l) eiusdem *C.* m) et *om. C* 3. n) sit *B* 2. *C* 2. 6. o) concessu *A* (consensu *mut.* concessu *A* 4). p) est *add. A* 4. *C* 6. q) habitau *B* 2. r) ilł *C* 5. s) Quid *C* 2. 3.,6. t) illud *C* 6. u) et *add. C* 6. v) tua *om. C* 6. w) concup. — Domini *om.,* etc *add. A* 4. x) *ita B* 2. *C* 5. 6. *Cusp.;* a. *A* 1. 3. *C* 2. 3.

1) *Ita ex. gr. Aug. Adnot. in Iob* 35; *cf. P. Sabatier, Bibliorum sacrorum Latinae versiones antiquae seu Vetus Italica I, p.* 662 *sq.* 2) 1. *Petr.* 5, 4: percipietis immarcescibilem gloriae coronam. 3) 2. *Mach.* 7, 28: ex nihilo fecit illa Deus. 4) *Ier.* 33, 11: vox gaudii et vox laetitiae.

enim tabernacula Iacob tabernacula luctantium in presentis vitae milicia[1], agone et exercitio gravia, sed intuitu coronae spectaculo pulchra, bona semper, sed non semper iocunda. Sunt et tabernacula Dei tabernacula regnantium in caelestis patriae curia, omni calcato metu, plena tranquillitate, suavia, de percepta corona[2] plene gaudentia, non solum bona semper, sed sine tristium intermixtione, sine laborum fatigatione semper leta et iocunda. Bene ergo illa pulcra, ista dilecta vocantur. Quid enim pulcrius quam spe coronae cum vitiis et concupiscentiis luctam inire? Quid amabilius quam victoria[a] peracta de percepta corona gaudere? Sunt itaque pulcra[b] tabernacula Iacob, dilecta tabernacula Dei, quia de labore certandi pervenitur ad fructum premii percipiendi. Quia vero in caelesti curia diversa sanctorum angelorum contubernia[c] karitatis nexu unam faciunt rem publicam, bene, quae psalmista tabernacula dixerat, hic tabernaculum vocantur[d]. *Ps.* 83, 2. *Apoc.* 21, 3. Quibus dum sanctorum agmina coniuncta unam condunt unius urbis commanentiam, bene cum hominibus tabernaculum Dei ad eternam mansionem iunctum narratur. Sed inestimabili dulcedine omnia predicta exuperat quod subditur[e]: *Et habitabit cum eis.* *ib.* Si enim species tabernaculorum delectat, quanto magis inhabitatoris eorum, qui fecit illa, visio et mansio delectabilis erit? Habitabit ergo in eis[f] Deus pleno eos et[g] vero gaudio replens[3], ne usquam vacillare valeant, plenam eis suae visionis noticiam largiens atque *omnibus omnia factus*[4] perfectam eis beatitudinem tribuens. 1. *Cor.* 9, 22. Unde pulchre subiungitur: *Et ipsi populus eius erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum deus.* *Apoc.* 21, 3. In hac enim vita, ubi *terrena inhabitatio sensum multa cogitantem deprimit,* quociens curis et sollicitudinibus succumbimus[h], quasi tociens Deum, quem omnibus fluxis et transitoriis preponere debueramus, Deum nostrum esse obliviscimur. *Sap.* 9, 15. In illa vero civitate, ubi sic divina contemplatio omnes in id ipsum conglutinans[i] beatificat, ut interno et eterno

a) peracta vict. *C* 5. b) pulcra *om. A (manu saec. XVI. in marg. suppl. A* 1). c) que *add. C* 3. d) vocatur *A* 4. e) sequitur *C* 5. f) Deus in eis *A.* g) et *om. C* 5; et vero *om. A* 4. h) succ. *om. C* 2. i) conglutinantes *A. B* 2.

1) *Cf. ex. gr. Iob* 7, 1: Militia est vita hominis super terram. 2) *Cf.* 1. *Petr.* 5, 4; *supra p.* 434, *n.* 2. 3) *Cf. Rom.* 15, 13: Deus autem spei repleat vos omni gaudio. 4) *Apostolus loco supra citato de se ipso loquitur.*

gaudio perfecte suffusos foras evagari non oporteat[1],
Apoc. 21, 3. *ipsi populus eius erunt, et ipse Deus*[a] *cum eis erit eorum deus.* Ubi profecto, quia sic eternae iocunditatis[b] et leticiae vino debrientur[c], ut omnis[d] transactae vitae miseria ultra non afficiantur, subsequenter declaratur, cum
ib. 21, 4. subiungitur: *Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis* sanctorum[e], *et* iam[f] *ultra non erit neque luctus neque clamor, *neque*[g] *dolor erit ultra*[h], *quae prima abierunt.* *p 9

Porro quod alibi[2] civitas ipsa ex auro mundo, fundamento[i] omni lapide precioso constare dicitur, XII portae eius ex singulis margaritis, plateae ex auro mundo tamquam vitro perlucido ornatae feruntur, quantam[k] caelestis[l] illius patriae iocundissimam mansionem depromunt[m]? Si enim ad litteram intellecta pulchra sunt et decora, quanto magis spiritaliter intellecta longe incomparabilius iocunda et delectabilia inveniuntur? Si preciosum est aurum, quanto preciosius est quod signi-
Sap. 7, 29. ficatur per aurum? *Luci* enim *comparata prior invenitur* sapientia. Diximus ut potuimus, qualiter sublato
cf. Is. 26, 10. impio, ne videat gloriam Dei[3], civitas[n] Christi sancta Hierusalem glorificetur, pluribus, quae de tanta iocunditate dici possunt[o], subpressis[p], dum ad ea quae restant dicenda festinamus.

XXVII.[q] Queri potest, qualia sancti post resurrectionem in illa civitate corpora habeant. Ait enim apo-
1. *Cor.* 15, 44. stolus: *Seminatur corpus animale,* re*surget*[r] *spiritale,* et
ib. v. 50. rursum: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*[s]. Unde nonnulli in spiritalem substantiam corpora sanctorum post resurrectionem transmutari putaverunt[4], alii,

a) cum eis Deus *A* 3. b) iocundatis *A* 1. c) deebrientur *C* 6; inebrientur *C* 2. d) ōs *C* 3. 6. e) eorum *C* 6. *Vulg.* f) iam *manu coaeva mut.* mors, *sicut Vulgata habet, C* 3; et mors iam non erit *Aug. De civ. Dei. XX,* 17. g) neque *om. C* 2; neque — ultra *om. A* 4; e. n. v. d. *pro* neque — ultra *C* 6. h) ultra *om. C* 3. i) fundamenta *C* 2. 3; ex *add. C* 6. k) quantam *alio atram. mut.* -tum *manuque coaeva add.* ad *C* 3. l) cael. *om. C* 2. 3. m) depromuntur *C* 6, *quod fortasse etiam A* 3. *C* 3 (-t˜ *pro* -t?) *legendum est.* n) Christi civ. *A.* o) possent *C* 3. p) suppīlsis *C* 5. q) *ita A* 1; XXVIII. *corr.* XXVII. *B* 2; [X]XVI. *C* 2; XXXI. *C* 3; *cf. p.* 431, *n.* a. r) *ita etiam Aug. De civ. Dei XIII,* 20; surget *Vulg.* s) possidere non possunt *C* 6. *Vulg.*

1) *Cf. Apoc.* 3, 12: et foras non egredietur amplius. 2) *Apoc.* 21, 18—21: ipsa vero civitas aurum mundum, simile vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata . . . . Et duodecim portae duodecim margaritae sunt . . . et singulae portae erant ex singulis margaritis, et platea civitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. 3) *Cf. Is.* 26, 10: Misereamur impio . . . et non videbit gloriam Domini; *supra VIII,* 18 *fin.* 4) *Quos refellit Aug. De civ. Dei XIII,* 20. 22 *sq. Ottonis tempore Honorius August.*

tametsi corpora, non spiritus, ea futura dicerent, tamen in tantam subtilitatem, ut nec[a] palpari nec excogitari[b] possent[c], ipsa redigenda credebant. Quia vero iuxta Domini exemplum post resurrectionem discipulis suis dicentis: *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa*[d] *non habet, sicut me videtis habere,* vera corpora in vera carnis substantia resurrectura credimus[1], qualiter predicta verba apostoli accipienda sint, videamus. *Seminatur,* inquit, *corpus animale, resurget*[e] *spiritale.* Sed intueamur ex subsequentibus, quid[f] per[g] animale, quid per[h] spiritale intellexerit. Cum enim dixisset: *Seminatur corpus animale, resurget spiritale,* subsequenter adiunxit: *Si est corpus animale, est et spiritale, sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem; sed non prius quod spiritale est, sed quod animale* est, *deinde quod*[i] *spiritale*[k]. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo*[l] *de caelo caelestis. Qualis terrenus, tales et terreni; et qualis caelestis, tales et caelestes.* Numquid his verbis secundum hominem Christum Iesum, quem spiritalem vocavit et caelestem, veram carnem habere negavit? Spiritalem ergo seu caelestem dicens non carne carere voluit, sed ad differentiam primi, qui voluntatem carnis secutus mandati Dei prevaricator extitit[2], a[m] carnis operibus alienum vita et doctrina esse declaravit. Unde et dicit: *Primus*[n] *homo de terra terrenus, secundus de caelo caelestis,* ac si diceret: Primus homo terrenis operibus[o] nos perdidit, sed secundus caelesti vita[p] nos reparavit. Ideoque subiungit[q]: *Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis,* ac deinde: *Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Corpus itaque, quod seminatur animale, resurget spiritale, cum substantiae vitium subtrahitur,

Luc. 24, 39. 1. *Cor.* 15, 44. *ib. v.* 44—48. *ib. v.* 47. *ib. v.* 49. *ib. v.* 50.

a) ñ *A* 1. b) nec cogitari nec palpari *A* 3. c) possint *C* 5. 6. d) et ossa *om. C* 6. e) surget *A* 3. *Vulg.* f) quibus *B* 2. g) per *om. C* 6. h) per *om. A. C* 6. i) quidem *C* 3. k) est, sed quod animale est, deinde quidem spiritale *iterum add. C* 3. l) homo *om. C* 5. m) a *om. A.* n) Primus — diceret *(l.* 27*) om. C* 3. o) nos oper. *C.* p) nos vita *C.* q) subiunxit *A.*

hanc opinionem defendisse videtur; cf. I. A. Endres, Honorius Augustudunensis, Kempten et München 1906, *p.* 121 *sqq.* 1) *Aug. De civ. Dei XIII,* 23 *in. Idem capitulum etiam cum iis, quae sequuntur, conferas. Cf. etiam Aug. Enchir. c.* 91 (= *Hugo de S. Victore, De sacr. II,* 17, 17). 2) *Eph.* 2, 3: facientes voluntatem carnis; *cf. Ioh.* 1, 13; *Ezech.* 15, 8: eo quod praevaricatores extiterint.

veritas naturae relinquitur. Hoc enim[a] est quod subdit:
1. *Cor.* 15, 42. *Seminatur in corruptione, resurget*[b] *in incorruptione.* Ad hanc quippe vitam mortalem per concupiscentiam nascentes animales seminamur, ad illam vero vitam immortalem per gratiam renascentes spiritales resurgimus. Huic assertioni et hoc suffragatur, quia, cum dixisset, quod *caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*, ne de
ib. v. 50. substantia carnis dictum putaretur, subiunxit: *Neque corruptio incorruptelam possidebit.* Habebunt ergo in illa civitate sancti de vera carnis substantia vera corpora, sed ab omni corruptione aliena, puritatis dignitate et agilitatis subtilitate spiritibus non inferiora ac ita concorditer spiritibus suis connexa, ut nusquam esse velint, ubi esse non[c] possint, nec[d] usquam sint, ubi esse non velint. Nulla enim poterit esse discrepantia, quos divinus spiritus intus[e] alens verae pacis perfecta connectit concordia. Quapropter, ubi sint, queri non oportet, cum iuxta dominicum exemplum, qui post resurrectionem ianuis clausis[1] intravit, tantae[f] sint agilitatis, ut, sive in caelo sive in terra iam innovatis[f*] esse[g] voluerint, in potestate habeant, ubi nec voluntas[h] facultati, nec[d] facultas repugnat voluntati.

XXVIII.[i] Nunc inquirendum videtur, si in illa beata patria preteritae vitae memoriam seu scientiam
Is. 65, 17. habeant. Ait enim eximius prophetarum Ysaias: *Non erunt memores priorum, nec*[k] *ascendent*[l] *in corda*[m] *ipsorum*[2].
ib. 66, 24. Sed quid est[n], quod alibi dicit: *Egredientur et videbunt cadavera*[o] mortuorum, *qui prevaricati sunt in me?* Numquid credendi sunt illas beatas sedes relinquere ac ad videndam[p] malorum tormenta localiter exire? Absit! Si
cf. Aug. XXII, 30. ergo a fruitione eterni boni non recedentes egredientur per scientiam, quomodo non erunt memores *priorum? *295.

a) est enim *A*; est *om.* *C* 2. 3. b) res. in incorr. *om.* *C* 3. c) n *A* 1. d) ñ *A* 1. e) intus *om.* *C* 6. f) *ita C;* tantaeque *A. B* 2. f*) i mom̄tis *eadem manu in marg. add.* *C* 6. g) esse *om.* *C* 2. h) nec voluntati facultas nec facultati voluntas *(om.* repugnat*)* *C* 6. i) *ita A* 1; XXVIIII. *corr.* XXVIII. *B* 2; [X]XVII. *C* 2; XXXII. *C* 3; *cf. p.* 431, *n.* a. k) ñ *A* 1; ne *C* 2; et non *Vulg.* l) *ita A* 4. *C* 3. 5. 6; ascend't *A* 1; ascendunt *A* 3. *C* 2; abscondit *B* 2; ascendet *Aug.* m) *ita C* 6; c. i. *A. B* 2 *(ubi in marg. add.* corda ipsorum*)*. *C* 2. 3. 5 *(ubi super* c. i. *superscr. manu eadem* corda ipsorum*)*; corda illorum *Cusp.*; cor ipsorum *Aug.*; super cor *(om.* ipsorum*)* *Vulg.* n) q̃dē *A* 1. 4. *B* 2; quidm̃ *A* 3; est quod *om.* *C* 2. o) corpora *C* 5. p) videndam *B* 2.

1) *Ioh.* 20, 26: Venit Iesus ianuis clausis. 2) *Haec cum Aug. De civ. Dei XX,* 21. *et XXII,* 3. *magis quam cum Biblia vulgatae ed.* (non erunt in memoria priora) *conveniunt* (memores priorum nec; in cor ipsorum).

An scient[a] alienas[b] penas, suasque transactas miserias, unde liberatori suo gratias habere[c] deberent, oblivioni tradent[d]? Qua in re sciendum est duas esse scientias duasque obliviones. Scit enim aliter eger infirmitatem per experientiam, aliter medicus per artis noticiam. Sic etiam aliter obliviscimur eorum, quae[e] experimento cognovimus, aliter illorum, quae artis tantum industria inexperti comprehendimus. Sicut ergo sancti habebunt omnium, quae delectare possunt, plenam memoriam, sic nichil, quod officere possit[f], eorum tanget conscientiam, ut plene habeant, unde redemptori suo gratias agant[g], et nichil recolant, unde leso corde de priorum recordatione doleant, sed omnimodis delitiis[h] affluentes[1] *pace-* *Phil. 4, 7.*
que *Dei*[i], *quae exuperat omnem sensum,* perfecte gaudentes, sicut foris nullo[k] pulsantur temptatore[l], ita intus nulla recordationis tristium afficiantur passione. Scient itaque[m] ad maiorem beatitudinis suae cumulum redemptoris sui largum recolendo beneficium, non sicut[n] experti, tam suos actus quam[o] malorum apud inferos cruciatus, ut non solum de sua felicitate gaudeant, sed et Deo suo eos de una massa factos[2] ab illorum perditione misericorditer[3] separanti[p] gratias[q] habeant. Scient, inquam, ut dictum est, per omnia scientem et sua et aliena, non per[r] experientiae miseriam, sed per internae et eternae sapientiae supereffluentem[s] gloriam.

XXVIIII.[t] His decursis, qualiter illa caelestis curia ordinata sit, inquiramus. Numquid enim omnes eterna illa beatitudine pari modo pariter[u] omnes fruuntur, iuxta illud parabolicum, ubi omnes in vinea Do- *Matth. 20.*
mini non equaliter desudantes equalem operis mercedem tamquam singulos denarios recepisse[4] feruntur? Sed

a) sciant *A*. b) penas al. *A*. c) agere *C* 5. d) traderent *A* 3. e) in *add. C* 2. f) posset *C* 2. 3. g) agunt *A* 3. h) delitii *B* 2. i) Dei *om. C* 3. k) nulla *A* 1. *C* 2, *corr.* nullo *A* 1; -o *e corr. A* 3. l) temptatione *A* 1*a (e corr.). C* 2. m) enim *C* 2. 3. n) sicut *om. C* 6. o) qua *B* 2. p) *ita Cusp.;* separante *A. B* 2. *C.* q) agere *add. Cusp.* r) per *om. C* 6. s) supereffl. *om. A* 4; superaffluentem *C.* t) *ita A* 1; XXX. *corr.* XXVIIII. *B* 2; XXVI[II] *C* 2; XXXIII. *C* 3; *cf. p.* 431, *n.* a. u) omnes par. *C* 5.

1) *Cf. Is.* 66, 11, *supra p.* 431, *n.* 3. 2) *Cf. Rom.* 9, 21. 3) *Cf. Aug. De civ. Dei XXII,* 30 *(ed. Dombart II, p.* 633*), quem ex parte exscripsit Hugo de S. Victore, De sacram. II,* 18, 22. 4) *Matth.* 20, 9. 10: Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi . . . . acceperunt autem et ipsi singulos denarios.

quomodo intelligemus[a] ipsius Domini[a*] testimonium di-
Ioh. 14, 2. centis: *In domo patris mei*[b] *mansiones multae sunt,* et
1. *Cor.* 15, 41 *sq.* illud apostoli: *Alia claritas solis, alia claritas*[c] *lunae,* et: *Stella differt*[d] *a stella in claritate, sic* erit[e] *et resurrectio mortuorum?* Verum est igitur[f], quod singuli singulos denarios accipiunt, et verum est, quod diversas mansiones inhabitantes, alius alio clarior existat, quia omnes quidem in unam beatitudinem recipientur[g], sed pro qualitate meritorum diversas ibi mansiones sortientur[1]. Nam et Dominus non in domibus, sed in una domo mansionum hanc varietatem esse dicens unam fore beatitudinem[2], sed in beatitudinis fruitione distantias ostendit. Quod etiam in presenti videmus, ubi in una ecclesia diversis in dignitatum[h] ordinibus[3] alium alio clariorem[i], alium alio superiorem conspicimus. Quam ad[k] instar illius curiae distinctam Dominus Moysi loquens
Exod. 25, 40. ostendit, cum ait[4]: 'Vide, ut[l] omnia *fac*ias iuxta *exemplar, quod tibi monstratum*[m] *est in monte'.* Sunt itaque in illa[n] domo diversae mansiones, quas alius alio clarior, alius alio sanctior inhabitet, quia tanto[o] quisque vicinius et quasi proximius divini luminis splendore[p] irradiatur, quanto[q] ardentius et vehementius in presenti vita ad eius amorem per fidem operantem[5] ex dilectione inflammatur. Et sicut pluribus ad unum fontem confluentibus simulque undam[r] eius gustantibus, qui plus
Ps. 35, 9 *sq.* sitit, plus haurit[s], ita ad Deum fontem vitae festinantes tanto largius ab ubertate domus eius[t] torrente voluptatis suae inebriantur[6], quanto eum ampliore sitis ardore vehementius et avidius prestolantur. Pro diversitate igitur[u] operum et capacitate singulorum varia et una[v] beata tamen omnium erit[w] gloria sanctorum[x].

a) intelligimus *A* 4. *C* 6. a*) Dom. *om.* *C* 2. 3. b) mee *C* 2; me *C* 6. c) clar. *om.* *A* 4. *C (ubi* et alia*).* d) differ *A* 1; a stella differt *C* 5. 6. *Vulg.* e) erit et *om.* *C* 6; erit *om.* *Vulg.* f) ig. *om.* *C* 5. g) reciperentur *A* 1. h) div. indignitatum *A* 1. *B* 2. *C* 2. 3; in- *erasum* *A* 3; dignitatum *C* 5; in div. dign. ord. *A* 4. *C* 6. i) clar. — alio *om.* *C* 2. k) ad *om.* *C* 2. l) et *C* 2; Inspice et fac secundum exemplar *Vulg.* m) in monte monstr. est *C* 5. 6. n) domo illa *A.* o) quanto *C* 5. 6. p) plendore *A* 3. q) tanto *C* 5. r) unam *B* 2. s) et *add.* *B* 2. t) et *add.* *C* 6. u) ergo *C* 5. v) vita *C* 5. w) omnium *iterum add.* *C* 5. x) beatorum *C* 6.

1) *Cf. Aug. Tract. in evang. Ioh.* 67, 2. 2) *Cf. Aug. Serm.* 87, 4, 6. 3) *De differentia graduum in sacris ordinibus et differentia dignitatum in eodem gradu strictim agit ex. gr. Hugo de S. Victore, De sacr. Christ. fidei II,* 2, 5, *fusius idem ibidem II,* 3, 1 *sqq.* 4) *Cf. Hebr.* 8, 5: Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. 5) *Cf. Gal.* 5, 6: fides, quae per caritatem operatur. 6) *Ps.* 35, 9. 10: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos, quoniam apud te est fons vitae.

XXX.[a] Porro quia civitas illa duobus parietibus compacta ex angelis constat et hominibus[1], quis et qualis inter eos ordo sit, intueamur. Tres angelorum ierarchias, id est sacros principatus, precipuus theologorum ponit Dionisius[2] et unamquamque in tres ordines subdividens, ut novem angelorum ordines[b] compleat, tria terna constituit. In prima ierarchia Seraphim, Cherubin, tronos, in secunda dominationes, potestates, virtutes[3], in tercia principatus, archangelos, angelos ponit. Primam autem ierarchiam inmediate[c] trinitatem circumstare ab eaque sola illuminari, secundam vero inter primam et ultimam mediam[d] tam a superiore illuminari quam inferiorem illuminare asserit[4]. Quorum secretissimae humanumque ingenium transcendentis naturae causas rimari super[e] nos est nec presens opus exposcit. Ait nempe supra nominatus teosophus: *Quanti quidem sunt et quales supercaelestium essentiarum ornatus, et quomodo secundum eos ierarchiae perficiuntur, solam diligenter scire dico contemplativam eorum perfectionis principem*[f.5]. Quibus verbis cum solam divinam sapientiam, a qua principium[g] habent, ut sint, et ad quam contemplatione[h] respiciunt, ut perfecti sint, scire dicat *sacram* eorum *superornatam ordinationem*, temerarium de ipsorum natura videtur investigare, cum et ipsos angelos, quales facti vel qualiter dispositi sint, fateatur
96. non posse comprehendere. Propterea, inquid, *dico *et eos adhuc ignorare proprias virtutes et illuminationes et suam sacram et superornatam ordinationem*[6]. Unde et[i] subiungit: *Inpossibile est*[k]

Hugo, In cael. Dion. hier. I, 5.

ib. V, 2.

Hugo V, 3. Dion. De coel. hier. 6.

Dion. l. c.

a) *ita A* 1; XXXI. *corr.* XXX. *B* 2; XX(V *delet.*)IX. *C* 2; XXXIIII. *C* 3; *cf. p.* 431, *n.* a. b) ordiēs *A* 1. c) inmedietate *A* 3. *B* 2, *corr.* inmediate *B* 2; inmediante, *secundum* -n- *expunctum C* 3. d) eam *add. C.* e) supra *C.* f) principem *B* 2. g) principum *A* 3. h) contemplationem *A* 3. *C* 6; per contemplationem *Hugo.* i) et *om. C* 6. k) enim est *C* 5. *Dion., Hugo.*

1) *Cf. Gregor. Homil. in evang.* 34, 11, *cuius verba exscripsit Hugo de S. Victore, Summa Sentent. II,* 5 *fin.; cf. infra VIII,* 31. 2) De caelesti hierarchia, *quem librum Iohannes Scotus Eriugena in Latinum sermonem vertit (Migne, Patrol. Lat. CXXII), Hugo de S. Victore exposuit (Commentariorum in hierarchiam caelestem S. Dionysii Areopagitae libri decem, Migne l. c. CLXXV). Cf. Hashagen, 'Otto von Freising' p.* 18 *sqq. Otto quin Dionysii libro non nisi cum Hugonis expositione coniuncto usus sit, dubitari non potest. Cf. etiam ad ea quae sequuntur c.* 30—32; *Ios. Turmel, 'L'angélologie depuis le faux Denys l'Aréopagite', 'Revue d'histoire et de littérature religieuses' IV* (1899), *p.* 217—238. 289—309. 414—434. 537—562. 3) *Perperam hic Otto virtutes potestatibus postposuit, rectum Dionysii ordinem infra p.* 443. *exhibet; cf. Dion. l. c. c.* 8. *et Hugo l. c. V,* 2. 4) *Dionysius et Hugo passim.* 5) *Ita Hugo de S. Victore et etiam in verbis Dionysii suae explanationi praepositis;* teletarchiam *pro* perfectionis principem *Scotus.* 6) *Dion. l. c.*

enim nos scire supercaelestium animorum misteria[a] *et sanctissimas eorum perfectiones, nisi ibi dixerit quis, quaecumque per eos*[b] *nos tamquam propria bene scientes divinitas misteria docuit.* Et est dictum: Incassum ad comprehensionem supercaelestium misteriorum laboramus, cum nec[c] ipsos supercaelestes spiritus, quorum revelatione illa cognoscere deberemus, plene illa posse comprehendere credamus[1]. Quid est autem, quod supra eos nescire affirmans hic *nos per eos tamquam propria bene scientes* erudire divinitatem dicit, nisi
Hugo V, 3. quod sciunt propria misteria, quantum sufficit ad nostram eruditionem, sed non sciunt ad plenam et perfectam comprehensionem? Quamvis[d] igitur ex proprio motu nil de eorum natura comprehendere valeamus, hoc tamen, quod[e] divina eloquia de illis sacris ordinibus necnon et iste theologus testantur,
ib. indubitanter credamus[2]. Ait ergo: *Omnis*[f] *theologia caelestes essentias novem vocavit manifestativis*[g] *cognominationibus*[3]. Deinde ab egregio doctore gentium, magistro suo Paulo, qui *ad tercium caelum raptus*[4] archana[5] Dei audierat, quid edoctus sit, subsequenter adnectit dicens: *Has* scilicet[h] novem caelestes *essentias divinus noster sanctus perfector*[i] *in tres segregat ternas dispositiones*[6]. Quod quia nusquam[k] in Paulo legitur, ab eo familiari colloquio tamquam divinus philosophus didicisse innuitur. Nec[l] repugnat, quod archana, quae
2. Cor. 12, 4. audivit, homini loqui licere apostolus[m, 7] negat, cum nec homo, sed super hominem[8], velut huic vitae funditus mortuus, fuerit vel qui docuit vel ille qui didicit. Dicat
Dion. l. c. ergo: *Has divinus*[n] *noster perfector*[o] *in tres segregat ternas dispositiones. Et primam quidem esse dicit circa Deum*

a) *ita A. B* 2. *C;* ministeria *Hugo.* b) *ita Cusp., Scotus, Hugo, infra l.* 8; eas *A. B* 2. *C.* c) n̄ *A* 1. d) *signum* ☾ *praemissum B* 2. e) quod *om. C* 2; tamen quod *om. C* 6. f) Omis *B* 2; Omnes *Scotus, Hugo.* g) manifestatis *A* 3. h) s. *A* 1. 3. *C* 3; sacras *B* 2. i) *ita C* 3. *Hugo;* perfecto2ꝶ *A. B* 2. *C* 2. 5. 6; profector *Cusp.* k) nisi *add. C* 6. l) Ne *A* 1. 3. m) apost. *bis scriptum C* 5. n) *ita C* 5; divinas *A. B* 2. *C* 2. 3. 6. o) *ita B* 2. *C* 2. 3. 6. *Hugo;* profector *A* 1. 4; protector *A* 3; perfecto2ꝶ *C* 5.

1) *Ipsa eadem verba apud Hugonem aut Dionysium frustra quaeres, sed sensus cum iis, quae Hugo pluribus exposuit, convenit.* 2) Quandoquidem, inquit, nos per nos de ipsis nihil scire possumus . . . ., ergo in iis, quae de ipsis dicere volumus, non dicimus nos, id est ex proprio motu vel sensu sive cogitatione nihil dicimus, sed quaecunque sancti theologi per contemplationem de ipsis angelis speculati sunt, nos eorum auctoritatem, quantum possumus, sequendo, hoc docemus *Hugo l. c. verba Dionysii exponens.* 3) *Dion. l. c.* 4) 2. *Cor.* 12, 2. 5) *Cf. n.* 7. 6) *Dion. l. c.* 7) 2. *Cor.* 12, 4: audivit arcana verba, quae non licet homini loqui, *quae verba etiam Hugo l. c. exscripsit, cf. ib. VI.* 8) *Cf. Hugo l. c.*

existentem[a] *semper*[b] *et ante alias inmediate uniri traditam, sanctissimos*[c] *tronos et oculosos et pennosos ordines, Hebreorum voce Cherubin et Seraphin nominatos.* Quia enim *Seraphin incendentes*[d·1], *Cherubin plenitudo scientiae interpretantur*[2], *Cherubin oculosos propter contemplationis* cognitionem[3], *Seraphin pennosos propter* ardentissimi amoris[e] *dilectionem*[4] symbolice nominat[f]. Tronos[g] vero, *in* quibus *Deus sua iudicia decernit*[5], quos[h] alibi *compactas et altissimas sedes*[6], hic[7] *sanctissimos tronos* anagogice vocat, *altissimas propter dignitatem, compactas propter iudicii veritatem*[i], *sanctissimas*[k] propter incommutabilitatis[l] firmissimam eternitatem[8]. Est ergo proprium tronorum[m] iudicii[n] discretio, Cherubin veritatis cognitio, Seraphin cognitionis perfecta dilectio[9]. Et quia in his tribus omnis constat perfectio, recte amantes, cognoscentes, iudicantes velut intus presidentes[10] et ab interna contemplatione ad exteriora officia[o] numquam exeuntes[11], *inmediate Deo uniri et ante alias circa ipsum semper attente existere* dicuntur. Ultimos vero tres vel ad exteriora mitti, ut angelos et[p] archangelos, vel de mittendis[q] invisibili potestate dispensare, ut principatus, testatur. Porro medios, quae a superioribus ad inferiores deferenda sunt, secundum dignitatem et officium suum administrare dicit. In quibus dominationes quasi solo[r] imperio adnuncianda formantes primo, virtutes tamquam perceptum ab eis imperium potestatibus edentes secundo, potestates quasi conceptum mandatum in principatibus, archangelis, angelis sibi ad operationem sub-

Hugo.

ib. V, 2.

a) existimantem *corr.* existentem *A* 1. b) et attente ipsi *add. Dionys., Hugo, cf. infra l.* 18, *p.* 444, *l.* 15. c) sanctissimo *C* 6. d) et *add. C* 6. e) ardoris *C* 5. f) nomiat *B* 2. g) ꝑ nos *A* 3. h) quas *C* 5. i) ůtatem *A* 3. k) sanctissimas *post* eternitatem *C* 2. l) incommutabibitatis *A* 1. m) tonorum *A* 3. n) iudciií *B* 2; iudicio *C* 6. o) off. *om. C* 6. p) vel *A* 4. *C* 3. q) vel demittentis *C* 2. 3; vel dimittendis *Cusp.* r) soli *C* 5.

1) *Dion. l. c. c.* 7; *Hugo l. c. V,* 2. *VI.* 2) Cherubim, quod nomen plenitudo scientiae interpretatur *Hugo de S. Vict. l. c. V,* 2; *cf. Dion. l. c. c.* 7, *Hugo l. c. VII in.* 3) *Hugo l. c. V,* 3; *cf. V,* 2 *et VI.* 4) *Hugo l. c. V,* 3; *cf. V,* 2. *VII.* 5) *Hugo l. c. V,* 2; *cf. etiam ea quae idem in Summa Sentent. II,* 5. *ex Gregorio (Homil. in evang.* 34, 10*) attulit.* 6) ipsa autem altissimarum et compactarum sedium *(sc.* cognominatio docet*) etc. Dion. l. c. c.* 7; propter hanc enim dignitatem et excellentiam iudicii divini, quod per eos exercetur, ipsos thronos altissimas et compactas sedes nominavit *etc. Hugo l. c. VII.* 7) *Dion. l. c. c.* 6. 8) *Cf. Hugo l. c. VII.* 9) *Cf. Hugo l. c. V,* 2, *ubi inter cetera hi termini* discretio, cognitio, dilectio *leguntur; cf. etiam ib. V,* 3. 10) Amare enim et cognoscere et iudicare intus praesidentium et conversionem ad interiora habentium proprium est *Hugo l. c. V,* 2. 11) *Cf. ibidem et inter cetera haec verba:* licet ad exteriora nuncianda non exeant.

Hugo V, 2. iectis perficientes tercio loco ponit. Qui vero post angelos et archangelos virtutes et deinde potestates[1] et sic principatus[2] constituunt, virtutes eos, per quos signa et miracula fiunt, potestates eos, qui adversas virtutes spirituum comprimunt, ne[a] tantum nocere possint, quantum volunt[b], principatus, qui etiam bonis spiritibus principantur, accipiunt, plus ethimologiam nominum quam rationes officiorum secuti. Usu enim nostro plus est potestate agere quam virtute. Deinde maior est principatus quam potestas. Non enim omnis potestas principatus, sed omnes[c] principatus sunt potestates[d]. Quod autem amplius sit[e] in principatu dominari quam principari[3], nemo ambigit, et idcirco dominationes quasi principatibus dominantes in eminentiori[f] loco posuerunt.

Quid est autem, quod, cum suprema illa ierarchia *ib.* *immediate circa Deum et* ita *semper attente,* ut numquam a iocundissima maiestatis eius presentia foris prodeat, assistere credatur[g], ad mundanda[h] labia prophetae Seraphin exisse *Is. 6, 6. Hugo V, 2.* narratur, cum dicitur: *Volavit ad me unus*[i] *de Seraphin* etc.[k]? Ubi profecto iuxta eundem Dionisium[4] innuitur, quod de[l] inferiori[m] ordine missus superioris ordinis vocabulum ex officio est sortitus. Prophetae quippe labia purgare eiusque mentem ad divinitatis amorem accendere veniens Seraphin, *cf. Hugo, Summa Sent. II, 6.* id est incendentis[n·5], vocabulum accepit. Quamvis non desint, qui dicant non incongrue ad alta consilia de altissimo ordine spiritus mitti, cum et ipse unigenitus de sinu patris[6] ad terras missus *magni consilii* dictus sit *angelus*[7]. *Hugo In c. D. h. V, 2.* Quod enim[o] omnes mittantur, testari videtur apostolus, ubi ait[8]: *Nonne omnes sunt*[p] *administratorii*[q] *spiritus*[r] *in ministerium missi?* etc. Unde Michahelem, Gabrielem, Raphahelem[9], quos

a) nec *B* 2. b) p9ssīt *C* 5. c) omnis *A* 4 *(post corr.* omnes*). C* 2. d) potestas *A;* Non enim *(l. 9)* — potestates *in editione Wilmansiana errore typothetae exciderunt.* e) sit *om. C* 6. f) eminentiora *B* 2. g) et *add. C* 2. k) mundana *B* 2. i) unum *C* 5. k) etc. *om. C* 5. l) de *om. A (manu, ut videtur, saec. XVI. supra lin. suppl. A* 1*).* m) inferiora *corr.* -ri *B* 2; inferiore *C* 5. n) incendentes *C* 5. o) enim *om. C* 2. 3. p) sunt *om. C* 5. q) administrorii *C* 5. r) spir. *om. C* 5, *ubi* et *add.*

1) *Gregor. Homil. in evang.* 34, 7. 10, *quem expilavit Hugo, Summa Sentent. II,* 5; *Bernhard. Clarevall., In Cantic. sermo XIX; idem, De consid. V,* 4, 7. 2) et — principatus *habes apud Hugonem paulo ante.* 3) *Cf. Gregor. Homil. in evang.* 34, 10: Nam principari est inter reliquos priorem existere, dominari vero est etiam subiectos quosque possidere. 4) *Dion. l. c. c.* 13 *(Hugo l. c. IX,* 4*); cf. etiam Hugo, Summa Sentent. II,* 6; *Gregor. Homil. in evang.* 34, 12 *sq.* 5) *Cf. supra p.* 443, *l.* 4. 6) *Cf. Ioh.* 1, 18: unigenitus filius, qui est in sinu patris. 7) *Is.* 9, 6. *secundum Septuaginta; Hieron. Comm. in Is.* 9, 6, *lib. III; Dion. De coel. hier. c.* 4 *fin. et Hugo in hunc locum (V,* 1*).* 8) *Hebr.* 1, 14. 9) *Quos habes ex. gr. apud Gregor. Homil. in evang.* 34, 8 *sq. et* 12 *sq. (cf. Hugo de S. Vict., Summa Sent. II,* 6*).*

pre ceteris spiritibus ecclesia Dei veneratur, altissimorum illorum ordinum principes esse putant, nec idcirco eos[a] ab intima divinitatis presentia recedere dicunt, cum tantae subtilitatis eos et inestimabilis puritatis esse velint, ut sic ad exteriora prodeant, ut tamen in caelis semper[b] Deo assistant. Unde est illud Gabrielis in Evangelio: *Ego sum* unus[c] de illis, *qui* semper assistunt *ante Deum, et haec missus sum* adnunciare *tibi*[d·1]. Cum enim hoc diceret, ad terras missus fuerat et tamen Deo se assistere dicebat. *cf. Luc.* 1, 19.

Porro quod quidam a superioribus erudiantur, alii vero ab ipso Deo inmediate illuminentur, prophetica auctoritate probatur. Quidam enim misterium incarnationis ignorantes[2], cum Iesum in gloria caelos ascendere conspicerent, novi regis adventum admirantes a superioribus inquirebant dicentes: *Quis est iste rex gloriae*[3]*?* Sed et superiores non omnino ignorantes, sed immediate ab ipso discere volentes nec tamen[e] ad interrogationem festine presilire audentes[f] primum apud se deliberabant[g]: *Quis est iste*[h], *qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra*[4]*?* Cumque ad doctrinam ultro ipse se offerret dicens: *Ego qui loquor iusticiam*[i·5], tunc demum assumpta fiducia ad ipsum questionem dirigunt: *Quare ergo rubrum est indumentum tuum et vestimentum tuum sicut calcantium in torculari*[6]*?* In eo enim, quod[k] interrogant, ostendunt se illuminationem appetere, in eo vero, quod inter se conferendo deliberant, significant, quia divinam in se processionem non audent prevenire. Unde theologus iste: *Apud se,* inquit, *ipsas*[l] *deliberant ante interrogare ostendentes, quia discunt et deificam scientiam appetunt, non autem presilientes*[m] *per divinam processionem inditam illuminationem.* Et notandum, quod interrogatio spirituum illorum ad Deum non est aliud quam ipsa illuminationis[n] perceptio, ipsaque eius responsio vel locutio non est aliud quam illuminationis datio. Quia igitur ipsi non preveniunt illuminationem[o] in *Hugo ib. VII.* *Dion. l. c.* 7. *cf. Hugo l. c.*

a) ab int. eos *C* 2. 5. 6. b) Deo semper *C* 5. 6. c) unus *om. C* 3. d) Ego sum Gabriel qui asto ante Deum et missus sum haec tibi evangelizare *A* 4 *cum Vulg., sed nonnullis omissis.* e) tm̄ (= tantum) *C* 2. f) audientes *B* 2. g) delibrabant *A* 1; deliberant *C. Hugo.* h) iste *om. A* 3. i) iusticia *C* 3. k) quod *om. C* 6. l) ipsas *om. A* 4. *C* 5. m) prosilientes *B* 2. n) interrogationis *Pith.* o) īluminatione *B* 2.

1) *Haec paulo propius ad verba evangelistae apud Ambros. Expos. ev. sec. Luc. I,* 38: Ego sum G. angelus, qui assisto ante Deum, et missus sum haec annuntiare tibi, *quam ad Vulgatam accedunt.* 2) humanitatis eius exaltationem adhuc ignorantes *Hugo.* 3) *Ps.* 23, 8. 10. 4) *Is.* 63, 1. 5) *Ibidem; ita etiam Is.* 45, 19. *secundum Septuaginta apud Hieron. Comm. in Is.* 45, 18 *sqq., lib. XIII.* 6) *Is.* 63, 2.

perceptione, sed divina eos gratia prevenit in datione, non ante[a] interrogare dicuntur, ut discant, sed ipse largitor et doctor offerre asseritur eis, quid[b] doceat[c]. Et hoc est quod dicit: *Non presilientes per divinam processionem inditam illuminationem.* Presilirent enim inditam illuminationem, si humano more per studium inquisitionis[1] ad lumen pervenirent cognitionis[d], sicque processio esset non Dei ad
Hugo l. c. ipsos, sed ipsorum ad Deum. Sed quia divina processio, hoc est a Deo procedens datio, sponte veniens in ipsas sic eos illuminat, ut nullum inquisitionis studium hanc illuminationem[e] efficiat, bene dicitur, quod *inditam illuminationem per*[f] *divinam processionem non presili*unt[g].

Haec de angelorum natura[h] non de nostro sensu, sed de divinis eloquiis prolata sufficiant. In quibus *nichil temere diffini*endo, *sed secretum venera*ndo[2] indubitanter[i] credimus, quod sive omnes mittantur necne, seu omnes omnia supercaelestium sciant archana vel non, indeficienti tamen iubilo omnes[k] simul in[l] creatoris sui
Dion. l. c. 9. *Hugo l. c. IX,* 11. contemplatione iocundantur. Unde item[m] Dionisius *ad superprincipale principium et ad ipsum princificum*[n] *principium universaliter eas converti* testatur. Qui etiam ad hoc, ut supreme[o] ierarchiae spiritus sic Deo semper assistant, ut nunquam ad externa officia foris prodeant[3], et quod inferiores spiritus quandoque secreta Dei lateant, donec superiorum revelatione addiscant[4], inclinatus videtur[5]. Quod tamen, etsi[p] ita est, eorum beatitudinem non minuit, quia omnia scientem videntes sic in eo omnia sciunt, ut, quidquid expedit eos scire, scire velint[q] nec aliquid scire velint, quod scire[r] eos non expedit.

XXXI.[s] Quia de caelestium spirituum[6] ierarchiis, eo[t] quod in eorum ordines electi assumendi unam rem publicam facere creduntur, incidenter disputavimus, super-

a) autem *C* 2; ante *om. C* 6. b) q (= quod) *C* 2. 3. c) *ita C;* deceat *A. B* 2. d) cogitationis *A (manu saec. XVI. corr.* cognicionis *A* 1). e) illuminationem — inditam *om. C* 5. f) pro *B* 2. g) prosiliunt *C* 5. h) essentia *C.* i) indub. *om. C* 6. k) omnes *om. C* 6. l) in *om. C* 6. m) iterum *B* 2. n) princ. *om. A.* o) *ita B* 2. *C* 2. 3. 5; sup me *A* 1; superme *mut. radendo* superne *A* 4; superne *A* 3. *C* 6. p) si *C* 2. 3; et *in marg. eadem manu eodemque atram. suppl. C* 6. q) vellint *mut.* vellent *B* 2. r) scire *om. C* 6. s) *ita A* 1. 3; XXXIII. *et sic deinceps A* 4. *C* 5; XXXII. *corr.* XXXI. *B* 2; [X]XX. *C* 2; XXXV. *et sic deinceps C* 3; *num. om. more solito C* 6. t) eo *om. C* 3.

1) *Vox* inquisitio *etiam apud Hugonem l. c. legitur.* 2) nihil temere diffinientes, sed secretum venerantes *Hugo l. c. V,* 2. 3) *Vide supra p.* 444, *l.* 14 *sqq., ex Hugone.* 4) *Vide supra p.* 445, *l.* 11 *sqq.; Hugo l. c. IX,* 1. 5) *Cf. etiam Hugo l. c. V,* 2. 6) *Ad vocem cf. ex. gr. Hugo l. c. II,* 1 *in.*

est[a], ut de[b] hoc, qualiter in ipsorum consortia proportionaliter assumantur, inquiramus. Ait itidem de hoc sepe nominatus optimus theologus: *Ad quas*[1], id[c] est supercaelestes essentias, *secundum differentiam progressionum et incrementa illuminationum proportionaliter nobis ipsis ascendimus per gradus spiritalium profectuum in nobis* vel[d] *differentiam*[e] *donorum inter nos*[2]. Et est dictum, quod, sicut *in presenti per dona gratiarum et gradus dignitatum* proportionaliter, hoc est differenti et ordinata participatione, *disponimur,* sic in caelestis curiae contubernia promoveamur[3]. Iuxta ipsius enim[f] Domini testimonium, qui in modico fidelis est, supra[g] multa constituetur[4], et qui bene ministrat, gradum[h] bonum acquiret[5], quia fideles dispensatores[6] ecclesiae tanto amplius coronantur in caelis, quanto magis verbo et exemplo gregem Domini pascentes[7] desudaverunt in terris. Unde qui accepto ad usuram talento plus feneravit, iuxta differentiam meritorum proportionaliter accipit stipendia retributionum[8], dum isti dicitur: *Tu esto super quinque civitates,* et illi: 'Tu esto *super decem'*. Ascendent ergo sancti per *differentiam progressionum,* id est quantum
98. bene operando progrediuntur, **et incrementa illumina-*

Hugo l. c. II.

ib.

Luc. 19, 19.

ib. 19, 17.

a) super *C* 2. b) de *om. C* 6. c) id est *om. C* 2. d) per *Hugo.* e) differentia *A.* f) enim ipsius *A* 3; enim *om. A* 4. g) super *C.* h) bonum gradum *A* 1. 3; bonum sibi gradum *A* 4.

1) Ad quarum cognitionem *Hugo.* 2) *Verba non sunt Dionysii, sed Hugonis (Migne, Patrol. Lat. CLXXV, col.* 947*) ita locum illum Dionysii c.* 1. *exponentis, ubi legitur:* Propter quod et sanctissimam nostram hierarchiam perfectissima sacrorum dispositio caelestium hierarchiarum supermundana imitatione dignam iudicans et dictas inmateriales hierarchias materialibus figuris et formalibus compositionibus varificans tradidit, ut proportionaliter nobis ipsis a sacratissimis formationibus in simplas et non figuratas ascendamus altitudines et similitudines. 3) *Post verba ab Ottone supra inserta Hugo pergit:* Secundum namque illam proportionem, qua nunc dona gratiarum percipimus, merito postea vel hic per mentis contemplationem vel illic per retributionem in numerum angelorum transimus. Sic enim proportionaliter nobis ipsis ascendimus, quando secundum hoc, quod in praesenti per dona gratiarum et gradus dignitatum differenter disponimur, ad invisibilis veritatis participationem secreta et invisibili promotione sublevamur. 4) *Luc.* 19, 17: quia in modico fuisti fidelis; *Matth.* 25, 21: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. 5) 1. *Tim.* 3, 13: Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent. 6) *Cf. Luc.* 12, 42; 1. *Cor.* 4, 1 *sq.* 7) *Cf.* 1. *Petr.* 5, 2: Pascite qui in vobis est gregem Dei. 8) *Cf. Col.* 3, 24: accipietis retributionem hereditatis.

tionum, id est quantum bene docendo subditos illuminando profecerunt, *per gradus spiritualium profectuum,* quod est[a] de virtute in virtutem[1], non pedum, sed mentium in diversis dignitatibus progressus, vel *differentiam donorum,* quae sunt diversa dona carismatum[2], in[b] diversos ordines beatorum spirituum. Quae quoniam in
Ps. 83, 6. ipsis et inter ipsos sunt iuxta illud psalmistae: *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo*[c]
Hugo l. c. *disposuit,* bene theologus iste dicit, quod *secundum differentiam progressionum et incrementa illuminationum proportionaliter nobis ipsis ascendimus per gradus spiritualium profectuum in nobis* vel *differentiam donorum inter nos* ad contubernia[d] angelorum. Qualiter autem in singulos ordines[e] beatorum spirituum singuli quique electorum assumantur, ut non solum mentis et corporis[f] puritate, sed[g] graduum dignitate angelis similes et pares in beatitudine fiant, beatus Gregorius[3] mellifluo ore disseruit,
Deut. 32, 8. tantum[h] iuxta illam auctoritatem: *Constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei*[4], in illa civitate numerum electorum futurum[i] ostendens, quantus ibi sanctorum[k] remansit angelorum.

Luc. 15, 8. XXXII.[l] Sed inquiri potest, cum decima dragma tamquam[m] angelorum pars perdita per homines restaurari debeat, quomodo tantus[n] fiat numerus electorum, quantus ibi remansit angelorum? Qua in re profecto videndum est, quod sex*, X, C et huiusmodi in divina pagina non semper numerum, sed significatum numeri[o] ponunt. Quia enim denarius in sacra scriptura perfec-

*) *C pro* sex — ponunt *(l.* 28*) habet:* numerus interdum ad quantitatem, interdum significandi gratia respicit ad qualitatem.

a) est *om. A (manu saec. XVI. supra lin. suppl. A* 1*).* b) id est *A.* c) suo *om. A* 1. 3. *C* 2. d) contubernia *alia manu mut.* contubernium *C* 3, *et ita C* 6. e) ord. *om. C* 2. 3. f) pariter *add. C* 6. g) et *add. A* 4. *C.* h) tn̄ (= tamen) *A* 3. *C* 3. i) futurorum *C* 3. k) sanct. *om. A* 3. l) *ita A* 1. 3; XXXIII. *corr.* XXXII. *B* 2; [X]XXI. *C* 2; *cf. p.* 446, *n.* s. m) decima *add. C, supra lin. manu saec. XVI. add. A* 1. n) totus *A. B* 2; tantus *om. C* 6. o) mu *A* 1; um *A* 3; numi *mut.* numrū *B* 2.

1) *Ps.* 83, 8: ibunt de virtute in virtutem. 2) *Cf.* 1. *Cor.* 12, 28 *sqq.* 3) *Hom. in evang.* 34, 11. 4) *Ita etiam ex. gr. Anselm. Cantuar., Cur Deus homo I,* 18; filiorum Israel *Vulgata;* Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei *Gregor. l. c. et Dion., De coel. hier. c.* 9; *cf. infra VIII,* 32, *p.* 450 *sq.; P. Sabatier, Bibliorum sacrorum Latinae versiones antiquae seu Vetus Italica I (Remis* 1743*), p.* 386

tionem significare solet[1], X[a] dragma perisse dicitur, cum reprobae illius partis globus a Deo exorbitans, a creationis suae dignissima perfectione ad propriae voluntatis motum declinans superbiendo corruit, ut* dicatur[a], non quod illa decima pars corruerit, sed quod illa pars corruerit decima, id est ut decima qualitatem suam seu substantiam[b] verbi reddat verbo, ut non transitive[c], sed substantive iungatur cum 'corruit', quod est dicere, ut non numerum, sed litteralem, sed iuxta significationem numeri mysticum sensum respiciat, ut non sit aliud dicere: 'Corruit decima', quam: 'Corruit perfecta', id est in eo quod[d] perfecta, sicut solemus dicere: 'Video te sapientem', verbum iungendo transitive[e] ad 'te', substantive ad 'sapientem'. Vel: 'Corruit decima', id est perfecta, id est a decima vel a perfecta, ut sit ablativus decima seu perfecta vel sensum habeat ablativi. Sicut enim nominativus[f] apud gramaticos frequenter substantiam sui, sic ablativus vel nominativus ex parte predicata semper qualitatem eiusdem nominis innuit. Ut, cum dico: 'Martinus est homo', non predico secundum logicos hoc[g], sed ex hoc[h]; sicut e converso cum dico: 'Homo currit', non subitio ex hoc[i], sed hoc[k]. Nam si[l] hac parabola ad hoc[m], ut decimam partem angelorum, quae[n] per homines restaurari debet, cecidisse credere compellimur, nichilominus[o] etiam[p] centesimam tantum[q] partem ex parabola centum ovium corruisse confiteri cogemur. Predictus ergo denarius** vel centenarius, quia, ut dictum est, non ad numerum, sed ad significatum numeri nos mittit, nec ad hoc[r] cogit, ut decimam partem

Matth. 18, 12 *sqq.* *Luc.* 15, 4 *sqq.*

*) ut dicatur — sed hoc *(l.* 22*) om. C.*

**) *C pro* denarius — mittit *(l.* 29*) habet:* numerus quia non iuxta quantitatem[s], sed qualitatem[t] accipitur, *et post* hoc *(l.* 29*) addit:* nos.

a) dicat *A* 1; dicant *A* 3. b) substantia *B* 2. c) transiture *corr.* transitiue *B* 2; intransit'e, *eraso* in *A* 1; intransitive *A* 3. 4. d) d̨ *mut.* q̣ *B* 2. e) transit'e *A* 1; transiture *corr.* transitiue *B* 2. f) nōis *A* 1. 4; nominis *A* 3. g) h' (= haec) *A* 1. 3; homines *A* 4. h) h' (= haec) *A* 1. 3; homini, *secundum* -i *e corr.* *A* 4. i) h' (= haec) *A* 1. 3; hoñi *A* 4. k) h' (haec) *A* 1. 3; h'o *A* 4. l) si *om.* *C* 6. m) h' (= haec) *A* 1. *C* 2. n) qua *A* 1. 3; q2 (= quia) *supra lin.* *A* 4; vel *add.* *C* 2. o) nilominus *A* 1. 3; nichil minus *C* 2. p) et *C* 6. q) tamen *A;* tantum *om.* *C* 2. r) h' (= haec) *A* 1. s) qualitatem *C* 5. t) quantitatem *C* 5.

1) *Cf. ex. gr. Gregor. Moral. XXXV,* 16, 42; *Isidor., Lib. numerorum qui in sanctis scripturis occurrunt c.* 11.

seu centesimam corruisse credamus, nec ad hoc[a] impellit, ut tantundem restaurandorum[b], quantum[c] lapsorum numerum fore confiteamur, sed hoc[a] tantum[d] ostendit, quod illorum miseria istorum felicitate, illorum inperfectio[e] istorum perfectione[f] suppleatur[g]. Neque[h] propter hoc[a], quod[i] decima dragma perdita dicitur, X ibi ordines, quorum unus[k] corruerit, quandoque fuerunt[l], sed de singulis VIIII[m] illis ordinibus cadentes unum inordinati ordinis globum fecerunt. Quamvis, si dicat quis Gregorium hoc non sub assertione* posuisse, non sit multum in eius determinatione laborandum, dum hoc[n] tantum[o] credatur, quod vere in singulorum angelorum ordines[p], sive numero pares vel impares sint, beatitudine pares electi assumantur. Non enim[q] Gregorius[1] ait, ad quot[r] tot[s] ascensuros scimus, sed *credimus*. Nec[t] illa,
Deut. 32, 8. quam posuit, auctoritas: *Constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum*[u.2], huic sensui accommodata
ib. 32, 9. cernitur, cum ibi subsequenter dicatur: *Pars autem Domini populus eius.* Quod sic teste Dionisio dictum videtur: Ceterae nationes religionem angelorum sectantes diversam militiam caeli coluerunt, solus Israheliticus populus unius Dei cultum servans ipsi tamquam sua
ib. *pars* et *funiculus hereditatis* in possessionem[v] peculiariter[w]
Ps. 75, 2. cessit[3]. Unde est illud psalmistae: *Notus in Iudea Deus, in Israel magnum nomen*[x] *eius.* Si vero iuxta aliam translationem *iuxta numerum filiorum Dei* legatur[4], longe iterum alium sensum requirere innuitur, nisi eosdem
Gen. 6, 2. filios Dei, quos et angelos, dixerimus[y], iuxta illud Genesis, ubi alius translator filios Dei, alius[z] angelos ad

*) *C addit:* sed sub opinione[5].

a) h' (= haec) *A* 1. b) restarandorum *A* 1; restauratorum *C* 6. c) quotum *B* 2. d) tn̄ (= tamen) *A*. e) inperfectione *A (radendo corr.* inperfectio *A* 3*)*; inperf. ist. *om. C* 5. f) perfectionem *A* 1. 4. g) suppleat *A* 4; repleatur *C* 2. h) Nec *C* 5. i) q; *A* 1; q2 *e corr. A* 3. k) unius *A* 1. l) fuerit *C* 3; fuerint *C* 6. m) viui *(corruptum ex* VIIII*) C* 2; novem *C* 3; IX^ve *C* 5; illis novem *A* 4. *C* 6. n) hoc *om. A* 3. o) tamen *A*. p) ordine *A* 3. 4. q) enim *om. C* 6. r) qd' *A* 1. 4. *B* 2. *C;* q̧ *A* 3; quot *Cusp.* s) tot *om. C* 6. t) Hec *potius quam* Nec *A* 1; Heę *A* 4; Ne *C* 6. u) dei *add. A* 4. *Vulg.* v) possionem *B* 2; possessione *C* 3. w) peculialiter *A* 1. 3. *B* 2. *C* 3. 5. x) est *add., signis ante* nomen *transpos. B* 2. y) diximus *C* 2. 3. 6. z) ang. alius *A* 3.

1) *Hom. in evang.* 34, 11. 2) *Cf. supra p.* 448, *n.* 4. 3) *Cf. Dionys. De coel. hier. c.* 9. *et inprimis Hugonis comment. IX*, 1. 4) *Otto hic Hugonis, In coel. Dion. hier. IX*, 1. *verba exscripsisse potest*: quamvis, quia secundum aliam translationem ibi non angeli, sed filii Dei nominantur, aliud aliquid significatum videtur. 5) *Cf. infra VIII*, 35, *p.* 457, *l.* 8.

filias hominum accessisse commemorat[1]. Quodsi* iuxta nostrum usum *iuxta numerum filiorum Israel* dicatur, peregrinum penitus ab hoc intellectu erit. Igitur de re[a] secretissima prorsusque[b] a *nostris oculis remota iudicium prudentioribus relinquentes ad ea quae restant transeamus, hoc tantum[c] credentes, quod in libro sapientissimae prescientiae Dei[2], quam nullum fugit profundum, nullum fallit secretum[3], certus est numerus electorum[d] et verax corona pro meritis singulorum.

XXXIII.[e] Nunc inquirendum est, quae illius patriae sit beatitudo[f]. Non enim[g] credendum est animas exutas a corpore vel post[h] resumpta spiritalia corpora angelicis spiritibus puritate ac dignitate non inferiores rebus exterioribus sicut in hac vita delectari. Proinde sicubi sacra scriptura floridis et virentibus campis, *Ezech.* 34, 14. amenis[i] locis, garritu avium, odoriferis rebus, utpote cinnamomo et balsamo[4], sensus eorum refici et affici[k] dicit, spiritaliter hoc[l] potius quam carnaliter accipiendum videtur. Quamvis et[m] propter simplices, qui *lacte,* *Hebr.* 5, 12. *non solido cibo* alendi sunt, quorum sensus nondum exercitati[n.5] spiritalem iocunditatem comprehendere nequeunt, haec frequenter a quibusdam doctoribus ponantur, ut sic per visibilia ad invisibilia[6] cognoscenda et inquirenda mittantur. Est igitur beatitudo sanctorum visio conditoris sui iuxta illud dominicum: *Haec est* *Ioh.* 17, 3. *vita eterna, ut cognoscant*[o] *te verum Deum et, quem misisti, Iesum Christum,* intelligendum 'cum spiritu', qui est amborum. *Haec est,* inquit, *vita eterna.* Quid enim aliud est vita eterna quam ipsa beatitudo? Si enim esset vita temporaria[p], beata non esset, quae de termino sollicita foret. Rursum, quantumcumque diuturna, nisi

*) Quodsi — erit *(l. 3) om. C.*

a) re *om. C* 6. b) -que *om. A. C* 5; rursusque *C* 3. c) tn̄ (= tamen) *A. C* 3. d) elect. *om. C* 5. e) *ita A* 1. 3; XXXIIII. *corr.* XXXIII. *B* 2; XXXII. *C* 2; *cf.* p. 446, *n.* s. f) habitudo *C* 2. g) autem *C* 5. h) post *om. C* 6. i) amenibus *A* 1. 3. *B* 2. *C* 3. k) et affici *om. B* 2. l) hoc *om. C* 6. m) et *om. C* 6. n) excitati *C* 5. o) cognoscat *B* 2. p) temparia *A* 1. 3. *C* 5; temperaria *B* 2; temporalia *alia manu mut.* temporalis *C* 3.

1) *Supra I,* 2, *p.* 38. 2) *Supra VIII,* 16. 3) *Cf. Prov.* 24, 12: Custodiens animam tuam nihil fallit. 4) *Cf. Eccli.* 24, 20: Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. 5) *Hebr.* 5, 14: Perfectorum autem est cibus solidus, eorum, qui . . exercitatos habent sensus. 6) *Cf. supra IV, Prol., p.* 180, *n.* 1.

omnis miseriae defectu carens omnimodae felicitati affluerett[1] habundantia, beata dici non posset, quae al quo nevo infecta esset. Est itaque illa[a] vita eterna e
Ioh. 17, 3. beata, beata et eterna, *ut cognoscant te verum Deum e quem misisti, Iesum Christum.* Vide, quod fruitioner beatitudinis cognitionem dixit esse divinitatis. Und frustra[b] quidam ad comprehensionem divinae substantia
1. *Cor.* 13, 12. in hac vita laborant, quae[c] a sanctis *per speculum* et *i enigmate* vix in presenti visa, sicuti est videnda[2] pl niterque cognoscenda in futura eis tantum vita pr mittitur. Delectantur[d] igitur sancti in plene iocund
Ps. 83, 8. et eterne beata visione Dei iuxta illud psalmistae: *B nedictionem dabit qui legem dedit*[3], *ibunt de virtute in vi tutem, videbitur Deus deorum in Syon.* Quid maius, qui iocundius, quid gloriosius? Quanto desiderio in[e] t nebris[4] positi desideramus[f] hunc solem, quanto studi optamus hanc lucem? Quodsi haec lux desiderata cu gaudio suscipitur, suscepta cum admiratione inspicitu visusque frequenter reverberatus[g] rursus ad videndu sustollitur, nec usu[h] vilescit[5] nec frequentia fastidiu gignit, quam, putas, lux lucis videntibus se iocundit tem afferat, ammirationem[i] tribuat nec tamen fastidiu inferat?[k] Si[l] reges vel imperatores terrenos in glori sua fluxa et transitoria cum admiratione et[m] quada hilaritate videmus, quam inestimabili gaudio suffuso ineffabili[n] mentis iubilo repletos estimabimus, qui rege regum, creatorem universorum, in decore suo et glori incomparabili[6] et inmarcescibili[7] caelesti angelorum hominum stipatum milicia videbunt? Nec videbunt ta tum, sed visum amabunt[o], amatum laudabunt. Unc

a) vita illa *C*. b) quidam frustra *C* 2. 3. c) quae *om.* *C* 6. d) Delectant *B* e) pos. in ten. *C* 5. f) desida'ns *C* 5. g) reverberat9 *mut.* reverberat *B* 2. h) uisu *C* i) ammiratione *C* 2. 3. k) inferatur *corr.* inferat? *A* 3. l) enim *add.* *C* 6. m) qu dam et *C* 5. n) inestimabili *corr.* ineffabili *A* 4; inaestimabili *Cusp.* o) amabu *bis* *A* 3.

1) *Cf. Is.* 66, 11. 2) 1. *Ioh.* 3, 2: quoniam videbimus eu sicuti est. 3) *Ita ex. gr. Aug. Enarr. in ps.* 83, 8; legislator *Vu* 4) *Cf. ex. gr. Ps.* 106, 10; *Matth.* 4, 16, *saepius.* 5) *Ad verboru concinnationem cf. supra VII*, 35, *p.* 371, *n.* 2; *cf. etiam ex. gr. ea, qu ex Augustino Abaelardus, Sic et non prol. in., affert; Gilb. Porr. Comment. in librum III. Boethii de Trinitate, ed. Basil.* 1570, *p.* 118 ne usu communi, si scilicet a pluribus huiusmodi tractarentur, vilesc rent; *Alanus de Insulis, De planctu naturae, Migne, Patrol. Lat. CC. col.* 445; *idem, Anticlaud. III, c.* 1, *ibidem col.* 511. 6) *Cf. Iudi* 10, 4: incomparabili decore. 7) *Cf.* 1. *Petr.* 5, 4; *supra p.* 434, *n.*

pulchre psalmista: *Beati qui habitant in domo tua*[a], *in* Ps. 83, 5.
secula seculorum laudabunt te. Est ergo beatitudo videre
Deum, *in quem desiderant angeli prospicere,* incessanter 1. Petr. 1, 12.
sine tedio, visum amare indesinenter sine fastidio, amatum indefesse laudare sine fatigatione atque de his ineffabili cordis iubilo, gaudio inestimabili sine tristium intermixtione in secula seculorum gaudere. Quod quia in hac vita plene haberi non potest, illi caelesti[b] civitati digne reservatur. Unde rursum psalmista: *Sicut letan-* Ps. 86, 7.
tium omnium habitatio est[c] *in te.* Per hoc enim, quod non letantium, sed *sicut letantium* dicit, longe illud gaudium nostro[d] in[e] hac vita superexcellere ostendit.

Cum itaque plene ac perfecte de visione Dei gaudio[f], quod nemo tollere[1] potest, gaudeant, quomodo rebus exterioribus delectari putabuntur, cum etiam[g] in presenti, ubi *per speculum* et[h] *in enigmate* gloria illa vix 1. Cor. 13, 12.
pregustatur, nonnunquam sancti contemplatione supernorum sic sublevantur, ut omnibus sensibus propriis officiis carentibus interna tantum dulcedine suaviter afficiantur[i]? Quare credendum non est, quod, etsi in caelo novo[k] et[l] terra nova omnibus in melius mutatis[2] Apoc. 21, 1.
splendido decore cuncta clarescant, tamen[m], ut dictum est[3], sanctos visione ac laude creatoris sui iocundantes, horum pulcritudine occupatos, ab illa laeticia revocari. Nam, quamvis iuxta prophetam[n] tanta ibi fiat[o] claritas Is. 30, 26.
lunae, quanta nunc solis[p], solisque septempliciter, quanta nunc est, tamen alibi habes[q], quod *civitas* illa *non eget* Apoc. 21, 23.
sole neque luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, et lucerna eius agnus est. Quodsi[r] claritate Dei illuminati, contemplationis veraeque[s] visionis eius luce ineffabiliter perfusi supernis ad delectacionis augmentum *non egent luminaribus, multo minus inferioribus his, quibus sensus corporis, ut supra dictum est[4], affici solent, ad delectamentum indigebunt[t]. Quamvis non desint, qui dicant illam etiam[g] ibi[u] delectationem

a) d. (= Domine) *add. C* 6. *Vulg.* b) civ. cel. *A* 3. c) est *supra lin. A* 1, *om. C* 6. d) nostrum *A* 3. e) in *erasum A* 3. f) gaudia *A* 1. 3. g) eiā *A* 1. h) et *om. C* 2. i) afficiatur *A*. k) nova *A* 1. 3, *corr.* novo *A* 1. l) in *add. C* 5. m) tm̄ (= tantum) *C* 2. 3. n) prophetiam *C* 5. o) clar. fiat *A* 1. 3. p) solis *versu reunte om. C* 2. q) habemus *C* 5. 6. r) si *om. C* 2. s) contemplationisque (-que *supra lin.*) vere *C* 6. t) indigebunt *A* 1. 3. 4. *B* 2. u) ibi *om. C* 2. 3; delect. ibi *C* 6.

1) *Ioh.* 16, 22: gaudium vestrum nemo tollet a vobis. 2) *Cf. supra VIII,* 9. 3) *Supra p.* 452, *l.* 11 *sq.* 4) *P.* 451, *l.* 17.

non deesse. Aiunt enim, quod omnimodis ibi delicii affluant[1], et quamquam[a] visione Dei[b] plene delectat exteriora non desiderent, illa tamen[c] istam tamquan asseclae sequantur[d], sicut in sanctorum libris nonnun quam secularis scientia divinam sapientiam non affectat tamquam pedissequa comitari cognoscitur. Erunt erg haec omnia ibi, si erunt*, famulantia ad ornatum, se non erunt ibi ad necessitatis obsequium.

XXXIIII.[e] Restat indagare, utrum Deus corporei ibi[f] oculis simul et spiritalibus videatur vel spiritalibu
Matth. 5, 8. tantum, iuxta illud: *Beati mundo*[f*] *corde, quoniam ips Deum videbunt.* Quod nonnulli sic intelligunt, ut Deum corde tantum etiam illic in suae naturae simplicissim puritate videndum asserant. Quibus in tantum accom
Aug. XXII, 29. modatus videtur Augustinus, ut in libro de civitate De dicat durum esse credere, quod illic oculos claudere non possimus, durius, ut clausis oculis Deus ibi no videatur[2]. Sed videndum est multa in eodem oper predictum patrem non sub assertione posuisse, sicut ips
ib. XXI, 7. testatur dicens: *Nam nec ego volo temere credi cuncto quae posui, quia nec a me ipso ita creduntur, tamquan nulla de illis sit in mea cogitatione dubitatio.* Unde, cu de hac ipsa a coepiscopis[i] redargueretur[k] sententia, tan
Iob 19, 27. quam contra auctoritatem: *Quem visurus sum ego*[l] *ips et*[m] *non alius, et oculi mei*[n] *conspecturi sunt,* dixerit, re spondit[3] se in hoc non peccasse, quod Deum istis oculi videndum negavit, cum aut ipsis non videatur, aut videbitur, oculi illi[o] non sint[p] ipsi, qui nunc sunt, qui longe in digniorem statum alterati. Quare non desunt

*) si erunt *om. C.*

a) quamvis *C* 5. b) Dei *om. C* 6. c) tm̄ (= tantum) *C* 2. d) assequa tur *A.* e) *ita A* 1. 3; XXXV. *corr.* XXXIIII. *B* 2; XXX[III]. *C* 2; *cf. p.* 446, *n.* f) ibi *om. A;* s̄ (= sibi) *B* 2; oc. ibi *C* 6. f*) mund *A* 1. g) tantum *add.* h) cladere *B* 2. i) ipsa accepis *A (manu saec. XVI. in marg. suppl.* a coepīs *A* 1 a caeteris *Cusp.* k) redarguetur *A* (-rguetur *in loco raso A* 1). l) ego *om. C* 2. m) et non alius *om. C* 5. n) mei *om. A* 1. o) illi *om. C* 6. p) sunt *A. C* 5. q) d *supra lin. A* 1.

1) *Is.* 66, 11: ut . . . deliciis affluatis ab omnimoda gloria eiu 2) *Aug. De civ. Dei XXII,* 29 *(ed. Dombart II, p.* 625*):* Durum e enim dicere, quod sancti talia corpora tunc habebunt, ut non possi oculos claudere atque aperire, cum volent; durius autem, quod i Deum, quisquis oculos clauserit, non videbit. . . . *(p.* 626*)* Absit erg ut dicamus illos sanctos in illa vita Deum clausis oculis non visur quem spiritu semper videbunt. 3) *Aug. epist.* 148, *ubi verba I* 19, 27. *non afferuntur.*

qui Deum utroque modo[a] videndum affirmant[b]. Dicunt enim plenam beatitudinem in visione Dei consistere, a qua si tunc corpora fraudarentur, nequaquam sancti in utroque, sed in spiritu tantum summa beatitudine fruerentur. Nec multum ab hoc statu ille distaret, cum et nunc corporibus in terra putrescentibus spiritus et animae iustorum in caelo Deum videant. Nec repugnat quod dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt,* quem profecto non inpuri, sed soli mundicordes[c] videre merebuntur. Verum* ergo est ex parte subiecta: 'Solum mundo corde Deum videbunt[d]', sed non verum est ex parte predicata: 'Deum videbunt mundo corde solum'. Verbi gratia verum est: 'Pater est solus Deus', sed non est verum: 'Solus pater est Deus'[1]. In priori propositione ponitur alius Deus non esse a patre, quod verum est; in secunda ponitur Deus non esse alius a patre, quod falsum est, quia filius Deus est et alius a patre personaliter, sed non alius Deus. Quare et a theologis negatur Deus dici singularis vel solitarius[2]. Sive igitur mente tantum, sive ad maiorem beatitudinis cumulum, ut duplici stola vestiti, in utroque, corpore scilicet ac spiritu, saginati utrisque Deum oculis[e] videant, hoc[f] constat, quod[g] revelata facie ipsum, sicut[h] est, videbunt[3], in ipso et de ipso gaudebunt[i·4], ipsum in secula seculorum laudabunt. Haec est octava, quae *sabbatum vesperam non habens* subsequitur vel potius continuat. Haec enim[k] vespera non in noctem vergendo tenebrescit, sed[l] in primam[m] sabbati, quae et[n] octava, non terminata animarum requie, sed receptis corporibus duplicata lucescit[5]. Haec requies ex requie, sabbatum

Matth. 5, 8.

1. *Ioh.* 3, 2.

Aug. XXII, 30.

*) Verum — solitarius *(l.* 19*) om. C.*

a) modo *om. C* 6, *ubi* aff. Deum utroque vid. b) affirment *C* 2. 3. 5. c) mundi corde:, *eraso* -s *C* 5. d) *ita B* 2; videre *A* 1. 3; videri *A* 4. e) deum *iterum add. A.* f) h' (= haec) *A.* g) qui *A;* quia *Cusp.* h) sic̄ *supra* velut *non deletum A* 4; sicuti *C.* i) gaudebut *B* 2. k) eā *in loco raso B* 2. l) et *add. C* 3. m) *ita codices;* prima *Cusp., Vulg.* n) et *om. A.*

1) *Cf. Gilbert. Porret. Comm. in librum I. Boethii de trinitate, Boethii opera ed. Basil.* 1570, *p.* 1129. 2) *Ex. gr. Hugo, Summa Sentent. I,* 9, *qui Augustinum et Ambrosium affert; cf. idem, De sacr. I,* 3, 31; *Abaelard., Sic et non c.* 5: Quod non sit Deus singularis, et contra. *Cf. etiam Ottonis Gesta Frid. I,* 54. 3) 2. *Cor.* 3, 18: revelata facie gloriam Domini speculantes; *cf. supra p.* 452, *n.* 2. 4) *Philipp.* 4, 4: Gaudete in Domino semper. 5) *Matth.* 28, 1: Vespere autem sabbati, quae lucescit in prima sabbati.

Aug. l. c. ex sabbato, mensis ex mense. Haec *erit in fine sine fine.*

En habes, divina sapientia malitiam semper vin-
Sap. 8, 1. cendo[1] quam *fortiter a fine ad finem attingat*, quam *suaviter omnia disponat*. Quid enim fortius quam, diabolo[a] cum membris eius in abyssum putei inferioris precipitato, ad supercaelestia gaudia membra sua perducere? Quid suavius quam cuncta haec sine aliquo perturbationis motu[b] peragere? A fine igitur[c] ad finem, id est a prin-
Apoc. 1, 8. cipio usque ad consummationem, unde *Alfa et ω*[d] vocatur, fortiter attingit, hoc est utrisque diversa meritorum stipendia iuste distribuit. Vel a fine bonorum ad finem
Dan. 3, 55. malorum. Unde propheta: *Qui sedes super Cherubin, intueris*[e] *abyssos.* Sedet enim tamquam incommutabilis super altissima et intuetur tamquam iustus discretor in-
Sap. 12, 18. *ib.* 8, 1. fima. Sedet, quia *cum tranquillitate iudicando suaviter omnia disponit;* intuetur desuper Cherubin abyssos[2], quia *a fine ad finem fortiter attingit.* Attingit[f] intuendo iusteque utrumque moderando[g] finem, quo nichil inferius, a fine, quo nichil superius; finem, quo nichil amarius, a fine, quo nichil suavius; finem, quo nichil miserius[h], a
Is. 54, 17. *Aug.* fine, quo nichil beatius. *Haec est hereditas servorum Dei.*
XXII, 30 *fin.* *Ibi,* ut ait Augustinus, *vacabimus*[i], *videbimus, amabimus,*
Ezech. 48, 35. *laudabimus.* Erit autem iuxta prophetam *nomen civitatis ex illa die 'Dominus ibidem'.*

cf. Hugo, In c. Dion. hier. X. XXXV.[k] Haec de fine civitatis Christi iuxta capacitatem sensus nostri dicta[3] sufficiant. In quibus, ut
Dion. c. 15. verbis utar Dionisii[4], *quaedam pretermisimus commensurationi sermonis provi*dentes, simul et honorificantes secre-
Prov. 25, 2. *tum, quod supra nos est,* cum *silentio. Est* enim *gloria regum celare verbum*[5], et maiestatem minuit qui mistica

a) dyabolum *C* 2. 3 *(corr.* -lo*)*. 6. b) mutu *corr.* motu *B* 2; nutu *C* 3. c) ergo *C* 5. d) CO *A* 1. *B* 2; *W A* 3. 4. *C* 3; ω *C* 5; o *C* 2. 6. e) intuens *C* 5. f) Att. *om. C* 3. g) iudicando *A* 4. h) inferius *C* 2; infelicius *C* 3. i) vocabimus *B* 2 *(postea corr.* vac.*)*. *C* 2. k) XXXVII. *A* 4. *C* 5; *num. om. C* 2; Conclusio *minio C* 6.

1) *Sap.* 7, 30: sapientiam autem non vincit malitia. 2) *Dan.* 3, 55. 3) *Cf. Hugo, In coel. Dionysii hier. c.* 15, *X. fin.:* Haec quidem in hierarchiam b. Dionysii secundum sensus nostri possibilitatem praesumpsi; *ib. VII in.:* secundum capacitatem nostram prosecuti sumus. 4) *Hic quoque Otto Hugonis expositionem cum Dionysio coniunctam prae oculis habuit.* 5) *Prov.* 25, 2: Gloria Dei est celare verbum et gloria regum investigare sermonem.

vulgat*·[1]. Novi quippe sic magna dici oportere, ut semper supersit[a], quod cum diligentia inquiratur, ne vile appareat, si totum vulgariter pandatur[2]. Proinde sicut ea, quae non de nostro, sed scripturarum sensu, quamvis inculto prolata eloquio, caritati tuae devote offerimus, sic nolentibus et spernentibus impudenter non ingerimus. Nam ut supra[3] de[b] Augustino dixi, nonnulla ibi non sub[c] assertione, sed opinione et investigatione posita sunt, finitivaeque sententiae examen prudentiori-bus[d] relictum. Tuum vero erit minus dicta subplere, male dicta[e] corrigere, superflua resecare[4] meque in hoc salo[5] mundi peccatis oneratum[6] laborantem orationum tuarum remediis sublevare[f]. *Hugo l. c.*

*) *B* 2 *add. in marg. eadem manu, quam supra c.* 6, *p.* 399, *n.* m *deprehendimus:*

Nec secreta manent, quorum fit conscia turba.

a) sit super *A* 3. b) dixi de Aug. *C* 5; dixi de Aug. dixi *C* 6. c) sub *om. C* 6. d) pudentioribus *A* 1. 3. e) -que *add. C* 6. f) In Christo Iesu domino n(ostro) Explicit liber VIII[9] *add. C* 5, *ubi sequitur catalogus regum, pontificum, imperatorum, supra p.* 374, *n.* *; Amen *add. C* 6; Libri octavi et ultimi finis *add. Cusp.*

1) *Cf. Alanus de Insulis, De planctu naturae, Migne, Patrol. Lat. CCX, col.* 445: Aristotelicaeque auctoritatis tuba proclamat: 'Ille maiestatem minuit secretorum, qui indignis secreta divulgat', *quae et Radulfus de Longo Campo, Alani discipulus, ex libro de ymaginibus Aristotelis nomen prae se ferente affert; cf. M. Baumgartner, 'Die Philosophie des Alanus de Insulis', Münster* 1896 *(Bäumker-Hertling, 'Beiträge zur Gesch. d. Philos. des MA.' II,* 4*), p.* 10. *Cf. supra VIII,* 33, *p.* 452, *n.* 5. 2) ut semper supersit, quod intus requiratur, ne vilescat, si totum exponatur *Hugo.* 3) *VIII,* 34, *p.* 454. 4) *Cf. ex. gr. Ioseph. Ant. Iud. XII,* 2 *(de* 70 *interpretibus):* iusserunt, ut, si quid aut superfluum aut minus aliquid scriptum viderent in lege, hoc respicerent et manifestum facientes emendarent; *Hugo, Erud. didasc. I,* 12 *(de logicis):* id quod pravum usus habebat emendantes, quod minus habebat supplentes, quod superfluum habebat resecantes; *Adelardus de Bath, De eodem et diverso, ad Wilhelmum ep. Syracus., H. Willner, 'Des Adelard von Bath Traktat De eodem et diverso', Münster* 1903 *(Bäumker-Hertling, 'Beiträge zur Gesch. d. Philos. des MA.' IV,* 1*), p.* 4: Tuum igitur erit et superflua resecare et inordinata disponere; *Thietmar. Merseb. Chron., Prol. v.* 4. 5) *Cf. Boeth. De consol. philos. I, pr.* 3: si in hoc vitae salo circumflantibus agitemur procellis 6) *Cf.* 2. *Tim.* 3, 6: mulierculas oneratas peccatis.

APPENDICES.

I. CONTINUATIO CUSPINIANI.

Ea quae sequuntur sola habet Cuspiniani editio princeps (Argentorati 1515*), ubi fol. XC. post catalogum pontificum et imperatorum, cui* Carmen fratris Benedicti Chelidonii de divo Caesare nostro Maxæmiliano S. A. *subiunctum est, et ante Prologum libri VIII. exstant, hoc titulo praemisso:*

De morte Conradi imperatoris, in cuius locum Fridericus dux Suevorum rex electus, et quomodo[a] maximum schisma in ecclesia oriri coepit, tandem Alexander confirmatur, qui Romae concilium celebravit. Item quomodo[a] imperator bis Longobardiam intraverit Mediolanumque ceperit. Tandem quo pacto Henricum filium regia dignitate sublimaverit, data ei prius uxore nobili, et qualiter idem Henricus Bresacum aedificaverit. CAPVT VLTIMVM.

Cuspiniani Continuationem repetiverunt Pithoeus, Urstisius, ceteri, quam Continuationem primam incripsit b. m. R. Wilmans, SS. XX, p. 275 *sq., eam 'non multum post a.* 1185. *et in monasterio quodam ditionis Badensis' conscriptam esse statuens ib. p.* 107. *Et maxime quidem de S. Trudperti in Nigra Silva monasterio cogitavit, unde codicem aliquem in officina Matthiae Schurerii Argentorati ad textum Cuspiniani ex libro coenobii Scotorum Viennensis profectum*[1] *emendandum adhibitum esse constat. Sed cum nec de aetate huius S. Trudperti codicis nec de necessitudine, quae inter codices S. Trudperti et Scotorum Vindobonensem et eum qui nunc est Vindobonensis palat.* 3334 *(= C* 4*) saec. XV. intercedat, ita, ut nullus omnino dubi-*

a) quō *Cusp.*

1) *Quem ex codice S. Trudperti transscriptum esse errore quodam inductus Wilmans coniecit.*

tandi locus supersit, constet, rem iniudicatam relinquamus oportet, quamvis nonnulla ad Annales S. Trudperti saec. XIII. ex. conscriptos[1] *accedere videantur.*

Versionem Germanicam dedit H. Kohl, 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', 2. ed., saec. XII, t. 9, p. 106 *sq.*

p. 275. Anno ab incarnatione Domini MCLII. Conradus 1152.
dux de Zeringen obiit, post quem etiam Conradus rex *(Ian.* 8*).*
eodem anno defunctus est[2]; in cuius locum Fridericus *(Febr.* 15*).*
dux Suevorum, filius fratris eius Friderici, XCV.[3] ab
Augusto rex electus est apud Franconefurt unanimi
principum totiusque regni consensu. Huius VIII. princi-
patus anno Adrianus venerabilis papa obiit[4], et inter 1159.
duos alios, Alexandrum videlicet et Octavianum, qui alio
nomine Victor appellatus est, maximum scisma[a] ecclesiae
oriri coepit, quod XIX annis miserabiliter duravit, Frideric
rege contra Alexandrum pertinaciter resistente et
in id ipsum plures episcoporum regia potestate com-
pellente. Quod demum multo labore Dei gratia sanatum[5] 1177.
est, et Alexander universalis totius ecclesiae pater cano-
nice confirmatus est, qui secundo confirmationis suae 1179.
anno maximum Romae concilium congregavit, in quo
plures episcopos scismaticos[b] et plures diversorum or-
dinum per ipsos ordinatos[6] degradavit et damnavit.

Eo etiam tempore praedictus imperator Fridericus
expeditionem maximam contra Longobardos movit et
Mediolanum cepit atque aedificiorum civitatis eiusdem 1162.
*p. 276. plurimam partem *subvertit[7]. Transactis autem paucis
post haec annis iterum cum exercitu multoque comitatu
episcoporum, ducum et comitum diversorumque prin-
cipum Teutonici regni secundo Longobardiam ingreditur
et ibidem regali potentia grandia multa perficere molitur.
Sed circa finem Augusti mensis facta est immanis mor- 1167.
talitas in eodem exercitu principum Teutonici regni, epi- *Aug.*

a) schisma *Cusp.* b) schismaticos *Cusp.*

1) *SS. XVII, p.* 285 *sqq.* 2) *Ordine inverso haec Ann. S. Trudp.* 1152. *habent.* 3) 94. *Ann. S. Trudp.* 4) *Cf. Ann. S. Trudp.* 1159. 5) *Ita etiam Ann. S. Trudp.* 1177. 6) in quo depositi sunt plures episcopi scismatici et plures diversorum ordinum per eos ordinati *Ann. S. Trudp.* 1178. 7) *Cf. Ann. S. Trudp.* 1161.

scopi scilicet Coloniensis[1], Friderici de Winsberg[2], Velfonis iunioris de Ravenesburg[3], cum multis aliis. His etiam diebus praedictus imperator Fridericus Henricum filium suum regia dignitate sublimavit[4] eique puellam nobili genere procreatam, Rogerii scilicet et Wilhelmi Apuliensium principum filiam[5], copulavit nuptiasque ip-
1186. sius Mediolani regali gloria multaque potentia perpe-
1185. travit. Postea[6] vero idem rex Henricus castrum quoddam in Brisagaugia, Bresacum dictum, in refugium pauperum velut misericordiae asylum coepit aedificare cunctosque confugientes illuc a totius iniusticiae violentia regali potentia studuit defensare.

II. CONTINUATIO S. STEPHANI FRISINGENSIS.

Exstat in fine codicis Monacensis Lat. 1001 *(Weihensteph.* 61*) f.* 153^{v}. 154^{r} *continuatio una*[7] *manu saec. XIV. satis neglegenter, non paucis locis deletis et correctis, scripta, partim humore affecta, quam b. m. R. Wilmans, SS. XX, p.* 276 *sq., Continuationem alteram dictam edidit. Quam in iis, quae ad mortem Friderici II. et ad Conradinum pertinent, sane notatu non indignam, nec, quod sciam, a viris doctis in partes vocatam*[8]*, quibus fontibus usus monachus S. Stephani conscripserit, perspici non potest, nisi in priore parte Iacobi de Varagine chronicam*[9] *expilatam esse facile patet.*

Versionem Germanicam dedit H. Kohl, 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', 2. *ed., saec. XII, t.* 9, *p.* 108—110.

1) *Reinaldi; obiit apud Romam a.* 1167. *Aug.* 14. 2) *de Rotenburg, ducis Sueviae; obiit in Tuscia a.* 1167. *Aug.* 19. 3) *Obiit Senae a.* 1167. *Sept.* 12. 4) *Heinricus VI. Aquis coronatus est a.* 1169. *Aug.* 15. *De curia Moguntina a.* 1184. *fortasse continuator cogitavit.* 5) *Constantiam, filiam Rogerii II, sororem Wilhelmi I, patris Wilhelmi II, regum.* 6) *Quod iam a.* 1185. *factum esse videtur; cf. Ann. Marbac. ed. Bloch p.* 56, *l.* 32; *Ann. S. Trudp. a.* 1185; *E. Heyck, 'Geschichte der Herzoge von Zähringen', Freib. i. B.* 1891, *p.* 414 *sq.;* medietatem curtis Brysach et medietatem montis Brysach . . . medietatemque montis qui dicitur Eggehartberc *regi in beneficio concesserat Heinricus episc. Basil. a.* 1185. *Iul., Trouillat, 'Monuments de l'histoire de l'ancien évêché de Bâle' I, p.* 399 *(Stumpf nr.* 4575*).* 7) *Perperam duas manus distinxit b. m. Wilmans.* 8) *Cf. Reg. imp. V, nr.* 3835 *a.* 4834 *b.* 4860 *a.* 9) *Cuius pars inde ab Heinrico III. edita est SS. XXIV, p.* 167 *sqq.*

Sequuntur tres notulae diversis manibus saeculi XIV. scriptae, quarum primam et tertiam edidit b. m. Wilmans l. c. p. 277, secundam nec nos litteris maxima ex parte deletis, integram restituere potuimus.

p. 276.

Anno Domini M⁰C⁰ tricesimo VIII, defuncto Lothario[1], regnavit Chunradus dux Swevie[a·2], cui Fridericus nepos ex filio[3] successit anno Domini M⁰C⁰LIII. Hic Fridericus expedicionem ad partes transmarinas movit circa pentecosten. Cum terram Grecie manu valida intrasset, apud civitatem quandam cum exercitu suo moraretur, in flumine quodam ibi lavaretur, equo inpigente in flumen cecidit et interiit. 1138. 1152. 1189. *Iac. de Var.* 1190.

Huic successit Hainricus filius eius anno Domini M⁰C⁰XC⁰. Qui in die sancto pasche a Celestino papa coronatus tirannidem semper contra Romanam ecclesiam idem Hainricus exercuit. Et ideo mortuo ipso Innocencius III, ne frater eius Philippus promoveretur, se opposuit. Cumque omnes barones regni et principes in eundem consentirent, papa Ottoni filio ducis Saxonie adhesit et eum Aquisgrani per legatum apostolice sedis[4] et episcopos, videlicet Treverensem[5], Coloniensem[6], Magontinensem[7], coronari fecit, et iuramentum ab eo exegit, ut iura ecclesie Romane salvaret. Qui statim ipso die contra iuramentum venit necnon Romipetas expoliari fecit. Unde papa eum excommunicavit et ab imperio deposuit. Quo deposito Fridericus rex Sicilie, Hainrici supradicti filius, eligitur et ab Onorio coronatur. Leges optimas[b] pro libertate Romane ecclesie et contra hereticos[c] edidit. Hic super omnes diviciis et gloria habundabat, sed eis in superbiam abusus fuit. Nam tirannidem contra Romanam ecclesiam exercuit, duos cardinales vinculavit et prelatos, quos Gregorius nonus ad concilium vocaverat, capi fecit, et ideo ab ipso excommunicatur[8]. Denique Gregorius multis tribulacionibus ab ipso pressus moritur, et Innocencius quartus ei successit, qui aput Lugdunum concilium convocans imperatorem sepe amonitum et ad causam vocatum consilio omnium episcoporum deposuit. Sed Fridericus tanquam tyrannus adhuc in regno magis potestate et violencia quam auctoritate legitima in imperio permansit. 1191. *Apr.* 14. *Iac. de Var.* 1197. 1198. *(Iul.* 12*)*. 1210. 1212. 1220. 1241. 1243. 1245.

a) Sweui *c.* b) optimos *c.* c) herēticos *c.*

1) *A.* 1137. *Dec.* 4. 2) *Perperam.* 3) *Immo ex fratre, Friderico II. duce Sueviae.* 4) *Quod erratum esse videtur. Sed cf. Contin. Admunt., SS. IX, p.* 588, *l.* 40; *Böhmer, Acta imperii selecta nr.* 1067, *p.* 763; *E. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' p.* 85, *n.* 1. 5) *Ita etiam Otto de S. Blasio c.* 46. *Iohannes archiepiscopus Treverensis paulo post coronationi Philippi regis Moguntiae Sept.* 8. *interfuit.* 6) *Adolfum I.* 7) *Conradus archiepiscopus Moguntinus tunc temporis ex Terra Sancta nondum redierat.* 8) *Immo iam a.* 1239.

1250. Sed anno Domini M⁰CC⁰L. a Domino percussus diem ex-
(Dec. 13). tremum clausit, sed quia excommunicatus, ut diximus, fuerat a summis pontificibus, videlicet Honorio[1] et Innocencio IIII, tanquam canis[2] et infidelis abiectus est nec fidelium participavit sepulture[3]. Morsque eius ab his baronibus et principibus, qui tunc in curia sua presentes aderant, fuit occultata[4]. Reliquit tamen hic filium nomine Chunradum, quem in Sicilia ante regnare in preiudicium Romane ecclesie fecerat. Qui etiam tamquam paterne imitator[a] malicie a summis pontificibus excom-
1254. municatur, sed pauco tempore, id est V^to[5] post mortem
(Maii 21). patris anno, infausta morte raptus et occulte subtractus nec ecclesiastice participavit ut pater sepulture, relinquens hic filium parvulum de filia[6] Ottonis ducis Bava-
1259. rie, quam postea in matrimonium sortitus est Maynhardus[b] comes Tirolensis, nomine Chunradum, qui a matre et ab avunculis, videlicet Ludwico et Hainrico Bawarie principibus, nutriebatur. Qui postmodum adultus regnum Sicilie et ducatum Apulie necnon Calabrie iure hereditatis ad se pertinere affirmans, fretus auxilio et consilio principum Bawarie supradictorum et maxime Ludwici senioris, qui secum iter arripuit, multitudine
1267. armatorum collecta per vallem Tridentinam exercitum ducens Longobardiam intravit. Sed prefatas[c] *dignitates, *p. 277.
videlicet Siciliam, Calabriam et Apuliam, Clemens ter-
1265. cius[7] Karolottoni[8] fratri regis Francie[9] ante contulerat, salva reverencia ac pensione debita, videlicet octingentis auri marcis[10] singulis annis exsolvendis. Contra quem
1268. cum predictus adolescens Chunradinus[d] pugnaret, ab
(Aug. 23).

a) immitator *c.* b) Maynhardus *supra expunctum* Albertus *c.* c) prefatos *corr.* prefatas *c.* d) ch'rad9 *corr.* ch'radin9 *c.*

1) *Immo Gregorio IX.* 2) *Gestorum abb. Trud. Cont. tertia saec. XIV. conscripta simile quid de Friderico I. affert, SS. X, p.* 390: Et prophetia impleta est de ipso in cunis iacente facta: 'Intrabit ut vulpes, regnabit ut leo, morietur ut canis'. *W.* 3) *Cf.* 2. *Mach.* 5, 10: insepultus abicitur . . . neque patrio sepulchro participans. 4) *Cf. Salimbene, Cronica f.* 354*b*, *SS. XXXII, p.* 347; *Matheus Paris., Chron. mai., SS. XXVIII, p.* 319; *Reg. imp. V, nr.* 3835*a.* 13779. 13786; *F. Schneider in 'Quellen und Forschungen aus italien. Archiven und Bibliotheken' XIII, p.* 255 *sqq.* 5) *Immo quarto.* 6) *Elisabeth.* 7) *Immo quartus.* 8) Ottocarolus *et* Carolusotto *dicitur in Notis Weingart., SS. XXIV, p.* 831; Karlotus, Carlettus *etc. in multis libris, praesertim Italicis.* 9) *Ludewici IX.* 10) Octo millium unciarum auri ad pondus ipsius regni, *Bullarium Romanum ed. Taurin. III, p.* 753 *(Reg. imp. V, nr.* 9601*).*

eodem Karolottone superatus et captus atque capite est truncatus, apud Neapolim in arena iuxta mare sepultus [1], nec ipse sicut avus et pater ecclesiastice participavit sepulture[a]. 1268. (Oct. 29).

Item[b] Weitolt obiit anno regni sui sexto[c].

Notandum[d], quod decanus de s . . p . . . h[e] necnon c[a]pp[e]l[anus] aliquos[f] p . . . . . .[g]

Adhuc[h] restat de rege Růdolfo et nuptiis filiorum et filiarum eius et victoria in Bawaris et Bohemis et de Karulo et rege Aragonum et Grecorum.

III. AUCTARIUM ADMUNTENSE.

Codici Admuntensi 164. *saeculi XII. (A* 4*) in marginibus plurimorum foliorum vel supra lineas notas uberrimas manus coaevae vel paulo recentiores adscripserunt, quae ex parte hodie erasae sunt* [2]. *Necessitudinem quandam inter has et chronicam mundi a.* 1187. *in codice Admunt.* 15 [3] *confectam, cuius marginibus multa ex Ottonis Frisingensis Chronica desumpta addita esse b. m. W. Wattenbach animo [illegible] intercedere negari non poterit, etsi, num recte hanc [illegible]* chronicam *esse, quam tribus vicibus allegari invenimus* [4], *b. m. Wilmans coniecerit, ipsius monasterii viris doctis iudicandum relinquamus oportet. Fortasse ex iis, quae hoc modo colligebantur, novum opus chronicorum condere Admuntenses intendebant, cuius vestigium uno saltem loco occurrere videtur* [5].

Haec omnia fere desumpta sunt ex libris notissimis, velut ex Historia Miscella, quae sub Historiae Romanae *nomine allegari videtur* [6], *Eusebii Historia ecclesiastica a Ru-*

a) *tres fere lineas infra* Hainricus *et post duas rursus lineas* Hic est Christus *add. c., tum in proxima linea sequentia (l.* 5*).* b) Item — sexto *alia manu s. XIV. c.* c) sex̊ *c.* d) Notandum — p . . . . . *alia manu c.* e) sampsich? *c.* f) aliq'os *c.* g) *quatuor verba evanuisse videntur c.* h) Adhuc — Grecorum *alia manu c.*

1) *Cf. Reg. imp. V, nr.* 4860 *a; K. Hampe, 'Gesch. Konradins von Hohenstaufen'* (1894) *p.* 320. 2) *Quod nescio an hic illic novissime demum factum sit, cum b. m. Wilmans ad II,* 7 *fin., supra p.* 75, *l.* 4 (Fuisse *etc.) adnotaverit, SS. XX, p.* 146, *l.* 55, *n.* e: *'hoc loco* sentincias VII sapientum facetissimas *adscripsit in margine* 4 *manus s. XIII.' Ubi hodie nihil nisi locus rasus invenitur.* 3) *'Archiv' X, p.* 632. 4) *F.* 70*v* *(supra p.* 242, *l.* 35*):* Hic insere de nova cron̄. i., *et:* Revertere ad Rom̄. hist. *F.* 73*r* *(supra p.* 250, *l.* 13*):* Istud adiunge VII° cap̄ de no. cronica. *F.* 73*v* *(supra p.* 252, *l.* 27*):* Usque huc. Revertere ad no. cron̄. 5) *Ubi in imo folio* 61*r* *(post p.* 214, *l.* 1: historia*) adscriptum:* Incipit liber sextus. *Annis incarnationis saepe anni ab Urbe condita adscripta sunt.* 6) *P.* 464, *l.* 33; 465, *l.* 6. 8.

fino translata et continuata, Historia tripertita (Cassiodori), Anastasii Chronographia tripertita[1], *Chronico universali usque ad a.* 741[2], *ex cuius parte nondum edita etiam ea, quae ad Hieronymi et Bedae Chronica reduximus, fortasse huc pervenerunt, Reginonis Chronica (ex recensione A*[3]*), Frutolfi Chronica, Honorii Augustudunensis Summa*[4], *Pauli Historia Langobardorum, Liudprandi Antapodosi, Hieronymi de viris illustribus libro, Augustini de civitate Dei libris*[5], *Gratiani Decreto, Gregorii IX. decretalibus, Iosephi Antiquitatibus Iudaeorum*[6]. *Pauca tantum ad certum auctorem reducere non potuimus*[7]. *Sed unus pretiosissimus locus inter multa fere inutilia nobis servatus est de rebus in Bawaria a.* 955. *gestis, quem ex Annalibus Altahensibus deperditis, iusta causa non suadente, b. m. W. Arndt*[8], *ex Annalibus Iuvavensibus aeque deperditis b. m. R. Wilmans desumptum esse coniecerunt. Nos quidem certum quendam librum, unde Admuntensibus innotuerit, statuere non potuimus, nisi quod certo certius artissima necessitudo cum iis intercedit, quae Annalibus Austriacis saec. XII. fundamentum commune praebuerunt.*

Omissis multis, quae nullius vel minimi momenti esse videbantur, reliqua, quorum partem b. m. Wilmans in notis Chronicae Ottonis adiectis edidit, auctoribus non semper bene cognitis, hoc loco congessimus[9].

cf. Hieron. 506. *p.* 51, *l.* 28: Tunc Apollo Delphicus surrexit.

cf. H. Misc. I, 1. *p.* 56, *l.* 16: quae et Nicostrata.

p. 73, *l.* 20: Sed haec alia fuit.

p. 146, *l.* 34: Hic insere de Iosepho caput V de quodam[a] . . . . .[b] rege Parthorum sub Tyberio[10].

H. Misc. VII, 24. *p.* 147, *l.* 7: Luna a conspectu solis longissime tota celi regione *ib.* interiecta elongata, *supra lineam, et eadem manu in marg.:* Stellas tunc diurnis horis vel pocius in illa horrenda nocte toto celo fulsisse referunt, quod non solum, quere in Romana[c] historia III versus.

a) quodam *erasum c.* b) *erasa c.* c) rom̄ hist̄ *c.*

1) *Edid. C. de Boor, Theophanis Chronographia II, Lipsiae* 1885. 2) *Inde ab Honorio et Theodosio II. imperatoribus editum a G. Waitz, SS. XIII, p.* 4 *sqq.* 3) *Cuius codex Admuntensis saec. XI, hodie Vindobonensis nr.* 538, *exstat; cf. Reginonis Chron. ed. F. Kurze p. XI.* 4) *Inde ab a.* 726. *edita SS. X, p.* 128—131. 5) *Supra p.* 72, *n.* f. l. 6) *Ad quos remittimur infra l.* 28. *et p.* 465, *l.* 9. 7) *De Iohanne Chrysostomo, infra p.* 467, *l.* 7; *de Brunnichildi, infra p.* 468, *l.* 8. 8) *SS. XX, p.* 239, *l.* 51. 9) *Cf. etiam p.* 116, *n.* l; 185, *n.* g; 194, *n.* b; 246, *n.* i; 255, *n.* n. 10) *Ios. Ant. Iud. interpr. Rufino XVIII,* 4?

ib., l. 14 *(post* scripsit*):* et de eo, quod certatim crescente plurimorum fide deus crederetur. *H. Misc. VII,* 23.

ib., l. 19 *(post* censuit*):* precipue cum et Seianus — comminatus est. *ib.*

ib., l. 21 *(post* precepit*):* Viginti . .[a] patricios viros, quere in Romana[b] historia II[os] versus. *ib.*

ib., l. 33: Tyberius III. et XXX.[c] imperii sui anno, quere in Romana[b] historia IIII versus et de obitu[d] eiusdem Tiberii in Iosefo[1]. *ib. VII,* 24.

p. 157, *l.* 19 *(post* cingitur*):* Iusto Dei iudicio exigente, ut, qui in sollempnitate pascali Christum occiderunt, in eadem sollempnitate obsidionibus circumdarentur. *cf. Hieron.* 2086.

p. 159, *l.* 14 *(supra* Anacletus*):* tercius post Petrum apostolum; *l.* 15 *(supra* decedit*):* martirio coronatus.

p. 160, *l.* 2 *(post* precepit*):* quasi adhuc futurus esset ex semine David, qui regnum possit adipisci. *H. Misc. IX,* 13.

p. 185, *l.* 20: Nycephorus, qui et Georgius[2], in chronicis econtra[e] sic refert: Octavo decimo sane imperii sui anno Constantinus cum filio suo Crispo Rome a Silvestro baptizatus est. Quotquot enim in superiori[f] Roma consistunt — quod nequissimum est et dicere et sentire. Sozomenus: Non enim ignoro — preerat in sede Politînis[g], insula[h] oceani circa Rheni partem, illumque respondisse — ammiratumque dogma factum deinde[i] Christianum — eguisse purgatione, vicesimo anno imperii paterni defunctus est. Qui cum adhuc viveret, cum eo multas pro Christianis posuit leges. *Anast. p.* 81 *sq.* *H. Trip. I,* 6.

p. 191, *l.* 23 *(supra* Niceum*):* toto orbe terrarum CCC[orum] XVIII patrum. *Regino p.* 15.

ib., l. 25: Communicabant igitur — Eustathius Antiocenus, Alexander Alexandrinus. Iulius autem — gentibus convenerunt et nonnulli, qui persecutionibus prioribus clarissimi superfuerant, Pafnutius Egiptius, multorum patrator miraculorum, et Maximus, qui post Macharium Ierosolimorum tenuit presulatum, quos ambos Maximus imperator quondam[k] per metalla dampnans oculos eorum dextros eruerat et sinistras suras inciderat. Preterea Osius Cordube episcopus et Amphion Epiphanie, sed et Spiridion Tremathuntis Cipriorum episcopi claruerunt[l.3]. Qui Spiridion erat rusticus habens uxorem et filios, sed non propterea in rebus divinis minor, cui et filia mortua de sepulchro requisita pecuniam quondam commendatam ab aliquo patenter loquens demonstravit. Agricius Treverensis episcopus[m] tunc nichilominus claruit, qui beatum Maximinum successorem sibi instituit[n]. *H. Trip. II,* 1. *ib. I,* 10. *Reg. A, p.* 15 *n.*

a) sibi *H. Misc.* b) rom̄ hist *c.* c) XX. *H. Misc.* d) ⊕ *c.* e) econtra *eadem manu supra lin. c.* f) seniori *Anast.* g) Plotini *H. Trip.* h) ī selā *c.* i) dem̄ *c.* k) quondam *eadem manu superscr. c.* l) clar. *eadem manu supra lin. c.* m) tēpṡ *c.* n) *sequuntur circiter* 10—12 *litterae erasae c.*

1) *Ios. Ant. Iud. interpr. Rufino XVIII,* 13. 2) *Immo* Hisaacius qui et Theophanes *Anast. p.* 77. 3) *Hist. Trip. II,* 1 *fin.*

Reg. p. 15. *p.* 194, *l.* 10 *(supra* Iulius*):* qui etiam in exilium fuit missus.

Reg. p. 15. *ib., l.* 19: Iacobus Nisibinus episcopus — in heremo moritur. Paulus Constantinopolitanus episcopus — strangulatur. Eusebius pres-
ib. A, p. 15, *n.** byter — moritur. Paulini Treverensis apud Frigiam in exilio mortui corpus — dependet.

p. 194, *l.* 24: Usque huc Regino.

p. 206, *l.* 4 (*ad* salvari posse) *in marg. infer. manu saec. XIII:* Si auctor istius cronice vidisset vel legisset decretalem epistolam Innocentii secundi[a] missam ad consultationem Cremonensis episcopi, in hac opinione, que vere adversatur pietati fidei Christiane, nullatenus perstitisset. Ubi
Decret. Greg. III, 43, 2. legitur in hec verba: *Presbyterum, quem sine unda baptismatis — esse adeptum asserimus incontanter*[b] etc. Probat per Augustinum de civitate Dei VIII° libro, ubi legitur inter cetera: 'Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit'. Probat etiam per Ambrosium[c] de obitu Valentiniani, sicut hic in littera continetur. In fine vero statuit idem papa Innocentius, quod sopitis omnibus questionibus predictorum patrum Augustini et Ambrosii sententia teneatur et in ecclesia Dei pro huiusmodi[d] defuncto preces et hostie offerantur[1]. Probatur hoc idem per decretalem
